



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

CAUTELÆ
CIRCA
PRÆCOGNITA
JURISPRUDENTIÆ

IN USUM
AUDITORII
THOMASIANI.



HALÆ MAGDEB. MDCCX.
Prestant in Officina Libraria Rengeriana.

INVENTARIO N. 14822

GIORGIO		
BIBLIOTECA	47	DEL VECCHIO
	C	
	18	
UNIVERSITÀ DI ROMA		
ISTITUTO DI FILOSOFIA DEL DIRITTO		

ILLU
DN.
SACR
DE
REG
CAMERA
ACAD

ILLUSTRISSIMO ET CELSISSIMO
DOMINO,
DN. JOH. CASIMIRO
SACRI ROMANI IMPERII COMITI
DE WARTENBERG,
REGIÆ MAJESTATIS
BORUSSICÆ
CAMERARIO SUPREMO, ET PRIMO STATUS
MINISTRO,
& reliqua
ACADEMIARUM REGIARUM PROTECTORI,
reliqua
DOMINO SUO GRATIOSISSIMO

S. P. D.

CHRISTIANUS THOMASIVS.





On ausus sum hactenus, **CELISSIME COMES**, intempestiva allocutione turbare negotia **TUA**, quibus ut **POTENTISSIMI REGIS SUPREMUS** ac **PRIMUS MINISTER** pro publicæ rei commo-
do quotidie in-
yigilas. Quamvis enim jam pridem optaverim, ut clientibus **TUIS** accenseri possem, malui tamen tacito ac venerabundo silentio virtutes **TUAS** admirari, quam fera nimis oblatione scriptorum meorum levidensium aditum ad **TE** mihi parare. At hoc modo factum est, ut ipse sapius memet indecentis negligentiae accusaverim,

DEDICATIO.


rim, atque pene desperaverim, quod ullam unquam occasionem TIBI innotescendi nactus essem; nisi TU ipse, pro ea, qua alios quoscunque emines, singulari plane, & quæ parum non habet, erga quosvis, præcipue autem erga bonarum doctrinarum cultores, humanitate & benevolentia, mihi eandem nuper benignissime obtulisses. TUA enim inprimis gratia factum est, ut POTENTISSIMUS REX me, quamvis immerentem, novo ac inexpectato REGIÆ CLEMENTIÆ testimonio bearet, atque denuo quasi juberet, commodum & incrementum Academiae Fridericianæ, cum aliis viris celebribus, pro viribus meis promovere. Cum igitur hoc pacto TUA potissimum opera, novo quodam subjectionis genere POTENTISSIMO REGI devinctus fuerim, vel gratitudo, quam non factis, sed verbis declarare valeo, postulavit, ut has novorum laborum Academicorum primitias CELSISSIMO TUO NOMINI inscriberem, quas insuper & insigne illud, quod geris, munus PROTECTIONIS ACADEMIARUM REGIARUM, ultro, & jure quodam suo sibi vindicavit. Accessit, quod nesciam, an sapientissimæ intentionis REGIÆ

DEDICATIO.

scopum attigerim, ac probe intellexerim. Et si enim in præfatione varias causas exposuerim, quæ me ad edendas has cautelas commoverint, quas inter primaria est adimpletio voluntatis REGIÆ, cum tamen non meliorem SACRI beneplaciti interpretem, quam TE noverim, vel pietas jussit, ut TUÆ censuræ tenues has pagellas submitterem, ut, sicubi a me forte aliqua in re aberratum fuerit, id ex mandato TUO in secundis curis emendari queat. Accipe igitur, CELSISSIME COMES, serena fronte exiguum hoc munusculum, & me in posterum gratia ac benevolentia TUA dignare.

DEUS TE servet. Dabam in Academia Fridericiana d. 30. Martii
A. O. R. MDCCX.

PRÆ-



PRÆFATIO.

Multa sunt proverbialia, communi sensu recepta, quæque quotidie in omnium ore esse solent, sed quorum tamen veritatem paucissimi percipiunt, aut si etiam percipiant, perceptio tamen illa magis cognitionibus mortuis & superficialiis, quam vivis, intimis ac sensibilibus annumerari meretur, cum quotidiana praxis & experientia testetur, veritates tales quidem ore corporis proferri, sed non lingua mentis gustari. Omnes oblata occasione aliis vel consulendo vel eos consolando inculcamus: *Vexatio dat intellectum*; item: *Patiencia vincit omnia*. Et tamen si ipsimet vexas patiamur, nequaquam vexas illas ut bonum aliquid amplectimur, sed ægre ferimus, & indignamur, atque si repellere eas aut vindicare nequeamus, maxime impatienter, nec sine multis querelis eas sustinemus inviti. Deploremus amicorum sortem, dum adversitatibus multis subijciuntur, eosque raro ut patienter ferant, sæpius, ut contra audentius eant, adhortamur. Contra beatos prædicamus eos, qui absque vexatione cito ditescunt, aut in altum tolluntur, iisque ut plurimum tanquam felicibus invidemus.

Interim nihil verius est istis duobus proverbiiis. Homines omnes a natura ad stultitiam inclinant, sive divites sint, sive pauperes, sive nobiles, sive plebeji. Utraque classis ab aliis in progressu stultitiæ adjuvatur. Neque enim paupertas aut vilitas generis semper bonæ mentis mater est, sed sæpius viles & pauperes pravis sui similibus sodalitiis perduntur

(*Thomasii Cautelar, Pars I.*)

■

tur

PRÆFATIO.

tur, sæpius sua sponte, constata pariter & adsueta impudentia viciis se totos immergunt, frustra adhibitis poenarum terribilimentis. Pariter divitiæ & honores id incommodi ut plurimum habent, ut frequentiores insaniendi occasiones, potentia exequendi stulta desideria, adhortationes insidiosæ adulatorum, (quibus illecebris omnibus fere carere solent pauperes & viles) maximo impedimento sint, ne ex gurgite infelicitatis emergere possint homines in dignitatibus constituti & divitiis præditi. Sed utrique tamen hominum classi prospexit divina providentia, causas secundas ita subordinando, ut per adversitates ex somnolenta ebrietate stultitiæ, ad vigilem & sobriam sui cognitionem perveniant. Omnium rerum vicissitudo est. Alii adversitates experiuntur ab ineunte ætate, alii demum in ætate provecta. Vulgus hominum eos felices ac beatos prædicat, quibus in juvenili ætate omnia pro lubitu evenire solent; sapiens contra horum infelicitatem dolet, cum hoc pacto, quo minus in tempore adversitatibus adsuescunt, eo gravior postea futurus sit sensus vexationum non emanatarum, quæ in virili aut senili ætate iis accidunt, in tantum, ut sæpissime succumbant in casibus istis adversis, qui alias consistere potuissent, si adversa sensissent in tempore.

Nolo prolixius veritatem horum adfertorum deducere, qui viva experientia de eadem firmiter sui persuasus. Quantum recordor, memini, quod a prima pueritia ea, quæ maxime concupivi & desideravi, nunquam, aut certe rarissime, consecutus fuerim. Dolebat me equidem tum temporis valde, quod desideria mea ita frustrarentur, imprimis si vana spe antea lactata fuissent; sed tamen non diu nec adeo graviter, pro more infantum, me adficiebant istæ vexationes, nisi quod comparatio sortis meæ (etsi ea nec pauper, nec dives, nec vilis, nec honorata, sed media esset) cum sorte & conditione commilitonum meorum, qui secundum desideria sua vivebant, mihi subinde imaginem imaginariæ infelicitatis imprimeret. Postea adulescior factus, & doctrina sapientiæ ac
pru-

PRÆFATIO.

prudentiæ sincera ac cordata viam ad honores & dignitates parans, quæ non obstacula inveni, quas calumnias non perpeffus sum? Nec patienter tuli, quæ mihi contigerunt adverfa, sed quamdiu credidi ea virili refiftentia averti & vinci poffe magna cura intendi, ut calumnias illas & obtreftationes multo fale & pipere ac aceto abluerem, atq; de mortificatione adverfariorum ac calumniantium gauderem, donec tandem divina gratia edoctus fuerim genuinum fenfum axiomatis, quod vexatio det intellectum, non in eo confiftentem, quafi vexatio repleat intellectum humanum novis speculationibus & veritatibus de rebus extra hominem, fed quod ducat hominem intra fe ad cognitionem propriæ imperfectionis & ftultitiæ, & quod intentiones, etiam optimæ, femper admixtam habeant imbecillitatem humanam, ad cujus intimiorem agnitionem nemo pervenire poffit, nifi per multas adverfitates. Simul autem cognovi, maxime difficilem lectionem effe, quod vera magnanimitas confiftat in concoctione facili graviffimarum injuriarum. Dum Grotius fubinde inculcat, patientiam Christianis a Christo commendari, a) patientiæ fequeftrem DEUM effe, b) non iniquam effe juftam ultionem, fed ei tamen præftare patientiam, c) ut præcepta Christiana, & tamen haud absque fticturis ea tolerant commentatores, etiam Theologi. d) At dum idem alibi e) docet, quod, cum honor fit opinio de excellentia, qui autem magnam ferat injuriam, is patientem fe excellenter oftendat, ideo is honorem magis augeat, quam minuat, ingenue faffus eff magnus Pufendorffius, vitæ civilis morem non ferre illam Grotii philofophiam. f) Neque tamen putandum eff, quod vir fummus indicare velit, quafi illa Grotii philofophia repugnet prudentiæ civili, aut doctrinæ de moribus, fed, quod ea philofophandi ratio non fit ad guftum eorum, quos vulgus politici-

a) de J. B. & P. I. II. 8. 4.

b) I. III. 3. 7.

c) II. XX. 10. 2. feq.

d) vide Osiandrum ad dd. II. ne.

Grotii.

e) II. 10. 2.

f) De J. N. & G. II. V. 12. in fi-

PRÆFATIO.

liticos appellare consuevit. g) Interim etiam sanæ Philosophiæ sinceram doctrinam ad praxin hujus, quamvis difficillime lecti-
onis, pertingere vel exemplum Socratis docet. h) Postquam igitur in Ethica mea i) fructus insignes hujus egregiæ virtutis, a libellis vulgaribus Doctorum Academicorum neglectæ, perspicue ostenderam, operam dedi sedulo ac diligenter, ut serio etiam inciperem injurias, etiam publice illatas, patienter ferre, ac in spe & silentio easdem generoso contemptu vindicare. Et quamvis praxis hujus doctrinæ initio multis tentationibus fuerit obnoxia, dum partim calumniatores amplam actionibus suis notorie vel stultis vel infamibus mihi darent occasionem, eos vivis coloribus depingendi, partim non desissent alii, ad vindictam sæpius adhortantes: attamen vicit tandem constans propositum experiendi etiam veritatem alterius axiomatis, quod patientia omnia vincat, hoc est, quod de adversitatibus & vexationibus multo cum puriore & tranquilliore gaudio innocens triumphet, quam si vindicta, jucundissimo alias stultis bono, de hostibus & adversariis triumphare studeat.

Possem hæc omnia fusius & specialioribus circumstantiis enarratis describere, nisi recordarer, non decere virum sapientem, ut multa de se loquatur, & nisi connato pudore retineret, ne præcosim actionum propriarum. Id tamen in honorem & laudes gratiæ & providentiæ divinæ tacere nequeo, expertum me esse fructus uberrimos patientiæ & silentii, & contumtarum variarum injuriarum ac contumeliarum, videlicet non solum sensum animi quieti & sua sorte contenti, quamvis hic sit fructus præcipuus, sed etiam benedictionem divinam
tam

g) Unde eleganter doctissimus Barbeyracus sensum Pufendorfii sic interpretatus est: *cette belle philosophie n'est pas de grand usage dans la vie civile.*

h) Vide vitam Socratis ab Eruditissimo Gallo Carpentario conscriptam cap. 13. p. 35. seq. versionis mex Germanicæ.

i) Parte I. cap. 5. n. 59 -- 102.

k)

P R Æ F A T I O.

tam intuitu sufficientiæ bonorum, quam intuitu gratiæ ac favoris Regum Principum aliorumque potentium & in uberiore quidem mensura, quam antea eandem divinam clementiam expertus eram, dum impatiente vindicta obviam irem adversariis. Inprimis autem veneror insignem & eminentem gratiam Potentissimi Regis Borussiae & Ministrorum ejus Excellentissimorum, cujus testatio mihi firmiter persuasit, non solum, quod doctrinæ meæ præfatæ Sacræ Regiæ Majestati & Peritustribus Status Regii Ministris haud displicuerint, sed etiam, quod jussui ac beneplacito Regio non melius obtemperare possim, quam si omnibus viribus annitar, ut methodo hæctenus usitata in hac Alma Fridericiana pergam, una cum aliis collegis honoratissimis promovere studia juventutis doctrinæ cupidæ, atque suo modo incrementum ipsius Academiae nostræ.

Atque ista quidem paucissimis præfanda fuerunt, ut intelligatur, qua intentione & scopo cautelæ præsentis circa præcognita Jurisprudentiæ publicentur. Nimirum, cum jam ante annos duodecim & quod excurrit, inciperem aliquo modo sentire, quod Theologia mystica, in qua paulo antea k) doctrinæ fundamentalis sapientiæ veræ supplementa potissima quæsieram, habeat multos scopulos, l) in quos si quis incautus impingat, facile naufragium veritatis facere possit, etiamsi prope ablit a portu sapientiæ, incepti etiam cogitare, qua ratione studiosi juris docerentur, quomodo istos scopulos evitare deberent, ne eo non facto inciderent in errores incurabiles & Republicæ valde noxios. Suadebant mihi necessitatem illius doctrinæ partim pericula propria, in quæ in studio Theologiæ mysticæ incideram, partim experientia tum temporis quotidiana, dum me sæpius accederent studiosi, erroribus istis Theologiae

k) Testante *Parte II. Ethica* meæ anno 1696. publicatæ ejusque *Cap. ultimo & appendice seu conclusionem.*

l) Fufius de illis scopulis theo-

logiæ mysticæ docui in *præfatione ad versionem Germanicam operis Grotiani de J. B. & P.* potissimum §. 16. 17. 24. 25. 27.

PRÆFATIO.

logiæ mysticæ infecti, ac consilia a me expeterent; partim plurimorum tam in Academia nostra, quam extra eam, errores Theologiæ mysticæ agnoscentium, falsa persuasio, ac si in Academia nostra propositione doctrinarum pseudomysticarum iuventus corrumpéretur, & quasi etiam ego studiosis juris ejusmodi doctrinas erroneas inculcarem. Ut igitur absque contentione & rixis meam doctrinam a suspitione illa purgarem, & aliis a me dissentientibus, Theologiam mysticam studiosis bona fide quidem, sed absque adhibitâ cautela commendantibus, amice & placide causam mei dissensus monstrarem, exposui publice summam doctrinæ meæ de conceptu veræ sapientiæ, ac mediis genuinis eandem acquirendi, eamque præmissi summario indici principiorum meorum de necessitate ac utilitate studii liberalium artium & Philosophiæ intuitu studii juris. m) Quod vero ibidem singulatim de liberalibus artibus & disciplinis Philosophiæ tam theoreticæ, quam practicæ simul egerim, ideo factum, quod diuturna experientia & meditatio me docuisset, duo extrema studiosis juris circa liberalia & Philosophica studia esse vitanda; unum, ne insalutatis atriis liberalium artium & Philosophiæ sobriæ putent se irrumpere posse in conclavè Jurisprudentiæ, alterum, ne loco genuinæ Philosophiæ & studiorum verè liberalium vagentur in studiis inutilibus ac subtilibus Philosophiæ fucatæ, & disciplinarum titulo liberalium doctrinarum injuste superbientium. Quare operam dedi, ut in istis doctrinis fundamentalibus mediam viam inter ista duo extrema ostenderem, simul verò rationem redderem doctrinarum quarundam, a me in peculiaribus libellis de Philosophiâ rationali & morali fusius propositarum, quæ quoniam ab hætenus recepta doctrina Academica in quibusdam recedunt, ab adversariis ut doctrinæ falsæ ac periculosæ per calumniam subinde traductæ erant.

Tan-

m) In parte I. doctrinarum | Grundlehren) publicarum an-
 nearum fundamentalium (der | no 1699.

n)

PRÆFATIO.

Tantum vero abest, ut illius libelli me hucusque poenituerit, ut potius deprehenderim, ex eodem me variam hæcenus & non contemnendam utilitatem sensisse. Ut enim taceam, quod, quantum memini, nemo ab illo tempore adversus doctrinas ibi propositas quicquam opposuerit; jam duabus vicibus expertus sum, quod adversus novas calumnias nulla alia Apologia mihi opus fuerit, quam provocatioe nuda & simplici ad illas doctrinas fundamentales, semel, cum delatores invidi collegis quibusdam & amicis, doctrinas meas, in falsum & pravum sensum eas detorquendo, suspectas reddere conarentur; altera vice, cum iidem invidi, dum primum illud calumniandi artificium parum succederet, subtiliori fraude apud Regii Status Ministrum quendam, qui jam ante aliquot annos ad plures abiit, me de Scepticismo & Atheismo suspectum reddere conarentur. Saltem desideratum fuit a plurimis, ut istæ doctrinæ fundamentales, nimia brevitate propositæ, paulo plenius proponerentur, & additis quandoque allegationibus bonorum autorum illustrarentur, ita enim futurum esse, ut ingenia sincera, sed quæ tamen adhuc nimis immerita essent præjudicio autoritatis, convincerentur, doctrinas meas tanta novitate & singularitate, ut vulgo hæcenus creditum fuit, non laborare, sed multas veritates a me propositas hinc inde ab aliis etiam viris eruditis fuisse observatas. Igitur ante triennium in collegio privato cautelas has, quas jam publici juris facio, auditoribus meis curavi in calamum dictari, easque prolixiore discursu illustravi. Quas si quis cum præcedentibus doctrinis fundamentalibus, unde desumptæ sunt, conferat, deprehendet, paucissima in his cautelis esse emendata aut mutata, plurima vero multo clarius esse exposita, plurima etiam noviter addita. Potissima mutatio respicit caput 15. & 18. doctrinarum fundamentalium, quorum prius agere debebat de cautelis circa studium Juris Naturæ, posterius de cauto examine doctrinarum Philosophicarum secundum statum Christianismi. Cur vero cautela circa studium
Juris



P R Æ F A T I O.

Juris Naturæ fuerint omiffæ, id jam suo loco n) expofitum eft. Monita autem pleraque capitibus 18. priorum doctrinarum infer- ta funt in his cautelis ad fingula capita præcedentia locis con- venientibus. Igitur omiffis iftis duobus capitibus cautelæ an- te triennium in ealamum dictatæ conftabant faltem capitibus fedecim; aft in compensationem hujus omiffionis caput quin- tum de cautelis circa Historiam & Philofophiam in genere, quod in doctrinis fundamentalibus breviffimum eft, multis accessionibus jam tum fuit locupletatum. Cæterum cum nunc editionem illarum cautelarum parare animus effet, re- cordabar, inculcatum ftatim ab initio o) effe; unam effe fa- pientiam, adeoque adjeci de novo prioribus capitibus fedecim, tria ultima de cautelis circa ftudium Oeconomicum, Medicum & Theologicum. Equidem, quæ in capite decimo feptimo de ftudio Oeconomico dicta funt, pleraque antea con- tinebantur fub capite decimo feexto de ftudio politico, & nunc faltem inde funt avulfa & peculiari capite propofita; at duo capita ultima tota pene nova funt, nifi quod antea in capite decimo feexto paucis paragraphis fuperficiarie quædam diffe- ruerim de ftudio Medico, & quod jam in capite ultimo a pa- ragrapho vigefimo feptimo ad quadragesimum feptimum, fe- cundum ductum capitibus ultimi doctrinarum fundamentalium, fuppletæ fuerint collationes in prima delineatione cautelarum omiffæ, doctrinarum capitibus primi, fecondi, feptimi, noni, decimi, undecimi, duodecimi, ac decimi tertii cum doctrina fcripturæ facræ.

Nimirum, ut ad memorandas rationes publicatarum ha- rum cautelarum propius accedam, arbitratus fum, quod non melius poffim prodeffe ftudiofæ juventuti, & fecondum meum modulum promovere incrementa Academiæ noftre, quam fi partes illas quatuor doctrinarum fundamentalium melioris explicationis loco perfpicuis, & quantum fieri potuit, pene ad fen-

n) *Cap. XV. harum cautelarum*
§. 2.

o) *Cap. 1. n. 1.*

p)

PRÆFATIO.

ſenſum communem reductis poſitionibus includerem, ſub titulo Cautelarum circa præcognita ſtudii Jurisprudentiæ, item circa ſtudium Juris Naturæ, Civilis privati, publici & eccleſiaſtici. Sic enim primo futurum eſſe ſperabam, ut ex-teri ex lectione cautelarum harum cognituri ſint, quod doctrinæ meæ, dum a communibus ſententiis recedunt, ubique rationibus evidentiffimis & principiis firmiſſimis nitantur, & quod imputationes adverſariorum quæcunque, ſive publicæ & apertæ, ſive clandestinæ & inſidioſæ, viva voce, aut per literas ſimulatorum amicorum diſperſæ, vel aperte falſæ ſint, ut Scepticiſmî, Atheiſmî, Quakerianiſmî &c. vel certe nullam eis juſtam conquerendî cauſam præbeant, ut novarum ac ſingularium doctrinarum, ac ſimiles. Deinde credebam fore, ut futuri auditores mei in antceſſum expendere, quibus fundamentis nitatur doctrina mea, & quid ſibi ex eadem promittere debeant, item, quam neceſſaria omnino ac utilis ſit emendatio (non violenta ſed amica & ſpontanea) plurimarum doctrinarum Jurisprudentiæ & aliarum Facultatum, hætenus communiter in Academiis, etiam proteſtantiùm, receptarum. Inprimis autem non differenda videbatur ulterius editio hujus primæ partis cautelarum. Superavi jam annum ætatis quinquageſimum quintum, & quamvis per DEI gratiam nullos adhuc ſentiam ſenſibiles defectus virium ingenii & corporis, tempus tamen eſt, ut cogitem ſerio de appropinquatione mortis, vel de appropinquatione annorum meorum ad terminum conſuetum vitæ, etiam longævæ, ſecundum eâ, quæ jam ſuo tempore Moſes de longævitate humana judicavit. Cumque adeo incerta dies & hora mortis ſit, non cunctandum eſſe putavi in publicatione hujus primæ partis, ut ea, me non amplius ſuperſtite ſuperſtes ſit, atque vindicet doctrinam meam, ejusque veritatem apud poſteros, adverſus calumnias, quæ veritatis adverſarii verosimiliter poſt mortem meam ulterius evomere non ceſſabunt.

Capita duo ultima ideo adjeci, ut oſtenderem, vulgarem

(*Thomasii Cautelar, Pars I.*)

b

opi-

PRÆFATIO.

opinionem esse maxime erroneam, quæ putat, Juris Studiosos aut doctores, imo fere quoslibet homines, non debere sollicitos esse de cognitione propria conservandæ sanitatis ejusque recuperandæ, sed sufficere, si totum negotium relinquunt unicæ curæ Medicorum, similemque esse rationem salutis humanæ post hanc vitam, quasi nempe & hæc tota relinquenda sit Theologis, nisi, quod hic credamus, conveniens esse, ut eruditi Laici memoriæ mandent formulam quandam verborum, ab ipsismet nec intellectorum, nec intelligendorum, & illos, qui saltem in literula aut syllaba ab ipsis formulis recedunt, maximo odio persequantur. Igitur, cum una sit sapientia, eaque consistat in cognitione boni humani viva, & a præjudicis auctoritatis ac præcipitantiæ humanæ haud dependente, perspicue, ut puto, docui, peccare sapientem Jurisprudentiæ cultorem, si non & ipse meditetur serio, quid ad conservationem aut reparationem propriæ sanitatis, omnium maxime autem, quid ad consequendam salutem æternam necessarium sit. Ne tamen simul in leges boni ordinis recepti in singulis Academiis Principum Protestantium peccarem, & circulos Facultatis Theologicæ ac Medicæ turbarem, duo ultima capita non exposui in lectionibus meis, sed suffecit mihi, quod rationes publice reddiderim confessionis fidei meæ in doctrinis Theologicis, & conjecturam circa doctrinam Medicam. Simul etiam in capite ultimo causas modeste exponere volui, cur persuasus sim, quod salva conscientia non possim subscribere Formulæ concordiæ, ne ansam arripiant adversarii, ex declaratione mea, ante septem vel octo menses, occasione vocationis ad munus aliquod honorificum in Academia patria, super illa circumstantia facta, me de novo accusandi, ac si nescio qualis vel quantus sim hæreticus, aut quasi eos, qui credunt, se salva conscientia juramenta ejusmodi religiosa præstare posse, taxare voluerim. Nam hic haud dubie valebit illud monitum Apostoli, p) unum-

p) *Rom. XIV. 5.*

PRÆFATIO.

unumquemque in animo plane certum esse debere circa definitionem quæstionum ejusmodi dubiarum. Cæterum ex lectione capituli illius ultimi patebit, quod cautelæ ibi traditæ saltem respiciant confessionem meam circa tres religiones in Imperio Romano legibus publicis toleratas, & quibus ex rationibus impeditus fuerim, quo minus cautelas reliquas, spectantes ad Religiones alias, quæ hodie in orbe Christiano extra Imperium Germanicum tolerantur, addere potuerim, quod forte in secundis curis supplebitur, si DEUS vitam & vires ingenii concesserit.

Quæ restant cautelæ circa studium ipsius Jurisprudentiæ tam naturalis, quam civilis, ejusque tam privatæ, quam publicæ & ecclesiasticæ, eas operam dabo, ut quam proxime primæ huic parti adjiciam, cum in eo totus sim, ut omne otium Academicum in posterum impendere possim ad promovenda studia juventutis Academicæ. Adeoque ut constet, qua ratione deinceps me gerere veim in lectionibus publicis pariter & privatis, propositum meum paucis declarabo. Lectiones publicas sic instituiam, ut in lectionibus hybernis thema aliquod practicum Jurisprudentiæ Judicialis exponam studiosis, in æstivis autem seligam thema pertinens ad prudentiam Jctorum consultatoriam vel Legislatoriam. Ac quemadmodum hætenus in lectionibus hybernis explicavi publicæ Constitutionem Criminalem Carolinam, ita, DEO dante, in lectionibus æstivis interpretabor positiones meas de prudentia Jctorum Consultatoria, ante quinquennium publicatas, simul in calamus dictaturus notabilia ad meliorem intellectum doctrinarum ibi positarum facientia. Lectionibus hybernis proximis, si DEO placuerit, tractabo causas Matrimoniales, & in sequentibus æstivis docebo generalia principia doctrinæ de prudentia Jctorum legislatoria. Quod lectiones privatas attinet, aperiam in gratiam eorum, qui ad praxin juridicam properant, post festum paschatos, Collegia in Institutiones, Pandectas, Jus Feudale, & Processum tam civilem quam criminalem, ita ut singu-

PRÆFATIO.

lis diebus non feriatis duabus horis partim explicaturus sim discursu perspicuo doctrinas eo pertinentes. partim vero in calamum dictari curaturus sim potissima, quæ partim ad intellectum dubium doctrinarum theoreticarum; partim ad usum modernum forensem in Imperio Germanico spectant; simul operam daturus, ut totus hic cursus intra annum spatium absolvatur. In Collegio Institutionum ipsum textum Imperatoris Justiniani interpretabor. In Collegio pandectarum exponam Doctrinam pandectarum anno præcedente à Collega amicissimo Dn. Professore Ludovici publici juris factam. In Collegio Feudali sequar vestigia Synopsæ Schilterianæ; in Collegio denique Processus, quæ Civilis, quæ Criminalis explicabo ejusdem Dn. Professoris Ludovici Introductionem Germanicam ad utrumque Processum. Atque in id incumbam sedulo ac diligenter, ut lectionibus æstivis collegia institutionum & pandectarum, in lectionibus hybernis autem Collegium Feudale & Collegia duo processualia absolvantur. Denique cum etiam fuerint nonnulli ex honoratissimis commilitonibus; qui a me petierunt, ut in Collegio privatissimo ipsos adjuvem in meditandis paulo profundius doctrinis ad perfectionem ulteriorem studii Juris facientibus, nec illis deero, sed peculiari hora ad id destinata non solum partem hanc primam cautionum (exceptis tamen, ut jam supra monui, duobus capitibus ultimis) sed & principia Juris publici & ecclesiastici ad ductum libellorum duorum Celebrissimi Jcti Lipsiensis Dn. Titii, doctrinas Juris publici & ecclesiastici summam proponentium, intra annum spatium continuo examine ita ipsis explicabo, ut non tantum memoria teneant ibidem tradita, sed & adhibita debita diligentia eadem intelligant & rationes doctrinarum ibi propositarum reddere queant. Faxit DEUS optimus maximus, ut hæc omnia vergant in incrementum Academiæ nostræ & utilitatem studiorum juvenutis.

CAUTELARUM

CIRCA

STUDIUM JURIS

PRUDENTER INSTITUENDUM

Pars I.

SISTENS

CAUTELAS

CIRCA

PRÆCOGNITA

JURISPRUDENTIÆ

IN USUM

AUDITORII

THOMASIANI.

HALÆ MAGDEB. ANNO MDCCXXV.

Prostat in Officina Libraria Rengeriana.



CAUTELÆ CIRCA PRÆCOGNITA JURIS- PRUDENTIÆ.

Cap. I.

CAUTELÆ CIRCA CONCEPTUM VERÆ ERUDITIONIS SAPIENTIÆ IN GENERE.

I.



Na est sapientia, a)
2. Consistit ea in viva b) cognitio-
ne veri boni. c)
3. Dico *boni*. Unde vitandus error
communis doctrinæ, quæ veram eru-
ditionem & sapientiam quærit in sola
cognitione veri. d)
4. Uti enim vel sensus communis docet, scientiam ve-

A 2

rita-

a) Sap. VII. 27. 1. Cor. XII. 5-11. d) *Autor Medicina mentis p. 9.*
b) Sap. VII. 22-25. 1. Cor. XII. 11. *seq.* Adde quæ excerpfi ex Spinosa
c) Sap. VIII. 2-18. Job. XXIX. 12. *in Monati. Gedanken P. I. p.*
seq. Prov III. 1. 2. 10. Eccles. VII. 421. seq.
13. IX. 13. *seq.*

ritatum inutilium & noxiarum potius stultos reddere quam sapientes, ita haud dubie sapientes decet scientia rerum toti humano generi utilium. Atqui hæc est scientia boni.

5. At, inquires, omnes veritates sunt utiles, quia videlicet perficiunt intellectum in cognitione veri, ejusque separatione a falso. e)

6. Ego vero contra: Veritates in se nec bonæ nec malæ sunt. f)

7. Unde necessario fluit, nec ignorantiam nec errorem in se bonos aut malos esse. g)

8. Interim tamen nullum est dubium, veritates multas noxias h) dari & inutiles, i) & ignorantias ac errores multos utiles esse. k)

9. Inde quærenda causa talis denominationis, & cur veritas pariter ac ignorantia vel error utiles vel inutiles, boni vel mali dicantur.

10. Id certum est, & exempla id docent, veritates & errores bonos vel malos dici, prout quis illis utitur. Usus autem hic a voluntate humana dependet.

11. Etenim Deus, uti multas malas intentiones homi-

e) Hæc est objectio fortissima dissentientium. Vide autores modo citatos.

f) Alius enim est conceptus veri, alius boni. Unde & bonum in genere est vel verum vel falsum.

g) ex doctrina oppositorum.

h) e.g. cognitio præcox reum venerarum, ipsa experientia seu cognitio sensibilis rerum affectus irritantium.

i) e.g. scire, quot sint grana sa-

buli in vase; scire quid singuli auditores habeant in marsupio.

k) e.g. ignorantia rerum inutilium: ignorantia rerum, quæ timorem & terrorem frustraneum excitarent. Ut sunt consilia & machinationes inimicorum, quorum pleraque sine prudentia nostra evadimus per solam curam providentiæ divinæ: errores, qui majoris attentionis & emendationis causæ sunt: si quis ex errore feriat ini-

hominum quotidie directione providentiæ suæ ita dirigit, ut inde veniat bonum ; l)

12. Ita multo magis errores intellectus humani dirigit ad bonum. m)

13. Tantum abest, ut Deus unquam veritates aut vere bonas intentiones hominum inutiles reddiderit, aut reddere velit. n)

14. Ergo uti omne malum est opus voluntatis stultorum, bonum vero appetitur a voluntate sapientum : ita idem & de usu veri vel errorum dicendum. Scilicet voluntati humanæ, ut diximus, adscribendus est usus & abusus veritatum.

15. Nulla enim veritas tam salutaris est, si ea bene utaris, qua hominum malitia non abuti possit, ut noxia fiat.

16. Et nullus error tam pestilens est, quem non emendare possit cor sapientis. o)

17. Cum vero omne bonum sit bonum alterius, hinc etiam considerandum, quo intuitu veritas vel error boni vel mali appellationem assumant.

A 3

18. In

inimicum, cum vellet nocere amico : si quis adulterium committere cupiens ex errore concumbat cum uxore propria &c.

l) Exempla: Fratres Josephi vendentes fratrem Ægyptiis; In genere actiones plerorumque hominum, maxime potentum. Hæc si penitius inspicias, deprehendes, plerasque intendere inversionem orbis terrarum. Ut verum sit: Mundum regi exigua prudentia (humana.)

m) e. g. errores Abimelechi, Cornelii, Pauli Apostoli.

n) Ergo si videamus bonas intentiones nostras non gaudere effectu desiderato, vel imprudentiæ nostræ circa media id adscribendum est, vel etiam deprehendemus, intentionem nostram, sub prætextu gloriæ Dei aut utilitatis publicæ occultasse stultitias affectuum nostrorum.

o) Exempl. Paulus ex errore persequens Christianos.

p) Sy-

18. In Deum, uti ex creaturis nihil mali vel boni redundare potest, propter omnipotentiam ejus, & summam sufficientiam; ita etiam Deus ex humana cognitione veritatis, aut ex humano errore nullum commodum aut damnum sentit.

19. Ex quo patet, quod studiosus sapientiæ cavere debeat, ne falso sibi persuadeat, ac si studia ejus dirigantur ad gloriam Dei, si tamen aliud subsit scopus.

20. Atque ut hic se probe examinet, notare debet (1.) quod plerique, qui talia sibi primum persuadent, & deinde aliis persuadere volunt, sibi ipsis imponant, cum potius id faciant eum in finem, ut commode vivere valeant & otiose, ut honores vel divitias acquirant.

21. (2.) Quod gloria Dei magis promoveatur per adimpletionem voluntatis divinæ, quam per cognitiones speculativas veritatis. p)

22. (3.) Quod aliud sit dare Deo honorem, aliud Deum honore afficere. q)

23. (4.) Quod ad arcana Papismi, quibus imperium extorsit Laicis, pertineat, quod incautis persuaserit, solas actiones Cleri tendere ad gloriam Dei, contra actiones Laicorum omnes esse vanas ac Deo invisas. r)

24. Er-

p) *Syrac. I. 17. IV. 15. XXXV. 5. Rom. XII. 1. Jacob. I. 26. 27.*

q) Ergo, dum Apostolus vult, quod omnia debeant fieri ad gloriam Dei *I. ad Cor. X. v. 31.* vel sensus est, quod omnia debeant fieri cum benedictione & laudatione divinæ bonitatis, vel quod debeamus ita actiones nostras instituere, ne aliis simus offendiculo & ne Deus per nos alias operans, ab aliis

blasphemetur.

r) Huc pertinet elegans locus ex Michaële Vassore, *Tomo II. lib. 6. p. 54.* On demandoit aux *Je-suites* plusieurs autres conditions facheuses, qui renouvelloient la memoire de ce que les Magistrats & les gens bien sensés avoient dit autrefois du danger d' un institut extraordinaire, qui sous le pretexte

spe-

24. Ergo in studio veritatis intendenda est promotio boni humani & aversio noxæ ab humano genere. s)

25. Ex dictis patet, veritates illas communiter utiles dici, vel inutiles aut noxias, quæ a pluribus hominibus ad bonum vel malum finem usurpantur, vel certe usurpari facile possunt. t)

26. Cur autem in conceptu veritatum utilium aut inutilium nullam mentionem fecerim inferiorum creaturarum, ideo factum, partim quia homo ad utilitatem reliquarum creaturarum parum confert & conferre potest u)

27. Partim quia homo creaturas reliquas & potissimum bestias cura sua magis perdit. x)

28. Quando igitur dissentientes dicunt y) omnem veri-

specieux de s' appliquer à la reformation des mœurs, de travailler à l' instruction de la jeunesse, & de procurer ce, qui luy plait de nommer *la plus grande gloire de Dieu*, ne tendoit, qu' à decouvrir le secret des familles, à gouverner absolument les consciences, & à former une caballe redoutable, & entièrement devouée au Pape, dans tous les Etats de son obediencie.

s) Connexio illationis petenda ex n. 17. & 18.

t) à potiori enim fit denominatio.

u) ob igtiorantiam rerum naturalium. Nota fabula de rustico,

tempestates cœli dirigere volente, & de vento plane non cogitante: Ubi obiter quæsitum cur ad Deum preces ob pluviam aut ejus cessationem fundamus, nunquam verò oremus de vento.

x) Gen. III. 17. 18. Rom. II. 19. 22. Dicendum hic de insitione frugum diversi generis, de plantatione frugum peregrinarum; de inventione molarum, (Genes. XXXVI. 27. vide tamen ibi Clericum in notis) de acceleratione mortis bestiarum manufactarum, etiam quas homines diligunt, & de majore longævitate ferarum.

y) vide supra n. 9.

z) Nam

veritatem perficere intellectum in cognitione veri & prodelle ad alias inveniendas veritates, cum grano salis id est accipiendum.

29. Etsi enim hæc utilitas veritatum non sit plane negligenda, haudquaquam tamen in hoc conceptu quærenda est denominatio veritatum utilium & inutilium z)

30. Nec in usu inventionis novarum machinarum, aut emendationis veterum. a)

31. Nec in delectatione & otio animi, & cogitationum. b)

32. Sed in usu ad procurandam veram felicitatem humanam, & evitandam infelicitatem,

33. Ubi supponendum est (1.) quod Deus omnes creaturas fecerit non ut infelices sint, & in perpetua tristitia vivant c) sed ad vitam felicem & hilarem. d)

34. (2.) Inter felicitatem & beatitudinem nullam esse differentiam, adeoque nec inter earum synonyma Germanica, Glückseligkeit und Seeligkeit. e)

35. (3.) Felicitatem & infelicitatem, sive etiam fortunam

z) Nam hæc utilitas etiam dici potest de veritatibus, quas in exemplis ad n. 8. diximus esse evidenter noxias & inutiles.

a) Cum machinæ pleræque ab hominibus adhibeantur ad usum noxium, &c, quæ prosunt, prosint tantum ad augmenta divitiarum vel honores, aut ad curandos morbos corporis, nunquam ad curandam animam.

b) Nam & qui huic nimis incumbunt eruditi, vel ideo quia otio student, sunt inutilia terræ pondera.

c) Tristitia est sensus infelicitatis contra hilaritatis sensus felicitatis.

d) *Gen. I. v. 31.* Adversa doctrina vel ad fructus pertinet spiritus melancholi, vel etiam ad arcana Politica Papismi.

e) *Rom. XIV. 22. I. Corinb. VII. 40. Gal. IV. 15. I. Petr. I/1. 14.* Quod vero communiter felicitas & beatitudo apud Germanos ut diversi plane conceptus designantur, iterum adscribendum arcana Politica Papalis, Laicis persuadentis, ac si homines ad beatitudi-

tunam & infortunium apud Christianos nil aliud debere significare, quam operationes providentiæ divinæ, f)

36. (4.) Veram felicitatem habere suos gradus diversos, unde dividitur in temporalem seu imperfectam & perfectam seu æternam.

37. (5.) Felicitatem temporalem & æternam non esse diversæ essentiæ, sed saltem diversorum graduum.

38. (6.) Adeoque felicitatem æternam esse quidem perfectiorem & continuare post hanc vitam, sed non deum post hanc vitam incipere. g)

39. Porro dixi in definitione sapientiæ: *viva cognitio*, h) ut ostendam, cognitionem esse quidem partem sapientiæ & veræ eruditionis necessariam, sed minimam aut minoris existimationis.

40. Etenim sapientia & genuina eruditio humana non magis sine prudentia est, ac prudentia sine sapientia. i)

41. At vero longe prudentior est, qui sine subtili cognitione boni k) suam & aliorum hominum utilitatem promovet, quam qui subtilissime ratiocinando, etiam de summo bono, sibi & aliis nocet.

42. Et quotidiana experientia docet, veritates, etiam utilisimas, & salutares, earumque cognitionem intellectualem, non beatos ac felices reddere homines, sed

tudinem non nisi per media incepta & Clero saltem proficua pervenire possint.

f) *Syr. IV. 14. Amos III. 6.* Notabile, quod in novo fœdere non occurrat vox felicitatis & infelicitatis *ευχης & αεροχίας*, *Glücks oder Unglücks*, uti ex concordantiis patet.

g) Nam uti arbor cadit, ita ja-
(*Thomasii Cautelar. Pars I.*)

cebit. *Eccles. XI. 3.*

h) Connexionem quære *supra* n. 9.

i) Plura de unione prudentiæ & sapientiæ & earum tamen diversis conceptibus vide *in lineis de prudente consult. c. t.*

k) i. e. sine subtili speculatione de natura boni.

B

1) Hinc



sed scientiam boni & mali conjunctam facile esse posse cum boni carentia.

43. Unde cavendus est communis doctrinæ error studioso sapientiæ, quasi infelicitas unice profluat ex ignorantia boni, & quasi sola boni scientia reddat felices. l)

44. Et illud observatu dignum, quod ut omnia nimis subtilia, ita præprimis omnes cognitiones nimis subtiles magis noxiæ sint, quam utiles, vel certe inutilis.

45. Item, quod stultitia non primario consistat in ignorantia vel errore, uti nec sapientia primario in cognitione veritatis, sed, quod sapientiæ sit opposita.

46. Uti igitur sapientia una est, ita stultitia multiplex. m)

47. Exinde etiam sequitur, quod stultitia non consistat in scientia rerum inutilium, sed in desiderio & delectatione talis scientiæ.

48. Item quod non sit stultitia, scire res subtiles, sed desiderare hanc scientiam eaque delectari.

49. Item, quod stultitia non tam consistat in ignorantia propriæ felicitatis aut infelicitatis, quam in incuria cognoscendi statum suum.

50. Porro, quod stultitia non tam consistat in carentia boni cogniti, sed in negligentia id acquirendi, & in falsa opinione, quasi cognitio subtilis boni sufficiat, & quasi hæc homines reddat felices. n)

51. Fluit

l) Hinc in Philosophia Aristotelica Sapientia & Prudentia dicuntur virtutes intellectuales. De Socrate conf. memor. Socras. I. 4. c. 9. p. 272. seq. vers. Germ. vide *Austub, des Socr.*

tenl. c. 13. §. 44. p. 437.

m) de natura stultitiæ dictum fuit in *fundamentis juris naturæ & gentium lib. 1. c. 3. 4. 6.*

n) Hæc ultima stultitia ideo maxima est, quia fere incurabilis, fundata

51. Fluit ulterius ex dictis, quod radix & essentia stultitiæ non quærenda sit in intellectu, etsi operetur in intellectu, sed quod origo stultitiæ veniat ex corde & voluntate. o)

52. Ergo etiam, cum oppositorum eadem sit ratio, sapientia seu vera eruditio ejusque radix non in intellectu operetur.

53. Hinc vero facile pater, cur sapientiam dixerim vivam cognitionem boni & in quo consistat illa viva cognitio,

54. Etenim stultitia non solum se exerit in supina ignorantia rerum utilium & scitu necessariorum, sed & in mortua etsi subtilissima cognitione boni. p) Ergo necesse est, ut & de sapientia prædicetur utrumque: cognitio rerum necessariorum, & viva cognitio.

55. Mortuam cognitionem boni q) voco, quæ vera felicitate i. e. tranquillitate animi destituta putat sibi nihil deesse, adeoque nec ejus possessionem desiderat, multo minus alios ad veram felicitatem ducere intendit, aut si intendat, facit tamen id mediis ineptis.

56. Contra viva boni cognitio in eo consistit, ut quis desiderium in corde suo sentiat veram felicitatem adipiscendi, & ut quis prægustum aut gustum ejus in corde sentiens promtus sit paratusque, aliis viam ad eandem felicitatem

data videlicet in universali doctrina scholarum, felicitatem hominis dependere ab intellectu. Unde alibi diximus eruditos stultos esse majores reliquis.

o) Diximus enim n. 47. seq. stultitiam consistere in desiderio, delectatione, incuria, negligentia. At hæ sunt affectiones voluntatis,

non intellectus.

p) Per dicta n. 41. 42. 48. 50.

q) Dico boni, In cognitione veri illa cognitio est viva, quæ incipit a sensu proprio: illa mortua, quæ a sensu alieno: ut cognitio de gustu rei, de ejus motu, coloribus, odoratu &c.

felicitatem monstrandi, aut certe media apta ostendendi, quibus evadant damna, quæ stultitia operatur.

57. Cum vero nemo desiderare alicujus rei possessionem possit, qui carentiam & indigentiam ejus non sentit, inde etiam desiderium veram felicitatem adipiscendi præsupponit, ut quis sentiat se esse infelicem.

58. At hic sensus rarissimus est, partim ob stultitiam hominibus connatam, partim ob vanissimam scholarum doctrinam de hominis nobilitate & præstantia præ reliquis creaturis. r)

59. Cum tamen homo, si penitus eum intuearis, sit miserima creatura.

60. Siue enim durationem ejus respicias, stellæ, elementa, lapides, arbores, pleræque bestię, imprimis fera diutius durant & vivunt, quam homines.

61. Pluribus etiam mediis conservandi se homo in educatione, cibo, potu, vestitu, opus habet, quam reliqua animalia.

62. Pluribus morbis homo est obnoxius, quam bestię.

63. Quin imo bestię ratione carentes melius homine norunt media ad conservandam sanitatem & vitam utilia. s)

64. Porro cum à bestiis & aliis creaturis homo medica-

r) In secundis curis inquirendum, an doctrina hæc ex Ethnicismo an ex Papismo ortum ducat. Sane apud Platonem, Aristotelem, Plutarchum, Plinium, Senecam multa inveniuntur testimonia de hominis miseria. Factis vero ad eum errorem descensus fuit ex hypothese de essentia ho-

minis in intellectu & ratione consistente.

s) Etenim homo multa medicamenta didicit a bestiis. Bestię sine eruditione & studiis dietetica vivunt, & medicamenta sine medico quarunt, ac facile inveniunt.

t) In-

dicamenta petat; homo reliquis creaturis ad conservandam sanitatem corporis magis nocet, quam prodest.

65. Homo naturaliter inclinatur ad alliciendos sibi morbos & abhorret a rebus sanitatem corporis conservantibus. t)

66. Pertinet & illud ad miseriam hominis, quod plerumque homines solliciti sint de curandis aliorum morbis, negligant tamen communiter scientiam curandi seipsum. u)

67. Adde, quod cura hominum longe difficilior sit, quam cura bestiarum. w)

68. A miseris intuitu bonorum corporis pergendum ad bona animi, vel ideo, quod in his panegyristæ humani generis maximum quærant refugium.

69. Præ-

t) Inclinatur enim naturaliter ad excessum in cibo & potu sive ratione quantitatis, sive ratione qualitatis, ut de nimio usu rei venereæ jam nihil dicam. Etenim omnia, quæ saporem nimis irritant, & admodum bene sapiunt, morbos excitant, vel certe sanitatem non conservant. Contra medicamenta saporem habent vel nauseam excitantem, vel inamoenum. Et quæ sanitatem hominis conservant cibi & potus genera, nullo sapore, palatum irritante sunt prædita. Quare non mirum est, temperantiam & esuritionem esse optimam medicinam. Commendandus hic Autor *medicina corporis*.

u) Nota fabula de eo, qui spon- sione certabat, maximum nume-

rum medicorum esse. Notæ quærelæ Dominorum Medicorum de Medicis ineptis. Notum, quod Medici, etiam experientissimi, dum ipsi ægrotant, aliorum Medicorum ope utantur.

w) Tum ratione cognitionis. Quod uni individuo bestiarum nocet vel prodest, idem & alii individuo ejusdem speciei nocet vel prodest, sed in homine id raro contingit, & plurimæ hic dantur exceptiones. Tum ratione applicationis. Homines majore nausea abhorrent a medicamentis. Sapientius affectibus suis turbant curam v. g. ira, tristitia, libidine, terrore, &c. Dictum hic de experimento in asinere, cui cultro oculi læsi, & liquores omnes ex tunicis oculi expressi erant &c.

69. Præditus est homo ratione, sed stulta, cum ea à teneris unguiculis usque ad extremum halitum ægrotet.

70. Etenim lumen rationis perpetuo duobus præjudiciis humanæ autoritatis & præcipitantiæ quasi obtegatur & obfuscatur, quibus non laborat instinctus bestiarum. x)

71. Et illud miserandum, quod, cum homo in rebus ad se non pertinentibus, & ubi ab affectibus est vacuus, facile & sine magno studio & doctrina verum cognoscat, tamen, quamprimum veritatum cognitio ad ipsummet & propriam felicitatem pertinet, ob præjudicia affectuum regulariter verum pro falso, & falsum pro vero habeat, in primis in doctrina de bono & malo.

72. Sic enim evenit ut cognitio veritatis haud proficit sive illi, qui eam cognoscit, cum ad aliorum utilitatem respiciat, sive his, cum eam ipsi non agnoscant,

73. Quemadmodum vero ratio & cogitatio homini intuitu intellectus & cognitionis veri parum prodest; ita & intuitu voluntatis & acquirendi veri boni plus ei nocet, quam prodest.

74. Etenim homo naturaliter cogitationibus suis stulta gaudia & dolores non necessarios ac frustraneos, tam intuitu rerum præsentium, quam præteritarum & futurarum excitat.

75. Cum contra bestię tantummodo afficiantur gaudio & dolore per res præsentis, corpora eorum sensibilibiter afficientes, adeoque frustraneis illis gaudiis & doloribus de rebus præteritis & futuris careant.

76. Quinimo, si quis accuratius consideret naturam & essentiam gaudiorum & dolorum humanorum, deprehendet, pleraque gaudia & dolores plerosque esse fal-

x) Cave tamen, ne putes, lumen | obfuscatio ejus proveniat ex præ-
rationis esse ipsum morbum, cum | judiciis voluntatis.

saltem imaginarios, id est, consistere in meris cogitationibus.

77. Imo deprehendet, talia gaudia ac dolores super imaginatione rerum præteritarum multo magis afficere hominem, quam sensationes rerum præsentium.

78. Illa vero miseria & stulticia humana intuitu voluntatis omnium maxima est, quod homo à natura res sibi noxias seu malas amet, & utiles seu bonas abhorreat, cum tamen in bestiis regulariter deprehendantur appetitus plane contrarii.

79. Quare nec mirandum, quod regulariter conceptus hominum de pulcro, amœno, præstante, perfecto &c. aberrant, cum res, quas homines ut pulcras, perfectas &c. concipiunt, plerumque vanæ, inutilis, imperfectæ ac noxiæ sint, & rationi rectæ adversentur.

80. Etsi vero homo in se sentiat desiderium veri boni; illud tamen nullam utilitatem homini præstat ad bonum consequendum ob nimiam desiderii hujus instantiam.

81. Etenim regulariter, quæ nimis anxie concupiscimus, ea, si possideamus, non curamus amplius, aut pro bonis habemus, sæpe etiam nauseamus & abjicere intendimus. Qui defectus iterum in bestiis non deprehenditur.

82. Rursus & in eo homo differt a bestiis, quod impatientia laboret, & quod tempus, quo ad adeptionem boni opus est, diutius ipsi currere, contra tempus, quo bono desiderato frui deberet, citius abire videatur y)

83. Atque hæc impatientia hominem plerumque impe-

y) Mensura temporis semper una eademque est. Et solus homo impatiente & diuturnitate temporis festo.

mo tædium ex tali imaginaria bre-

impedit, ut præfente bono minus fruatur, quam alias frui poffet, & ex altera parte in caufa eft, ut malum magis & fenfibilis fentiat, vel ut bono plane non fruatur, & malum plane non repellat.

84. Ut taceam inepta media, quibus homines untur ad fedandam & compefcendam hanc impatentiam. z)

85. Quemadmodum autem non poteft viva boni cognitio effe fine defiderio boni, & hoc defiderium non exiftit fine cognitione miferiæ humanæ, a) ita, qui fapens effe cupit, omnes hætenus memoratos miferiæ gradus probe cognofcere debet.

86. Neque folum miferiam communem humani generis, fed & omnino eam, quæ fibi propria eft & peculiaris.

87. Etenim is nondum fapiens eft, qui communem humani generis miferiam agnofcit, & fuam ftultitiam ignorat. b)

88. Porro uti defiderium veri boni tanquam pars primo cognitionis vivæ fine agnitione propriæ miferiæ effe nequit; ita tamen idem hæc fola cognitione non abfolvitur, utpote cum hæc faltem intellectum afficiat, fed infuper etiam requiritur naufeæ hujus miferiæ & pœnitentia,

89. Cum tamen conceptus pœnitentiæ per rationem

z) Concutere clepfidram, circumvolvere folia libri, cujus lectio nobis tædium parit, circumfpicere, an is advenjat, quem cum impatientia expectamus; plorare flere, &c.

a) Connexionem quære *ex n. 56. & 57.*

b) Siquidem experientia docet,

homines ftultiffimos, scurras & gnathones acutos effe in cognofcendis aliorum nævis; imo eos, qui nondum infantiam egressi funt, vitia, etiam quibus ipfimet laborant, in aliis hominibus, qua infantibus, qua adultis acutiffime cernere,

c)

nem status philosophiæ papalis & clericalis valde sit corruptus, opera danda, ne & hic aberret studiosus sapientiæ,

90. Nulla vera pœnitentia est sine pudore facti.

91. Cum tamen & pudor irrationalis datur, pudor rationalis saltem pertinet ad ea, quæ a nostro provenerunt arbitrio, & aliter fieri debuissent ac potuissent.

92. Neque est pudor rationalis sine serio proposito, stultas illas actiones in posterum omittendi, etiam si eas committere possimus sine metu pœnæ.

93. Uti vero serium hoc propositum in se non involvit necessario fletum & dolorem sensibilem; ita exinde necessario fluit, ad characteres seriæ pœnitentiæ fletum hunc non pertinere.

94. Quamvis & alterum erroris extremum sit vitandum, quasi seria pœnitentia non esset, quæ cum fletu est conjuncta.

95. Sunt enim ex una parte multi flentes & ejulantes ex metu pœnæ, aut etiam ex spe acquirendi honoris & divitiarum, non ex pudore serio commissæ stultitiæ.

96. Ex altera parte multi ita comparati sunt, ut regulariter, dum eos serio pudet actionum commissarum, fleant, ac plorent; Alii contra, dum eos pudet rei gestæ, tacent, & serii sunt, etsi non plorent.

97. Denique rursus alii, qui hilarioris sunt animi, dum eos pudet, nec tacent, nec plorant, sed ipsi stultitiam propriam cum indignatione rident, & hæc irrisione suam maxime seriam pœnitentiam testantur.

98. Ex dictis autem sensibilibus sequitur, æque seriæ pœnitentiam esse posse, sive quis ploret, sive cum taciturnitate sit serius, sive se irrideat.

99. Etenim irrisione propriæ stultitiæ non magis actio stulta est, ac fletus super aliorum hominum miseria & stultitia.

100. Cave tamen, ne irrisionem confundas cum risu, nec risum cum cachinno.

101. Etsi enim sapiens rideat debito tempore & loco, tamen pœnitentia, quæ pudorem necessario involvit, cum risu, vel gaudii vel complacentiæ teste, concipi nequit, bene tamen cum irrisione, tanquam re falsa & amara, & quæ sua natura est species indignationis.

102. Unde cave philosophiam monachorum, quæ omnem risum damnat, cum tamen dicta sapientum distinguant aperte inter cachinnum & risum moderatum. c)

103. Cave etiam communem doctrinam scholasticam, solam risibilitatem ut proprium hominis recensentem, quasi potentia flendi non æque sit homini propria.

104. Quod vero monachi & clerus Pontificius omnem risum damnaverint, aut eum inter characteres stultorum retulerint, quodque ad pœnitentiam necessario requisiverint lacrymas, id non factum sine arcano politico; ita enim adepti sunt imperium in laicos. d)

105. Unde & ex pœnitentia fecerunt sacramentum e) item pœnam, f) ac lacrymas necessario requisiverunt,

c) *Eccles. VII. 3. 4. 5. 7. junct. Syrac. XXI 29.*

d) Cogere enim homines ad fletum, & quidem diuturnum, & per aliquot annos continuandum, nota est, ni fallor, tam absolutæ potestatis, quantam ne quidem ullus princeps, etsi in summo gradu despotice imperans affectavit jam vero ex historia ecclesiastica notum est, jam seculo tertio quatuor fuisse gradus pœnitentium, plorantium, audientium, succumbentium & stantium, inter quos

primi sæpe per quadriennium cogebantur ante ædes sacras plorare vid. Christoph. Justell. *not. ad Cod. Canon. Eccles. univers. p. 76.* Casaubon. *Exerc. 16. ad Baron. Sect. 43. p. 487.*

e) Ita enim principes & reges exclusi fuerunt a potestate inspiciendi in acta cleri, & clero soli relicta potestas irrogandi & dispensandi circa hanc pœnam pseudo-spiritualem.

f) Idque jam tempore Augustini

verunt, propter satisfactionem, g) quam & ipsam fecerunt necessariam partem pœnitentiæ. Quæ omnia uti rectæ rationi repugnant, ita primi Ecclesiæ reformatores mox ab initio falsas istas doctrinas maximam partem notarunt h) etsi ejus reliquiæ quædam adhuc i) hodie remanserint.

106. Ca-

stini. *Pœnitentia est quadam delentis vindicta, puniens in se quod dolet commississe* &c. *Pœnitere enim est pœnam tenere* &c. (uti diabolus, qui homines devorat duobus boli:) *Can. 4. dist. 3. de pœnitentia*. Hinc & pœnitentia in Germanica lingua non vocatur *Reus*, sed *Busse*. *Busse* vero est species pœnæ, ut vel centies ex speculo Saxonico constat, Sunt alia loca plura in Jure Canonico, quæ docent jam seculo 4. & quinto imperium hoc clericale magna incrementa acquisivisse, & à Clero lacrymas Laicis per modum legis despoticæ injunctas fuisse. *vid. Dist. 1. de pœnitentia c. 39. 54. 79. & dist. 3. can. 5.* (ubi deprehendens elegantias quæstas in evidentibus contradictionibus) *& omnino can. 42.* Quod vero irrisionem in pœnitentia improbat Augustinus *can. 10. & 11. dist. 3. de pœnitentia* id nostræ doctrinæ nequaquam repugnat: intelligit enim irrisionem sumptam pro dolosa deceptione, & cum lacrymis conjunctam. Sed Chrysostomus *cap. 36. dist. dist. 3.* dum pœnitentiam

Judæ improbat, nescio cur indignationem internam opponat pœnitentiæ. Et rectius adeo nostrates pœnitentiam Judæ ex illa ratione improbant, quod conjuncta fuerit cum desperatione &c.

g) Huc pertinet discursus Gratiani *post cap. 87. dist. 1. de pœnitentia* versic. *Negationem Petri secuta est satisfactio lacrymarum*: & versic. *Idem illud Chrysostomi: Lavent lacryma delictum* &c. & passim ibid. Adde *can. 88. circa finem*, verbis: *stebat turba post filium viduæ. Flevit Martha & Maria supplicantes pro fratre. Fiebat etiam turba, quæ Mariam fuerat secuta, lacrymis Maria admonita. In quo docemur publice peccantibus non proprium, sed Ecclesiæ sufficere meritum. Ecce Papisimum satis crassum.*

h) Quod scilicet Pœnitentia non sit sacramentum, quod satisfactio non sit pars pœnitentiæ.

i) Quod scilicet pœnitentia publica sit species pœnæ Ecclesiasticæ, cum tamen apud omnes sit in confesso, non esse vere pœnitent-

106. Cave tamen etiam ex altera parte; ne omnem fletum damnes, aut inter actiones stultas referas. Sed & hic distingue (1.) inter fletum & ejulationem. k)

107. Distingue etiam (2.) inter sapientem infimi gradus & sapientem adustum. l)

108. Illud porro notandum est, veram id est salutarem pœnitentiam excludere desperationem, quia debet operari desiderium consequendi boni. At desiderium boni, quod consequi, & fuga mali quo laboras, quod avertere, vel certe minuere nequeas, est desiderium frustraneum, quod sapientem non decet. m)

109. Per-

tem quem metu pœnæ, pœnitet. An forte causa vel occasio harum reliquiarum, quod Lutherus in versione scripturæ, ubi de pœnitentia sermo est, usurpaverit vocem *Busse* cum deberet reddere *Reue*? An alia?

k) Ut sapiens n. 102. distinguit inter risum & cachinnum.

l) Qui à stultitia transit ad sapientiam, potest quidem adhuc ejulare. At sapiens perfectior plorat quidem, sed sibi relictus non ejulat. Cicero II. *Tuscul. quest. c. 23. Ingemiscere nonnunquam viro concessum est, idque raro, ejulatus ne mulieri quidem. Idem c. 24. Quid enim est fletu muliebri viro turpius?* Dico sapiens sibi relictus, i. e. in actionibus arbitrariis, secundum ductum rectæ rationis examinandis. Aliud est, si sapiens vel tormentis corporis, vel motibus supernaturalibus, qui secundum regulas

Philosophicas examinari nequeunt, ad ejulandum moveatur. Huc pertinet illud Ciceronis *ibid. c. 7. Ipsum Herculem viderat (Philoctetes) in Oïta magnitudine dolorum ejulantem. Et prox: Videamus Herculem ipsum, qui cum dolore frangebatur, cum immortalitatem ipsa morte querebat, quas hic voces apud Sophoclem edit.* Atque istis distinctionibus observatis facile est respondere defensoribus philosophiæ monachalis objicientibus ejulatum Davidis, lacrymas Christi, fletum Petri &c. Quamvis nec aliæ responsiones plures desint reservandæ suo loco & tempore.

m) Unde Philosophia monachalis, quæ perpetuo inculcat pœnitentiam per modum legis coactivæ, & tamen nulla media suppeditat, quæ emendationem possibilem faciunt

109. Pergo ad fructum veræ cognitionis boni, quem supra dixi esse promittendum aliis viam monstrandi ad felicitatem. n)

110. Non tamen vice versa omnis statim, qui promitte aliis viam ad felicitatem monstrare vult, vivam veri boni cognitionem habet.

111. Etenim miseria & stultitia humana etiam in eo consistit, quod præjudicium impatientiæ homines seducat, ut facile putent in media infelicitate se felices esse.

112. Atque hæc stultitia aliam parit, ut alios juxta se, sæpe vere sapientes, tacite contempnat, & ex intempestiva misericordia eos emendare velit. o)

113. Porro promittitudo illa alios emendandi cum hilaritate & sereno animo conjuncta esse debet, si sit fructus veræ sapientiæ. p)

114. Un-

ant, aut non alio modo possibilem, quam si quis eorum directionem conscientiarum coeca credulitate sequatur, evidenter irrationalis est.

n) Connexionem quare supra n. 56.

o) Stultitia hæc est vera hypocrisis *Luc. XIX, 9. seq. junct. Matth. VII, 5.* Contra, quod hodie appellamus hypocrisin, ut Molierius enim depinxit in *Tartuffo*, aperte nequitiam dolosissimam (*Gallis flouterie*) denotat. Cum tamen exemplum Phariseorum satis doceat, eos non fuisse homines improbe & dolose viventes, sed potius eos vitam honestam, & quam

hodie Christianam, in sensu Monachico, vocamus, vixisse, atque strenue in acquirenda felicitate laborasse, hoc ipso vero se primum & postea secum alios bona fide decipisse. Vide dicta de iis *Matth. V. VI. VII. XVI. XXIII.* Potissimum *Matth. IX. 14. seq.* & quæ Paulus de se tanquam Phariseo narrat. Christus etiam, dum Patrem suum rogat, ut remittat populo peccata, quia nesciat, quid faciat, Phariseos non excludit.

p) Uti illa promittitudo, qua quis viatori cuicumque viam monstrat, quod simile etiam illustrabit positiones sequentes.

114. Unde ista promittitudo nequaquam pro fructu sapientiæ habenda, quæ conjuncta est cum angustiis, dum illi, quos emendare velles, viam sapientiæ contemnunt, aut eam calcare nolunt.

115. Nec obest, quod sapientia hypocritica urgeat officia seriæ misericordiæ. Nam nec hæc conjuncta esse debet cum inquieta cura & angustiis.

116. Cavenda etiam est fallax doctrina sapientiæ monachalis, ac si ad hanc emendationem aliorum certa vocatione aut functione sit opus, cum in omnibus statibus & ubique non desint occasiones, viam sapientiæ monstrandi.

117. Ex altera tamen parte etiam danda est opera, ne status varii misceantur, & ii, qui ad doctrinam sapientiæ publice constituti sunt, in suo munere turbentur.

118. Illi duo errores autem non feliciter evitabuntur, quam si sapiens ad hanc emendationem seipsum non obtrudat, & si certo sibi persuadeat, homines nequaquam increpationibus & subtili doctrina de sapientia reduci posse in viam sapientiæ.

119. Quid ergo faciendum? Is optime viam monstrat, qui ipse cum fiducia & hilari animo præit. q)

120. Nam si is qui præit, conqueratur de difficultate, aut multa loquatur de doloribus iter facientium, non poterit in errante cupidinem sequendi excitare.

121. Quin potius opera danda præeunti, ut conquerentem de difficultate sequendi erigat rationibus non longe quærendis. r)

122. Si

q) Ita enim nec certa vocatione habet opus, nec timere debet, quod alios in officio suo sit turbaturus

pud Xenophontem in memorabilibus Socratis de Hercule in bivio, & de spinis in via virtutis. Aliter summus sapientiæ minister: *Ju-*

r) Unde inepta fabula Græca a- *gum meum dulce &c.*

s) Item

122. Si quidem omnis mutatio actionum quibus adiuveri sumus, initio difficilis & inamœna est.

123. Interim continuatione pedetentim evanescit illa difficultas, præprimis autem, si quis desuescat actionibus stultis, & adsuescat sapientiæ.

124. Notum proverbium: Dimidium facti, qui bene cœpit habet. s)

125. Nec est quod dicas, plane non esse in potestate præeuntis, ut cupidinem eundi excitet in altero. Et si enim non sit plane in ejus mero arbitrio, ejus exemplum tamen multum juvat hanc excitationem.

126. Ergo ut viva debet esse cognitio sapientis, ita etiam doctrina ejus debet esse viva.

127. Nam & hæc sola capax est, alterius desiderium sequendi incitandi.

128. At nulla doctrina de bono magis viva, quam si doctor præeat hilari anirto. t)

129. Sed debet ista hilaritas etiam esse sincera, non affectata. u)

130. Unde qui hilari animo non est præditus, sed quem spiritus tristitiæ regit, parum aptus est x) ad viam monstrandam aliis.

131. Quæ hætenus de natura veræ sapientiæ dicta sunt

s) Item simile Germanorum, Lust und Liebe zu einem Dinge &c.

t) uti v. g. medicus ipse, medicina, hilari fronte utens, optime excitat agrotantem, alias nauseantem.

u) cape iterum exemplum de medico.

x) Aliud sibi tamen persuadent

Melancholici, Autor det curiösen Erwegung der Worte Moses Genes. VI. 2. Amstelod. 1700. in 12mo. p. 26. 30. Ohne Melancholey wird auch alhier (zur conversation mit denen Geistesern des Comte de Gabalis zu gelangen) nicht glücklich procedirt &c. Die haben die alten Heyden und sonderlich Plato und

sunt, etsi non pertineant in specie ad Jurisprudentiam, à studioso tamen juris probe discenda sunt. y)

132. Et quidem doctrina non tam memoria tenenda, aut in nudis speculationibus subsistere debet, se requiritur etiam assensus studiosi ex corde proveniens & desiderium veræ sapientiæ producens.

Cap. II. CAUTELÆ CIRCA MEDIA PERVENIENDI AD SAPIENTIAM,

I.

DE mediis perveniendi ad sapientiam tractatio facilis est eam serio desiderantibus, difficillima contra iis, qui absque desiderio serio putant, rem pertinere ad speculationes subtiles a)

2. Unde hic magis vitandi errores communes ex præjudiciis philosophiæ vel paganæ vel monachalis, adhuc in plurimis locis regnantis, quam ut opera sit danda præceptis multis subtilioribus aut cognitu difficilibus. b)

3. In primis vero cavendum, ne media perveniendi ad sapientiam quæramus primario in intellectu. Cum præ-

und Cicero wohl gewußt, unter welchen jener diejenigen, und absonderlich den Homer hoch verdammt, welcher die Götter als lachende einführt. Cicero aber sagt ausdrücklich: Melancholicis aliquid divini inest.

y) Haud dubie enim vera Jurisprudentia non ad stultitiam sed

sapientiam pertinere debet.

a) Inde sæpissime dicitur in scripturis, quod sapientia obviam eat eam desiderantibus, quod stultos alliciat &c.

b) Eodem modo se res hic habet uti ostendimus, facilem esse cognitionem omnis veritatis, rejectis præjudiciis, in *introd. ad Philos. rationalem c. 12.*

c) Non

præcedente capite jam fuerit ostensum, fontem sapientiae & stultitiae in corde & voluntate quaerendum esse, & inde derivari in intellectum.

4. Cum igitur defectus sapientiae & morbus insipientiae non quaerendus sit in nævis intellectus, necesse etiam est, ut medicina non dirigatur primario ad curandum intellectum, quia intellectus non ita laborat ac voluntas. c)

5. Accedit, quod intellectus etiam homini à Deo sit datus ut ejus cogitationes adhibeantur ad promovendam felicitatem suam. d)

6. Adhibentur vero cogitationes ad acquirendam & promovendam veram felicitatem si praesens infelicitas probe perpendatur, & media exinde evadendi serio quaerantur.

7. Ergo ante omnia ejicienda stultitia & cum ea stultae cogitationes. Alias frustra cerebrum multis, etiamsi subtilissimis cogitationibus repletur.

8. Non possunt autem ejici cogitationes stultae, quamdiu voluntas intellectum ad stultas cogitationes impellit. Tamdiu autem impellit voluntas cogitationes ad stultitiam, quamdiu ipsius desideria feruntur ad appetendas res noxias & stultas.

10. Haec enim vel sapientia est in corde humano occultata, ut non possit operari, vel nequit introire in cor hominis, donec stultitia expellatur.

11. Inde necessario concluditur, unicum remedium &

c) Non dicimus, plane negligendum esse intellectum, sed non primario ad intellectum in cura esse respiciendum. Res declaranda per simile ab ulceribus, ex corruptione sanguinis ortis, & adhibitis saltem emplastris ulcera deli-

nientibus, neglecta cura sanguinis. d) Ut adeo ea, quae cap. præced. n. 69. seq. de stultitia rationis & cogitationum dicta sunt, ex hic dicendis limitanda sint, quod stultitiam hanc intellectus participet à voluntate.

& cognitu facillimum perveniendi ad sapientiam esse purgationem cordis. e)

12. At hanc quis promovet? Cum omnes homines natura stulti sint, stulti autem omnes horreant sapientiam & ament stultitiam. f)

13. Huic dubio, quomodo respondendum sit, jam alibi g) dictum, unde etiam quædam repetenda sunt in usum dicendorum.

14. Cavenda hic duo extrema errorum. Errant, qui sapientes fieri putant mere naturaliter & sua sponte, per ætatem profectam & experientiam. h)

15. Sed & errant, qui arbitrantur, viam ad sapientiam totam esse supranaturalem, ac hominem nequaquam posse mediis naturalibus cor purgare, cum vires naturales voluntatis humanæ sint ipsæ cordis vires, seu cor moraliter consideratur, nihil vero possit seipsum expellere, unde necesse sit, ut homo hanc purgationem desideret a virtute superiore, quod desiderium quidem quilibet homo bene attendens in se sentiat, sed & ipsum tamen sit supranaturale, utpote pugnant cum voluntate naturali &c. i)

16. Di-

e) Media perveniendi ad sapientiam sunt vel preparatoria, vel subsequenter preparatio. Illa sunt, agnitio propriæ miseriæ & inde profuens desiderium sapientiæ. Hæc jam sequitur purgatio cordis.

f) Plura hanc in rem dicta vide in *fundamentis juris nat. & gent. c. 4. & 7. initio.*

g) Scilicet *d. c. 4. & 7.*

h) de horum sententia vide e-leg, locum ap. Buchanan, *bis.*

Scot. lib. 6 p. 179. At si hoc verum esset, omnes juvenes essent stulti, omnes senes sapientes,

i) Erravimus ipsum adhuc istum errorem in *part. I. det Grundlehrn cap. 2. n. 9. usque ad 14.* (Adde *Praxin Ethicæ c. ult. & in appendice,*) seducti partim per reliquias philosophiæ monachalis, partim per lectionem librorum pseudomysticorum, quorum fucantam

16. Distinguenda ante omnia natura & gratia, cum harum confusio infinitorum & maxime noxiorum errorum origo sit.

17. Fluit inde distinctio inter felicitatem naturalem & supernaturalem, quarum illa viribus naturalibus paratur, hæc viribus gratiæ,

18. Item inter lumen naturæ & gratiæ, k)

19. Item inter sapientiam & virtutes naturales & supernaturales. l)

20. Etsi vero homo à natura ad stultitiam inclinatur, non tamen repugnat naturæ humanæ, dari virtutes naturales, id est viribus naturalibus m) mediante lumine naturæ ad felicitatem hujus vitæ acquirendas, n)

21. Quomodo vero id fiat, ut suo loco latius exponetur

fucata sapientiam tum nondum cognoscebamus, partim etiam ex falsis hypothesebus Ethicis, de quibus dicemus suo loco pluribus *infra cap. 14.*

k) Sociniani omnia ad naturam referunt, Quakeri omnia ad gratiam. Reliquæ Christianorum Sectæ limites quidem faciunt inter utramque, sed rarius perspicue explicant, quinam sint utriusque termini, nimirum, ubi desinat natura, & ubi incipiat gratia. Notæ lites inter Arnoldum & Malebranchium ea de re. Dicendum etiam de libro Speneriano. Causa difficultatis potissima, quod docentes neglecta natura tanquam cognitu faciliore, loquantur statim de gratia, vel secundum

propriam persuasionem, nulla ratione subnixam, vel more psittacorum, secundum ea, quæ ab aliis scripta sunt, quæ sæpe sunt ita obscura, ut nemo intelligere possit.

l) Fluit & hæc distinctio ex præcedentibus. Unde qui hanc negat, per necessariam consequentiam etiam debet negare præcedentes, sed ipsi tamen eam erronee rejecimus in praxi Ethicæ *cap. 19, §. 5.* tum videlicet nondum sentientes connexionem harum distinctionum inter se.

m) Scilicet excitata spe & metu a sapientibus per exempla, adhortationes, præmia, pœnas, & inde orto obsequio stultorum, *vide R. I. N. & G. c. 7,*

D 2

n)

tur, o) ita hoc loco saltem monendum, quinam errores philosophiæ hic falsæ sint vitandi.

22. Commune medium, omnia bona acquirendi, tribus verbis efferri potest: Ora & Labora.

23. Ergo & intuitu sapientiæ ora Deum, tanquam autorem luminis utriusque ut actiones tuas dirigat gratia sua & providentia, quo finem optatum in acquirenda felicitate adipiscaris. p)

24. Labora ipse in acquirenda sapientiâ meditando, experiendo, utendo doctrina sapientum.

25. Circa præceptum de orando probe cognoscenda differentia veræ & falsæ orationis.

26. Serium sapientiæ desiderium nihil aliud est quam verâ oratio, & vice versa. q)

27. Ergo veræ preces non consistunt in multiloquentia & battologiis.

28. Eædem omnium optime fiunt separatim, & quando cor per circumstantias rerum vel hominum non potest ab attentione avocari.

29. Neque ad veras preces multa aut subtili meditatione est opus.

30. Va-

n) Ita satisfactum objectioni de naturali stultitia hominum *ex d. c. 15. §. 5*

o) Conf. infra *c. 14. §. 54.* & de Prudentia Jctorum consultatoria *c. 4*

p) Etsi enim hic agamus tantum de felicitate hujus vitæ (propter dicenda *cap. 3.*) & de lumine naturæ, cui alias opponitur gratia; notum tamen, quod gratia Dei vel sit universalis naturæ non opposita, qua Deus actiones omnium

hominum, etiam infidelium, ad felicitatem hujus vitæ dirigit, secundum ductum luminis naturæ, uti etiam providentia sua cuncta gubernat: vel specialis, quæ oritur ex lumine revelationis & ad felicitatem futuri seculi tendit; quæ hujus loci non est, cum ejus tractatio pertineat ad Theologos.

q) Ubi enim serium desiderium, ibi seria suspiria. Ubi hæc, ibi vera ratio & vice versa.

r)

30. Vanæ & stultæ preces habent his opposita prædicata. r)

31. Unde jam facile intelligi potest, quænam preces fieri queant indefinenter. s)

31. Et cum experientia testetur, quod apud homines plus operentur oculi desiderabundi & aliæ actiones, cupiditates nostras ipso facto testantes, quam verba artificialia, necesse est, ut apud Deum, tanquam cordium scrutatorem, plus operentur suspiria, quam multiloquium.

33. Cavendum porro est circa præceptum de orando, ne oratio fiat de rebus stultis.

34. Scilicet regulariter homines nesciunt, quid petant, regulariter res noxias petunt. t)

35. Quicumque ergo sapientiam à Deo vult orare, non meliorem formulam inveniet, quam orationem dominicam. u)

36. Ergo hic rursus cavendum, ne in verbis orationis dominicæ tanquam in cortice hæreamus parum attentum ad nucleum.

37. Mul-

r) Possunt commode vanæ & veræ preces intelligi per simile duorum filiorum, quorum unus patrem sine nulla fiducia saltem honoris ergo oratione elegantissima ex regulis artis oratoricæ alloquitur, alter autem oculis summum desiderium rei petitiæ testantibus patrem adspicit, & præ seria cupiditate nihil aut confuse loquitur.

s) *Thessal. I. c. V. v. 17.* scilicet non illæ formulariæ & oratoricæ sed veræ preces,

t) Agnovit id etiam Seneca inter alia eleganter dicens: sæpe Deos de nostris supplicamus supplicibus.

u) Etenim in ea non solum comprehenditur omne, quo insipiens sapientiam desiderans habet opus, sed & paucissimis verbis tam plurima ibi continentur, ut vix multis voluminibus ea exponi & comprehendi possint.

x) Huc pertinent, qui putant, non licere Christianis desideria

D 3

sua

37. Multo magis cavendum, ne nimis æstimemus & inhæreamus formulis precum ab hominibus, etiam piis, inventarum. y)

38. Cavendum denique, ne oratio confundatur cum labore. z)

39. Fructus veræ orationis est consecutio sapientiæ & felicitatis. a)

40. Labor experientiæ, meditationis, b) doctrinæ manu

sua aliis verbis aut meditationibus Deo exprimere, cum tamen verba & meditationes aliæ omnino sint licitæ, modo eodem tendant. Pertinent etiam huc, qui putant, se præcepto divino satisfecisse, si sæpissime repetant orationem dominicam, quasi multiplex verborum recitatio sine attentione sit vera oratio.

y) Etsi enim formulæ ab aliis confectæ, quatenus ab oratione dominica non recedunt, propter dicta, magis laudandæ sicut, quam vituperandæ, si autores earum seria sua desideria ibi exposuerint; facile tamen alii homines, qui nimis se talibus formulis alligant, ad vaniloquentiam seducuntur. Notandum hic, primas preces formularias a Constantino M. per modum legis fuisse publicatas, & tales quidem, quæ jam multum recedunt à norma orationis Dominicæ vid. *Euseb. in vita Observat. Hallens. Tom. I. Obs. 24. n. 32.*

z) Cum enim in præcepto ora &

labora, preces & labores sint entia distincta, sequitur, quod nec oratio labor, nec labor oratio esse debeat. Interim tamen, si consideres, quod plerique in via sapientiæ preces cum tædio aut difficultate faciant, sequitur, ut eorum oratio labor sit, adeoque illi solo labore absque vera oratione se putent pervenire posse ad tranquillitatem animi.

a) Etsi enim Sapientia tanquam habitus virtutis divinæ, & subtilissimus Spiritus, penetrans omnia etiam Spiritus subtiles, (*Sap. c. 7. v. 23.*) necessario prope sit omnibus hominibus, nemini tamen se obtrudit, neminemque cogit, sed attrahitur quasi magnete orationis, & conservatur, simul vero stultitia in nobis suffocatur & ligatur. Quod facile comprehendere potest per simile ab aëre desumptum, unde aranea venenum, apes virtutem inellificantem attrahunt.

b) Vide supra n. 24.

c)

manuductione sapientum, & præceptoribus indiget, qui vel mortui sunt (i.e. libri) vel vivi.

41. Equidem ad acquirendam sapientiam multis libris haud est opus, sed sufficient libri tres, liber naturæ, liber conscientiæ, & liber scripturæ. c)

42. Et ita quidem connexi sunt hi tres libri, ut uno eorum sine altero cum fructu uti nequeas. d)

43. Quod librum naturæ attinet, Deus suam invisibilem essentiam & divinam potentiam manifestavit in suis operibus & creaturis.

44. Atque adeo ante omnia cavendum studioso sapientiæ, ne in speculatione naturæ & essentiarum arbitretur se pervenire posse ad scientiam earum, cum omnne tale studium, cujus scopus non est admirari in creaturis sapientiam DEI ineffabilem & incomprehensibilem vergat in stultitiam. e)

45. Cavenda etiam est alia stultitia sapienti, ne dum putat, sapientiæ adversari admirationem operum DEI, insu-

c) Cum hic Liber naturæ & conscientiæ metaphorice dicantur, posses etiam dicenda sic connectere. *Meditatio* inquit in naturam rerum, *experientia* perficit hominem in libro conscientiæ, *doctrina* hauritur ex *Sacra Scriptura* & vivis ejus *interpretibus*.

d) Ita etiam connexæ sunt meditatio, experientia, doctrina.

e) Docet enim experientia, quod post diurnas & pretiosas speculationes, abstractiones anatomicas, distillationes & inquisitiones naturæ nihil acquiratur, quam coacta quasi confessio de ignorantia

in rebus physicis & rerum essentis. Quod si aliqui eam ignorantiam fateri nolint, sed se factent, quod speculationibus ejusmodi quasi magistri naturæ facti fuerint, & scientiam exactam acquisiverint, quomodo DEUS mundum creaverit, & quod pene fiduciam habeant similia faciendi, si modo machinis ad id necessariis haud destituerentur, illorum misera & stultitia adhuc major est. Commendandus hic *Autor du Voyage dans le Monde de des Cartes*.

f)

insuper incipiat admirari artificia & machinas ab hominibus inventas. f)

46. Etenim ars est simia naturæ, & nulla scientia humana pediculum vel machinam pediculo comparandam producere potest.

47. Quod si dubites, quomodo professio ignorantia de rerum natura possit manuducere ad sapientiam, recordare eorum, quæ supra diximus de finibus exiguis intellectus humani, eorumque necessaria agnitione in studio sapientia, quare hæc ignorantia efficitur sapientia, quia eo ipso sensibilibus cognoscitur hæc imperfectio intellectus humani.

48. Adde quod etiam si rerum essentias & causas ignoremus in physicis, sufficiat tamen ad utilitatem generis humani, si modo bene utamur cognitione effectuum naturæ. g)

49. Prodest etiam hæc cognitio effectuum naturæ ad cognitionem sui ipsius, quæ est secundus liber, scilicet liber conscientia.

50. Consistit vero cognitio sui ipsius præcipue in eo, ut quis sentiat hominem esse microcosmum, (i. e. compendium omnium creaturarum) & ut in se accurate discat discernere motus naturales & supranaturales, seu naturam & gratiam, h)

51. Communes autem libri & doctrina scholastica de

f) Hæc stultitia si non ex præcedente fluit, certè cum ea plerumque solet esse conjuncta.

g) Ita v. g. inventori artis magnetica nihil nocuit ignorantia philosophia Cartesianæ. Et contra scientia hujus philosophia hæcenus paucissima specimina edidit novorum inventorum NB.

humano genere utilium.

h) Etenim in vera ac viva cognitione hujus differentia summum mysterium sapientia latet. *Conf. supra dicta n. 17. seq.* Et ergo sine hac sui cognitione omnia alia scientia est sapientia fucata seu stultitia.

i)

de conscientia ejusque variis speciebus, & regulæ eam in rem traditæ ad sapientiam nihil vel parum profunt. i)

52. Libri de conscientia ejusque casibus plerique si non omnes ideo nihil profunt, quia autores eorum laborarunt ignorantia naturæ humanæ & sui ipsius. k)

53. Non meliorem librum vero studiosus sapientiæ inveniet, qui ad veram naturæ & sui ipsius cognitionem manuducat, quam scripturam sacram.

54. Quod autem alii communiter arbitrentur, scripturam sacram ad parandam sapientiam hujus vitæ parum aptam esse, ideo fit, quod paucissimi intendunt, in cognitione rerum naturalium admirari divinam sapientiam & omnipotentiam, aut applicationem ad sui cognitionem. l)

55. Ex hoc vero errore sequitur alius, ut docentes sapientiam in infinitis Ethnicorum libris quærant, id est, lucem in tenebris.

56. Et, ut errore adhuc magis noxio arbitrentur

i) *Adde ad hunc & seqq. §§. Fundam. jur. nat. & gent. l. 1. c. 4. n. 18. seqv.*

k) Libros ejusmodi non ita diu a clero Romano inventos esse, ad stabiliendum dominatum, docet Edwin Santis *von dem Zustand der Religion c. 1. p. 48.* Porro ille, qui se ipsum non cognoscit, haud est capax, ut tali libro, etiam si sapientissime scriptus foret, possit uti. Contra is, qui se ipsum novit, nullo alio homine ad directionem conscientiaæ propriæ habet opus.

(Thomasii Cautelar. Pars I.)

Si igitur forte quid profunt libri de casibus conscientiaæ, usus eorum in eo consistit, ut quis inde cognoscere queat temperamentum, affectus & statum autoris, uti ex medicorum regulis diæteticis. Dicendum hic de Roberti Sandersohnii *libro de conscientia*, Taylorii *dubitantium*, aliisque.

l) His autem solis sacra scriptura prodest. Reliqui omnes, sapientiam scripturæ non sapiunt, sed pro stultitia habent, & venenum inde hauriunt, culpa sua, loco me-

E

. digi-

tur, se sapientiam ibi invenisse, necessario præferant libros Ethnicorum libro scripturæ, & sic amittant fidem de articulo fidei fundamentali, quod scriptura sit verbum DEI.

57. Contra qui sapientiam in scriptura quærit, vel exinde de isto articulo fidei certus fit, quod sensu communi percipiat, omnia ea, quæ ibi de statu hominis ejusque stultitia ac miseria, de natura creaturarum, de DEO, ejus voluntate & amore scribuntur, sunt verisissima.

58. Ergo revera studioso sapientiæ valde noxium est, si primo erronea principia de DEO, ejus operibus & creaturis, de statu, essentia ac viribus humanis, de voluntate divina, de felicitate humana, de mediis eam acquirendi, ex scriptoribus paganis hauriat, & postea secundum ea veritates scripturæ sacræ judicare aut interpretari velit. m)

59. Quod vero scriptura sacra talis liber sit, in quo omnes partes ad veram sapientiam pertinentes continentur & revelatæ sunt, cuilibet eam inspicienti facile & quasi per inductionem probari potest. o)

60. Siquidem ibi continentur regulæ fundamentales de vera felicitate hominis in hac vita, item de officio ac juribus omnium hominum in quocunque statu civili. p)

61.

dicinæ.

m) Etenim omnes Sectæ Philosophorum gentilium tam veteres quam noviter recoctæ in istis modo enumeratis doctrinis erroneis & sacræ scripturæ contradicentes opiniones defenderunt.

Conf. *infra c. 6. n. 25.*

o) Per partes veræ sapientiæ non intelligo studia quævis, sed selecta & ad veram sapientiam necessaria, de quibus dixi in *praxi philos. rational. c. 1. n. 105. seqq.*

p) Vide inprimis *Proverbia,*

Ec.

61. Præterea omnes Cicerones, Taciti, Machiavel-
li & ex novioribus scriptoribus politicis omnes q) pro
diis minorum gentium sunt habendi in comparatione
ad scripturam sacram. r)

62. Et cum prudentia legislativa sit potissimum
caput prudentiæ politicæ, facile demonstrari potest,
omnes leges & statuta Lycurgi, Solonis, Romuli, duode-
cim tabularum, Justinianæ &c. minorem longe pru-
dentiam legislativam ostendere, quam leges forenses
Mosaicas, s)

63. Cum adeo principia omnia sapientiæ contine-
antur in sacra scriptura, sequitur etiam, ut studiosus sa-
pientiæ, si secundum dicta principia cum desiderio veræ
felicitatis in veritatem inquiret, simul clavem inveniat,
omnes conclusiones ad veram sapientiam pertinentes
inveniendi, & omnes quæstiones difficillimas, (in qua-
rum evolutione alias eruditissimi sudant) modo ad sa-
pientiam pertineant, definiendi.

64. Simul vero clavem inveniet, omnes libros,
cuicumque sectæ philosophicæ, aut religioni addicti sint,
eorumque autores, intelligendi & dijudicandi.

65. Igitur eundem etiam aptum reddet serium
scripturæ studium, ut libros omnis generis hæreticos,
Machiavellicos, aliosque, qui alias non absque periculo
seductionis leguntur, sine metu venenatæ doctrinæ, vel
apertæ, vel occultæ, legere queat.

66.

Ecclesiast. & Syrac.

q) v. gr. les auteurs des *memoi-
res de l'homme de cour.*

r) Vide iterum libros sacre
scripturæ modo citatos & *libros*

Regum. Adde Schuppilii *medita-
tiones in libros Regum.* Dicen-
dum etiam de Reinkingii *Biblia
sive Policy.*

s) Fulsus hanc thesin demon-
stra-

E 2

66. Et quamvis adeo lectionem scripturæ sacrae tanquam ad acquirendam sapientiam unice necessariae supra commendaverimus, propterea tamen non putandum est, quod plane negligi velimus lectionem aliorum librorum. t)

67. Siquidem studioso sapientiae etiam incumbit, ut varii generis libros legat, qui de controversiis sui temporis tractant, & ad sapientiam pertinent, cum alias errorum causas & primum falsum errantium scire nequeat.

68. Talium librorum lectio insuper illum usum praestat, ut falsas imputationes dissentientium, etsi alias veram doctrinam defendentium, deprehendat. u)

69. Cavebit igitur studiosus sapientiae, ne sententias errantium addiscat ex libris & testimoniis dissentientium.

70. Et illud simul discat, haud decere doctores genuinae veritatis, ut auditores suos indistincte dehortentur, ne legant libros quorum autores sunt sectae diversae, sub praetextu occultati veneni. w)

71. Notandum tamen, quod per libros omnis generis

stravi in lectionibus privatis de prudentia legislativa. Conf. interim Besoldi Op. polit. lib. 6. p. 134. Clericum de incredulitate, part. 2. cap. 7. p. 290. sequ. Jaquelotium de existentia Dei p. 535. sequ.

t) Maximum esse scriptorum Ethnicorum usum in illustranda sacra scriptura docet Liberius de S. Amore Epist. Theol. II. p. 270. sequ.

u) Ita enim regulariter comparati sunt homines, ut affectibus indulgeant, & errantibus majores errores attribuant, de quibus saepe non cogitarunt.

w) Etenim fundamenta verae sapientiae sunt instar inventi mithridatici contra venenum etiam occultum. Unde v. gr. sapiens sine periculo legere potest scripta

Lu.

neris x) non intelligamus libros, qui de rebus turpibus, vel impiis agunt, easque inculcant. Nam horum lectio plane nullum habet usum, neque errantibus monstrandi viam, neque innocentes à calumnia adversariorum defendendi.

72. Interim cave, ne te deterreat tanta reliquorum librorum, quorum lectio studioso sapientiæ commendata est, copia. Nam qui fundamenta genuinæ sapientiæ jecit, simul etiam illud artificium didicit, quomodo libri, etiam vasti & prolixi, intra breve tempus possint cum fructu perlustrari.

73. Pergendum ad Præceptores vivos. y) His quidem non ideo est opus, ne studiosus sapientiæ alias sit autodidactus, z) aut quasi scriptura sit obscura aut difficilis intellectu. a)

74. Sed propter præjudicia, quibus adhuc laborat, & quia oculi plus vident quam oculus, item quia in via sapientiæ, multa sunt de via, multa compendia viarum

Luciani, Epicuri, Machiavelli & similia, quorum lectionem alias horrent communiter studiosi sapientiæ. Interim non diffitendum, tytonibus sapientiæ non solum horum, sed & omnium a præceptoribus suis dissentientium doctorum lectionem ad tempus esse dissuadendam, non ob metum occulti alicujus veneni, sed partim ob metum confusionis, (si quis uno eodemque tempore audiat vel legat doctrinas contradicentes,) vel ob metum difficultatis, cum facilius sit funda-

mentis sapientiæ imbuere eos, qui nondum præjudiciis erronæ doctrinæ sunt imbuti.

x) Vide supra n. 65. —

y) Connexionem quære supra n. 40.

z) Quomodo enim talis videri queat, qui a DEO per suum verbum in via sapientiæ ducitur.

a) Nam præcepta sapientiæ in scriptura contenta tam perspicua sunt & sensibilia, si quis librum naturæ & sui ipsius conjungat, ut hu-



rum, quorum illa non facile evitabit, haec non facile inveniet studiosus sapientiae sine ope Præceptorum & manu ductorum.

75. Ante omnia vero hic cavebit studiosus sapientiae à pseudosapientibus, cum multi doctrinas suas in studio sapientiae offerentes sint seductores, stultitiae maxime immerfi, & studiosum sapientiae in vias stultitiae seducetes.

76. Non melius autem hos seductores evitare poterit, quam si ipse probet eorum doctrinam secundum veritates librorum, scripturae, naturae, & conscientiae.

77. Unde necesse est, ut studiosus sapientiae prius fundamenta sapientiae addiscat ex istis libris, antequam alia doctrina utatur, cum alias non capax esset, bonos doctores à seductoribus discernendi. b)

78. Usus præceptorum viventium est, ne studiosus se solum sapientem esse ducat, sed ut alios multa expertos etiam audiat, ac eorum doctrinas in debito pretio habeat, quatenus fundamentis jactis non repugnant.

79. Uti vero sapientes sunt paucissimi, stulti plurimi, ita facile patet, præceptorum sapientiae characterem

humanae interpretationis non indigeat. Et cum ea de re apud confessionis Augustanae socios nullum sit dubium, contradictio aperta foret, si quis assereret, scripturam in se claram & perspicuam opus tamen habere interpretatione hominum, & talium quidem, qui tanto sapientiae gradu

non gaudent, quanto præditi fuerunt scriptores sacri.

b) Contra quam fit in methodo communi, ubi fundamenti loco ponuntur autoritates, sectatorum, secundum quas misera juvenus probat dicta scripturae, & dictamina libri naturae & conscientiae.

o) Ete-

rem non quærendum esse in fama eorum, etsi à plurimis æstimentur. c)

80. Neque tamen etiam character infallibilis doctorum sapientiæ est, quod debeant esse contemti & aliis exosi; unde & cavere debet studiosus sapientiæ, ne sub specie paupertatis & contemptus sibi imponi patiatur à falsis doctoribus. d)

81. Tutissimum ergo est, omnes doctores cujuscunque conditionis probare, an hætenus dicta methodo & cautelis usi fuerint ipsi, & an adhuc in manu ductione sua utantur. e)

82. Uti ergo præstant præceptores vivi præ mortuis, ita & præstat in usu viventium familiariter conversari cum sapientibus, quam audire docentes continuo discursu, aut memoria tenere eorum doctrinas.

83. Unde simul constat, studiosum sapientiæ veræ eo beneficio gaudere præ aliis, quod doctrinam sapientiæ quasi ludens & cum delectatione discat, absque carnificina vel intellectus vel memoriæ.

84. Ex dictis etiam palpatur falsitas consilii sapientiæ monachalis, de separatione necessaria sapientum vel
à so-

c) Etenim homines, quicquid amant, laudant, quicquid oderant, improbant. At doctores falsæ sapientiæ amant sui similes & oderunt doctores veræ sapientiæ. Contra doctores veræ sapientiæ amantur a sui similibus, qui sunt valde pauci, sunt etiam alchymistæ, fanatici, & similis sex hominum contemtorum & exosorum. Contra per Dei gratiam dantur etiam inter doctores sapientiæ Abrahami, Josephi, Daniele &c. etsi variis insidiis pseudo-doctorum expositi.

d) Nam stulti etiam multi contemuntur ab aliis stultis, & inter doctores falsæ sapientiæ eam perveniendi.

f)

à societate humana, vel saltem ab insipientibus, ut quod præterea varie impingit in doctrinam sapientiæ.

85. Nam etsi sapiens non sit de mundo, id est, etsi non deletetur stultitia plerorumque hominum, est tamen in mundo.

86. Quod si vero homo societates aliorum hominum in genere fugiat, plus hoc ipsi nocebit, quam proderit, quia radix mali humani non extra in aliis hominibus, sed intra cor cujusque hæret. f)

87. Et certum est, si modo debitam attentionem adhibeas, radicem stultitiæ magis nutriri per solitudinem, quam per conversationem cum aliis hominibus. g)

88. Sed & separatio omnimoda ab insipientibus potius ad fructus stultitiæ, quam sapientiæ referenda.

89. Sive enim insipientes consideres, incumbit sapienti, ut insipientes ad sapientiam ducat, aut etiam aliis modis eorum miseriam subveniat. h)

90. Sive ipsum sapientem, quantacunque sapientia is etiam polleat, tamen homo est, id est creatura aliorum

f) Adeoque se sepe ab aliis hominibus simul in solitudinem affert radicem stultitiæ.

g) Sive enim voluptatem consideres, hæc sapius in solitudine magis irritatur, ad actiones nefandas committendas, a quibus pudore hominum præsentium alias facilius fuisset deterrita; Sive ambitionem; maxima incrementa su-

mere ista solet speculationibus solitariis: sive denique avaritiam, etiam natura hujus hypocriticæ passionis docet, eam crescere magis quam decrecere per varios labores, agri & horticulturæ, per habitationes in eremo, per mendicitatem, vitam rigidam, & esum radicum, perpetuum silentium &c.

h) Sed hoc facere nequit, si non

ia

rum hominum opis sæpe indigens, etiam stultorum. i)

91. Imo & sapiens ideo, qui sapiens est, insipientibus majora humanitatis officia exhibere debet, quam ea sunt, quæ ab iis expectat.

92. Cavendus igitur & alius pseudosophiæ monachalis error, quamvis communis & pene universalis. Sapiens non solum conversatur cum insipientibus quotidie, sed & mores suos magis aptat ad mores insipientum, quam ut insipientes ullo modo cogat, ut mores suos conformes reddant moribus sapientum. k)

93. Interim tamen illa complacentia & imitatio non est intelligenda de actionibus plane inhonestis, turpibus, injustis, sed de mediis, & quæ ad conversationem quotidianam civilem requiruntur.

in quotidiana conversatione sit cum iis.

i) Nam 1) nemo tam stultus est, quo non uti posset sapiens ad bonum usum. 2) Nemo tam stultus est, de quo certus esse possit sapiens, quod hic stultus ipsum nullo beneficio sit affecturus. 3) Nemo tam stultus est, qui non evadere possit sapiens. 4) Ipse sapiens aliquando fuit stultus. Si igitur alii sapientes tum se ab ipso separassent, nec in conversatione quotidiana ipsum admonuissent, & viam sapientiæ monstrassent, nunquam sapiens evasisset.

k) Contraria observantia sa-

(*Thomasii Couselar. Pars I.*)

pientiæ monachalis facile refutatur, si quis sequentes observationes probe meditetur. 1) Sapientia non est modus acquirendi imperium in insipientes, ctsi monachi doctrina Aristotelica de servilis natura hic sint superioribus seculis abusi. 2) Inter eos autem, qui pari libertate gaudent, non potest esse firma amicitia, si moribus utantur plane repugnantibus, contra amicitia eo firmior sit, quo magis conformes mores habent. 3) Insipiens vero vel ideo, quia insipiens est, non conformabit mores suos moribus sapientis. 4) Sapiens igitur, vel quia sapiens est,

F quia

94. Intertales vero multæ sunt actiones vanæ, & qui diversa hic docent, valde suspecti sunt. l)

95. Multæ etiam hic sunt actiones ex arbitrio humano inventæ, eæque infinitæ. m)

96. Unde sequitur, ut homo multas actiones vanas addiscere & in multis libris vanis studere debeat. n)

97. Sed cavebit tamen simul, ne delectetur iis, aut sapientiam in ejusmodi studiis quærat, multo minus, ne eos ad doctrinas sapientiæ referat.

98. Fluit etiam ex hæcenus dictis, ut studiosus sapientiæ rarissime intendat actiones tales & libros reformatio-

quia prudentior est, quia plus amare debet insipientem, & quia absque coactione stultorum mores non potest suis conformes reddere, horum mores aliquo modo imitari & omnibus adeo similis fieri debet.

l) Nam 1) vanitas nihil aliud denotat quam inconstantiam, ut ipse rex sapientissimus hac voce utitur & ut alii sapientes ea usi sunt. 2) Unde omnes actiones humanæ, etiam alias à Deo præceptæ vel permissæ hoc intuitu vanæ sunt. 3) Magna igitur est differentia inter vitia, peccata, facta turpia & actiones vanas. 4) Sed & inter virtutes item actiones à Deo præceptas & vanitatem. 5) Quare actiones adiaphoræ tales manent, etsi sint vanæ. 6) Actio-

nes sapientum sive solitariæ sive etiam mores à sapientibus inventi, tamen à vanitate non forent liberæ. (Quod si quis eo audaciæ progrediatur, ut hæc negare ausurus sit, is urgendus est, ut dicat, qua hora sine actionibus vanis vixerit, vel ut novas regulas vivendi, novos mores describat, in quibus nulla vanitas sit deprehendenda.) 7) Non igitur stultitia vel peccatum est, actiones vanas committere, sed rebus quibuscunque vanis delectari.

m) v. gr. mores edendi, bibendi, vestiendi, benevolentiam declarandi, &c.

n) Nam actiones ab hominibus inventæ disci nequeunt ex libris scripturæ, naturæ, & conscientiæ, sed discuntur partim ex con-

ver-

matione violenta abolere, sed potius, ut talia patienter ferat, donec iponte omittantur, vel alio modo corruant.

99. Studiosus juris eadem methodo ad sapientiam deducitur. o)

100. Studiosus etiam juris & Politices ea, quæ de actionibus & studiis vanis dicta sunt, magis attendere debet, quam studiosus Theologiæ & Medicinæ. p)

Cap. III.

CAUTELÆ CIRCA CONCEPTUM JURISPRUDENTIÆ IN SPECIE.

UNa quidem est sapientia, sed multæ sunt artes & scientiæ homini utiles. a)

2. Unde ars longa, vita brevis. b)

3. Sa-

versatione quotidiana, partim ex literis, has actiones earumque dignitates describentibus.

o) Quia sapientia una est, una methodus.

p) Nam ex studiosis juris ad regimen reipublicæ destinatis plures status civiles exsurgunt, quam ex studiosis theologiæ & medicinæ, & illorum adeo major debet esse conversatio civilis. Adde quod theologus docens summum felicitatis gradum, plures occasiones

habeat vitandi multas actiones vanas. Medicus vero, etsi careat moribus, tamen æstimari solet ab ægrotantibus, si medicamenta efficaciam suppeditet.

a) Nam homo multis nævis & miseriis laborat.

b) Etsi enim homo brevi tempore secundum tradita capituli præcedentis clavem scientiæ invenire possit propterea tamen non fit omniscius, nec ad omnia se applicare potest.

F 2

e) Nam

3. Sapientis officium est non delectari solis speculationibus, sed inservire aliis laboribus suis. c)

4. At vero ad labores pertinet etiam studium sapientiæ. d)

5. Quocunque autem modo sapiens aliis prodesse velit, opus est, ut certo vitæ generi incumbat. e)

6. Florent in Academiis quatuor artium & scientiarum facultates, Philosophica, Medica, Juridica, Theologica.

7. Etsi vero harum inventio & distinctio minus laudabilem scopum habuerit, sapiens tamen, etiam pessimis inventis utitur in finem bonum, uti insipiens optimis in damnum sui & aliorum. f)

8. Pos-

c) Nam dicente Apostolo qui non laborat, nec comedere debet. Ergo cavendum sapienti, ne precibus utatur, tanquam operculo ignaviæ. Etenim secundum ea, quæ de natura precum *cap. praeced.* diximus, sapiens etiam in mediis laboribus serio orare, i. e. suspiriis ad Deum, serii sui desiderii indicia emittere potest.

d) Per laborem hic denotatur omnis actio corporis, qua homo non suam delectationem, sed commodum proximi quærit. Unde ad laborem non est opus, ut quis laboret cum tædio & suspiriis, sed & hilaris animus labori non repugnat. Contra tamen nuda veri speculatio, qua nostram solum

delectationem quærimus, non ad labores, sed otia referenda est. Neque adeo sapiens in sola speculatione felicitatem suam, aut quærit aut invenit, sed potius ideo speculatur, ut inventa veritate aliis proficiat. Prodesse tamen, etiam potest aliis officiis.

e) Sive docentis officio fungi velit, non docere potest omnia, sive praxi, praxes medicinæ, Jurisprudentiæ &c. eæque varii generis, singulæ totum requirunt hominem &c

f) Distinctionem 4. facultatum ignorabant veteres. Est inventum cleri papalis ad adipiscendum dominatum. Olim duæ erant facultates, philosophica & theologica, succedebant duæ juridicæ, tan-

8. Possunt vero quatuor hæ facultates intuitu studii sapientiæ commodissime sic secerni, ut quidem omnes curam gerant promovendæ felicitatis humanæ, sed diversis tamen operationibus.

9. Philosophia communi consensu debet esse instrumentum trium facultatum ~~scilicet~~

10. Non melius autem officio suo ~~se~~ fungitur, quam si studiosos ad studium sapientiæ præparet ac manuducat, & in singulis disciplinis eis propriam miseriam & ignorantiam, aliosque defectus plurimos ostendat, tum & ut doceat ex lumine rationis, modum perveniendi ad pacem internam conscientiæ intuitu hujus vitæ.

11. Facultas Medica debet viam monstrare ac media, quomodo infima pars felicitatis humanæ, id est, sanitas corporis conservetur, & turbata reparetur.

12. Jurisprudentia debet docere modum, pacem externam politicam promovendi, conservandi, reparandi.

13. Theologia debet docere ex lumine revelationis modum perveniendi ad pacem internam conscientiæ, à qua dependet felicitas futuri seculi. h)

14. Dabit equidem sapiens operam, ut ex doctrinis singularum quatuor facultatum tantum teneat, quantum

tandem & medica, vide dicta in *prudencia consult. cap. 3.* Dictum de Conringii, Lansii, Middelendorpii, Besoldi, Limnæi &c. tractatibus *de Academiis, earum antiquitatibus, jure, &c.*

g) Dictum de divisione philosophiæ in principalem & instrumentalem, item de dicto: ubi desinit, *physicus, ethicus, metaphy-*

sicus, ibi incipit, *medicus, Jctus, theologus:* item de dicto, quod Philosophia sit ancilla superiorum facultatum. Ostensum est, id oriri ex fastu cleri pontificii.

h) Unde Theologia docet adhuc multas vias occultas malitiæ, ac multa genera alias incognita miseriæ humanæ, item originem harum miseriæ & perfectiones

tum ad promovendam propriam tranquillitatem & felicitatem est opus. i)

15. Sed tamen, cum brevitās vitæ humanæ non admittat, ut tantos profectus in omnibus facere possit, ut simul in tribus superioribus facultatibus aliis inserviat, ratio postulat, ut unam inprimis excolendam eligat.

16. Ex tribus vero superioribus facultatibus est prima fronte jurisprudentia non ita videatur esse necessaria, k) ac medicina & theologia, non tamen commode studiosi medicinæ & theologiæ studio jurisprudentiæ plane carere possunt. l)

17. Unde deberent omnes hæ quatuor facultates mutuam sibi præstare operam, non vero more bellicò singula sub certis finibus tanquam vallis & muris se occultare, & docentes aliarum facultatum, terminos istos cerebrinos vel tantillum transgredientes quasi pignora,

amissas, statum futuri seculi, doctrinam resurrectionis &c. quæ ignorat ratio & philosophia, medicina vero & jurisprudentia ab illis doctrinis abstrahit.

i) Unde vel hæc observatio ostendit, quam paucissimi sint sapientes, cum omnes pene curam pecudum non committant fidei tantum alienæ, at vero curam sanitatis & tranquillitatis animi ac pacis externæ, item beatitudinis æternæ plurimi committant fidei tantum alienæ.

k) Nam qui mentem sanam i. e.

tranquillem habet in corpore sano, is facile potest esse quietus in turbis externis.

l) Nam studiosi medicinæ & theologiæ debent callere leges Reip. ut non peccent contra eas, & non decipiantur ab aliis. In specie studiosus theologiæ sine notitia jurisprudentiæ ac politiciæ non potest explicare scripturam sacram & doctrinas de salute æterna præcipuas, utpote quæ constant plurimis terminis juridicis & politicis,

m) Sa^o

rare, & magno tumultu ad judicium finium regundorum provocare. m)

18. Jam quod in specie Jurisprudentiam attinet, constat turbari pacem hominis externam, non per sapientes, sed stultos, nec interna, nec externa quiete gaudentes.

19. Stulti vero, qua tales, non doctrina coercentur, sed coactione justa.

20. Hæc triplex est, legalis, bellica & judicialis. Posteriores duæ ex prima oriuntur.

21. Præscribunt autem leges etiam normam infinitis actionibus hominum indifferentibus, easque ordinant, ac limitant, ne, si talis ordinatio ac limitatio omittatur, occasio detur turbationi pacis.

22. Atque talis ordinatio non præscripta est legibus divinis, sed curæ magistratus humani est relicta.

23. Fluit ex hætenus dictis sua sponte jurisprudentiæ definitio, quod sit scientia, leges divinas & humanas intelligendi, explicandi, & postea secundum eas bonum ordinem & pacem promovendi, ejusque turbationem removendi.

24. Pertinet equidem & prudentia legislativa & consultatoria ad jurisprudentiam, sed utraque addiscitur ex regulis jurisprudentiæ judicialis. n)

25. Cum autem philosophia sit etiam instrumentum jurisprudentiæ, nequaquam ea studioso juris genuino

m) Sapientia benigna est, non invida, gaudet, si alii etiam boni quid faciant. At alia ratio est sapientiæ hypocriticæ & monachalis, quæ adhuc multum regnat, etiam ubi religio papalis non regnat,

n) Consultatoriam ad Jctos pertinere, & legislativam sub consultatoria late dicta comprehensius docui *de prudentia Jctorum consultatoria.*

nuino negligenda est. in primis cum sine ea Jctus plane cœcutiat.

26. Postquam vero communis philosophiæ neglectus pene persuasit contrarium, & hic neglectus tere inde ortus est, quod Jcti senserunt, philosophiam academicam, tanquam pene monachalem, inutilem esse Jcto sapienti, necesse est, ut studiosus juris præcognoscat palpabiliter tum, quid profit studium philosophiæ Jcto, tum quomodo vanam philosophiam caveat eamque a vera discernat. Ergo opera danda est, ut & cautelis de usu philosophiæ in studio jurisprudentiæ, & cautelis veram à falsa philosophia secernendi informetur distinctius.

27. Quamvis enim subinde philosophi tractare soleant de usu philosophiæ in facultatibus superioribus, natura tamen rei ostendit, quod multo convenientius de usu instrumentorum differere possint, qui iis utantur, quam qui eadem fabricant.

28. Adde, quod, qui instrumentis utuntur, etiam apti sint, eorum emendationem secundum usus necessarios ostendendi, & si opifices vel nolint vel nequeant ea emendare, quod necessitas illis utendi onus quasi ipsis imponat, ut ipsimet instrumenta emendent.

Cap. IV.

CAUTELÆ CIRCA DOCTRINAM DE OFFICIO DOCTORIS JURISPRUDENTIÆ.

I.

Hic ante omnia cavenda est frequens satis confusio muneris Doctoris cum munere principis, cum hæc officia sint distinctissima. a)

2. Es-

a) Illustrari perspicue potest Christi ex Pufendorffo *de habitu hæc observatio exemplo Moïsi & religionis &c.*

b)

2. Essentialis conceptus de officio principis consistit in coactione pœnali vel disciplinari.

3. Contra essentialis conceptus doctoris consistit in precibus & admonitionibus, juncto bono exemplo, uno verbo: in amore & mansuetudine.

4. Inde necessario sequitur, ut, quemadmodum preces ac coactio sunt conceptus non solum diversi sed & oppositi, ita etiam officium doctoris & principis non cadere possit commode in unum idemque subjectum. b)

5. Quare nec doctor simul princeps esse potest, nec princeps doctor. c)

6. Equidem doctores magnam convenientiam habent cum patribus, sed saltem intuitu amoris paterni, non intuitu potestatis patriæ.

7. Multo minus vero doctor domini personam sustinere debet intuitu auditorum. d)

8. Porro igitur cavendum, ne doctor in animis auditorum excitet metum servilem, sed sufficit filialis.

9. Magna vero differentia est inter utramque metus speciem.

10. Etenim metus servilis inde oritur, quod servus sciat, dominum intendere utilitatem propriam, cum contra filius sciat, patrem velle promovere utilitatem filii.

11. Servus plagas metuit, filius amissionem paterni amoris.

12.

b) Illustrari hoc iterum potest
considerando personas Moïsis &
Christi.

(*Thomasii Causelar, Pars I.*)

c) *Conf. 1. Cor. IV. 15. Gal. III. sequ.*

d) Hinc non dominari debent

G

con.

12. Nec est, quod dicas, filios tamen immorigeros metuere etiam, ne vapulent.

13. Nam hic quidem metus mixtus est ex metu fervili, quatenus plagas metuit, & filiali, quatenus filius scit, quod pater etiam in coërcendo non quærat utilitatem propriam.

14. Interim tamen hic metus magis servilis est, quam filialis, quia correspondet potestati patriæ, non amoris paterno.

15. Quamvis vero filius, dictis paternis obediens, non metuat plagas, ejus tamen metus magis rationalis est & æque sensibilis, ac metus filii inobedientis.

16. Scilicet homines, qui non plane ejurarunt usum rationis, sensibilius afficiuntur amissione rei amatæ & amoris, vel etiam dolore personæ amatæ, quam si vapulent.

17. Hinc maxime sensibilis est auditori bene morato amissio amoris docentis, aut si actionibus suis suspiria docenti eliciat.

18. Repugnat equidem officio sapientis & doctoris, odisse auditores, non tamen obstrictus est etiam, ut auditoribus immorigeris æqualia amoris signa & fiduciam exhibeat.

19. Imo ipsa emendatio auditorum, dictis doctorum non obedientium, postulat, ut simulent doctores, se auditores non amare amplius, ut eos in viam reducant, & amorem eorum iterum inflamment.

20. Neque sensibilius remedium esse solet ad versus eos,

conscientiis auditorum, i. e. autoritate sua intellectui auditorum | leges præscribere,

e) Nam

eos, qui naturam veræ amicitiae ignorant, aut doctorem, ut meretur, non satis aestimant, quam frigusculum ex parte doctoris simulatum. e)

21. Cave vero, ne frigusculum confundas cum morositate & crudelitate.

22. Nam frigusculum nihil aliud est, quam intermissio pristinae familiaritatis & confidentiae, & conversatio cum altero tanquam peregrino & ignoto.

23. Ergo frigusculum regulariter conjunctum est cum majori civilitate, quam qua uti solemus erga amicos. Ita enim conversari solemus cum peregrinis & ignotis.

24. Igitur & morositas, rusticitas, amara severitas non decent sapientem, nec media sunt emendandi auditores.

25. Cavendum ulterius, ut doctrinam suam doctor aptet ad captum auditorum, neque omnibus eandem doctrinam proponat.

26. Neque tamen hic differentia quaerenda in divitiis aut statu politico auditorum,

27. Et falsæ adeo sapientiae indicium est, dicere, divites & nobiles meliore animo ac sagaciore intellectu esse praeditos, quam pauperes & ignobiliores. f)

28.

e) Nam & sapientissimum nomen sapientissime hoc remedio utitur erga homines, dum faciem paternam & amicam occultat, & dum in angustiis sunt, preces eorum non statim exaudit.

f) Etenim nobilibus & diviti-

bus ista methodo plus nocetur, quam ut eorum utilitas promoveatur. Fluit inde & alia methodus inepta docendi, dum divites & nobiliores persuadentur, ac si per compendium sapientiam discere possint per mera exempla.

G 2

hibent,

28. Deinde differentia inter ingenia prompta seu viva & tardiora, doctori sapientiæ parum attendenda est. Nam utraque parem doctoris patientiam & doctrinæ frequentem inculcationem & repetitionem requirunt.

29. Id potius attendere debet doctor circumspectus, utrum tyrones sint ejus auditores, an adulti. Prioribus sac doctrinæ, posterioribus veritates durioris concoctionis proponendæ sunt.

30. Etsi enim fidelitas sit præcipua doctoris virtus, eique repugnare videatur occultatio ullarum veritatum, auditori utilium, non tamen inde inferendum, ac si imbecillibus & stultitiæ adhuc valde immerfis, veritates duriores statim sint proponendæ, dum eas nondum conquirere queunt. g)

31. Ex dictis etiam sequitur a doctrinæ lacte faciendum esse initium.

32. Pater etiam simul ratio cur omnes philosophi ac doctores prudentiores illam differentiam usurpaverint. h)

33. Cum vero mores academiæ nostrarum ita se

hibenda, hic tamen distinctio inter doctrinam in exemplis, & per exempla, de qua dixi latius in *specimine jurisprudentiæ judicialis c. 3.* Adhibenda sunt in omni doctrina pauca præcepta, sed bona & plurima exempla. Et plerumque doctrinæ, quarum vix dabilia sunt exempla, inutiles sunt, nec ad sapientiam pertinent.

g) Declarari etiam res potest

per simile a medico & ægroto, vel a medicina & cibo, sano stomacho utili.

h) Nata inde distinctio inter lectiones acroamaticas & exotericas, i. e. selectas & vulgares. Gell. *l. 20. c. 5.* Rachel. *introd. ad Phil. Mor. Arist. c. 10.* Conr. *introd. ad Polit. Arist. c. 3.* Etiam doctor sapientiæ Christus aliter docebat populum parabolis, aliter discipulos suos,

in-

se habeant, ut non receptum sit seligere auditores, prout philosophi antiqui in usu habebant, sed in lectionibus publicis & privatis, omnes soleant admitti, tyrones & adulti, hinc & opus est, ut doctores doceant, quæ omnes capere & quæ omnibus usui esse possint.

34. Ergo fere lacte doctrinæ hic est utendum. Lac enim etiam stomachis durioris concoctionis prodest. i)

35. Quod autem adultos in specie attinet, non opus est ad doctrinam veritatum, iis convenientium, ut certis horis convocentur, & subfellia occupent, sed poterit id commode fieri in conversatione familiari cum singulis. k)

36. Cum tamen non omnes, sive tyrones sint sive adulti, æque capiant doctrinas, inde quam maxime cavebit doctor sapientiæ, ut neminem ex auditoribus arceat a conversatione sua, sed potius omnibus libertatem adeundi eumque interrogandi concedat.

37. Cavebit porro, ne erga quærentes, morosum se & difficilem exhibeat, sed potius majore humanitate, quam in lectionibus suis, excipiet singulos, & magnâ patientia eorum quæstionibus respondebit.

38. Porro, l) attendere debet doctor, an quis doctrina ejus uti velit saltem ad usum privatum, an eum in finem, ut alios iterum doceat.

39. Sed cavebunt tamen auditores, ne putent sufficere

intimiora regni Dei iis proponens, | adultos putant, sint adulti in falsa
Et hinc etiam Paulus Apostolus | sapientia.

subinde lactis doctrinæ mentionem | k) Ita docebat & Socrates,
facit. | l) *vid. n. 296*

i) Adde quod plerique, qui se

G ;

II) Quid

cere ad usum privatum, doctrinam plane superficialiam II), sed & hic requiritur doctrina fundamentalis, verum non ita diffusa, & tam multis conclusionibus illustrata, qualis ad perficiendos doctores necessaria est.

40. Cum vero ii, qui ad usus publicos addiscunt, eadem fundamenta easdemque cautelas discere debeant, ac ii, qui ad usus privatos, inde rursus patet, quod lectiones, ad quas plures admittuntur, commode sic possint institui, ut utrique audientium classi inserviant.

41. Quæ porro ad perfectionem eorum pertinent, qui profiteri iterum doctrinam veritatis constituerunt, circa hos eadem erunt observanda, quæ modo diximus de adultis.

42. Cautelæ hætenus memoratæ, cum pertineant ad omnes disciplinas sapientiæ, pertinebunt etiam ad jurisprudentiam.

43. Incumbet igitur quam maxime etiam doctori juris, ut in lectionibus suis doceat, quæ omnibus auditoribus usui esse queant,

44. Ergo quam maxime cavebit, ne doceat doctrinas parum utiles discantibus in vita civili.

45. Et eo magis cavebit, quo diutius mores corrupti in academiis ex arcanis politicæ papalis nimis altas radices egerunt, ut in omnibus facultatibus multa doceantur detrimento, vel certe nulli usui, futura in vita civili.

46. Quamdiu vero tales inutiles doctrinæ in academiis regnant, cognitio hujus inutilitatis, studioso sapientiæ maxime proficua & salutaris est.

47.

II) Quod nostrates vocant *etwas cavallierement lernen*.

m) Res

47. Unde cavebit, ne doctrinam rei inutilis tanquam utilis, & ostensionem hujus inutilitatis confundat.

48. Cum autem rei utilitas & inutilitas dependeat a natura rei, & adeo de usu vel non usu rei nemo judicare possit, sine distincta rei notitia, non vitio verendum est sapienti, si hoc intuitu subinde immisceat doctrinas alias inutiles.

49. Duplex vero est methodus separandi doctrinas utiles ab inutilibus, vel fundamenti loco exponendo doctrinas parum utiles, & ostendendo hinc inde, quæ earum usum habeat, quæ minus. Altera, quæ fundamenti loco ponit doctrinas utiles, & ex illis postea ostendit rationem, cur doctrinæ diversæ nullum habeant usum. m)

50. Prior methodus, tanquam intentioni papatus inserviens, receptior, posterior brevior ac jucundior est, & magis attentionem discantis excitat.

51. Sed posterior tamen etiam difficilior docenti, tanquam minus usitata, & ubi rari sunt præeuntes, qui glaciem fregerint.

52. Quare rationi maxime conveniens est, ut talia primum ex amore erga discentes tentanti, condonentur nævi non facile evitandi, ipse tamen etiam non ægre feret modeste monentes, ejusque bonam intentionem, si quid præterviderit, adjuvantes.

53. Res tamen loquitur ipsa, talia non facile tentari

m) Res patet exemplis: vel tant, & his adjicitur differentia enim institutiones juris Romani | usus juris germanici; vel institutio-
fundamentum doctrinæ suppedi- | nes juris germanici, ut fundamen-
talis

ri posse a junioribus, cum, qui ea methodo uti vult, præditus esse debeat magna experientia rerum, in vita civili utilium & inutilium.

54. Denique constat ex supra dictis, quod duæ quasi sint classes lectionum, quæ ad officium Juratorum pertinent.

55. Una docere usum liberalium artium & scientiarum philosophicarum in jure, & simul ostendere cautelas in singulis disciplinis observandas circa doctrinarum inutilium emendationem. n)

56. Ad hanc vero haud dubie ineptus est, qui ipse non est philosophus,

57. Altera, ut postea singulas jurisprudentiæ partes fundamentaliter explicet.

58. Ratione adulatorum in conversatione privata, & dum a singulis seorsim consulitur, scopum singulorum attendere debet, an intendant aliquando ipsi jura docere, an clientibus præstare patrocinium, an adpirent ad judicis officium, vel ad munus aulicum.

59. Interim tamen singulæ partes jurisprudentiæ ita sunt connexæ, ut, quicumque horum ad sapientiam in studio jurisprudentiæ tendit, fundamenta singularum partium probe tenere debeat.

60. Ergo rursus patet, quod lectiones, ad quas omnes admittuntur, facile sic institui possint, ut omnibus profint, quamcunque habeant intentionem.

Cap.

talis doctrina explicatur juven-
ti, &c.

n) Vide supra c. 3. §. penult.
& ult.

a) Il-

Cap. V.

CAUTELÆ DE HISTORIA ET PHILOSOPHIA IN GENERE.

I.

Historia & philosophia sunt duo oculi sapientiæ, quorum uno, qui caret, monoculus est ob summam utriusque connexionem. a)

2. Scilicet historia est factorum singularium absentium & præteritorum. Philosophia tradit universalialia, ex quibus judicamus de aliarum rerum veritate & bonitate.

3. Excitantur universalialia per sensationes singularium.

4. Singularium vero sensus est vel proprius vel alienus.

5. Sensus existentiam rerum docent, universalibus inquirimus in rerum causas. b)

6. Sensus sunt rerum visibilium pariter ac invisibilium. c) Causæ vero in quas per universalialia inquirimus, non videntur.

7. Notitia universalium excitatur per sensationes proprias, nec ea mente perfecte percipiuntur, si ad eas non possint reduci.

8. Similiter & sensationum alienarum non habemus per-

a) Illustrari potest hæc assertio ex ea ratione quod etiam in scripturis sacris doctrina sapientiæ & historia sint connexa.

b) Sed non solum efficientes verum & finales.

(Thomasii Causelar. Pars I.)

c) Res visibiles visu vel tactu percipiuntur; secundario etiam auditu, odoratu, gustu; invisibiles secundario auditu, odoratu, gustu, tactu, plane non visu.

H

d) Osten-

perfectam notitiam, si non reducantur ad sensationes proprias easdem, id est, plane ejusdem speciei.

9. Historia est de sensationibus alienis. Philosophia ratiocinatur de sensationibus propriis & alienis.

10. Utiles vero quam maxime sunt sensationes alienæ ad studium sapientiæ, quia partim adjuvant imperfectiorem & insufficientiam propriarum, d) partim quia multum profunt ad emendationem. e)

11. Unde communiter duplex dicitur lumen intellectus, rationis & revelationis. Sed cave, ne hanc divisionem confundas cum ea, de qua supra diximus, lumen esse vel naturæ vel gratiæ. f)

12. Ex hoc duplici lumine oritur etiam distinctio inter scientiam & fidem. Scientia est rerum, quas sensationibus propriis percepimus, & de causis earundem, fides est rerum revelatarum.

13. Cave tamen, ne distinctionem inter scientiam & fidem confundas cum distinctione inter scientiam & verosimilitudinem.

14.

d) Ostendunt originem & progressum errorum, vitiorum, falsæ sapientiæ.

e) Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

f) Vide supra c. 2. n. 18. Ibi lumen naturæ intuitu intellectus prædicatur de omnibus iis, quæ cognoscimus per rationem sibi relictam, sive ea versetur circa sensationes proprias, sive aliorum hominum, quæ talium, Lumen gra-

tia vero de iis, quæ cognoscimus ex revelatione Dei, vel immediata, vel mediantibus hominibus, quibus res revelatæ fuerunt revelatione supernaturali & mere divina. Hic vero lumen rationis prædicatur in sensu strictiori de iis, quæ cognoscimus circa causas rerum, quarum sensationes proprias habuimus, unde magis apte vocaretur lumen sensationum propriarum, vel quid simile. Contra re-

vela-

14. Scientia est sensuum propriarum & causarum perfecte i. e. demonstrative cognitarum.

15. Verosimilitudo est sensuum alienarum & causarum, sive de propriis sive alienis sensibus, imperfecte cognitarum. g)

16. Porro cave, ne perfectionem & imperfectionem cognitionis humanæ confundas cum certitudine & incertitudine cognitionis, si non prius homonymiam certitudinis & incertitudinis sustuleris.

17. Est enim hæc duplex, vel intellectus vel cordis. Illa coincidit cum perfectione & imperfectione cognitionis. Hæc multum differt.

18. Certitudo cordis est assensus cognitionis imperfectæ, ortus ex fiducia erga revelantem.

19. Incertitudo cordis est hæsitatio circa cognitiones imperfectas, orta ex diffidentia erga revelantem,

20. Uti igitur circa cognitionem scientificam nunquam incerti sumus, ita circa cognitiones imperfectas versatur & fiducia & diffidentia.

21. Quoniam autem certum est, fiducia conservari amicitias, amicitijs autem stabiliri felicitatem humanam, inde constat, certitudinem cordis plus prodesse societatibus humanis, quam certitudinem intellectus,

22. Etenim non est sapiens, nec ad vitam civilem aptus, qui omni fiducia destituitur, & omnia vult reducere ad certitudinem scientificam.

23,

velationis lumen hic latius est, quam lumen gratiæ, comprehendit enim & revelationes pure humanas,

g) Ergo verosimilitudo latior est fide. Quamvis aliquando etiam fides prædicetur de abstractionibus & causis rerum, quatenus eas

H 2

cre,

23. Porro cum revelatio sit vel divina vel humana, etsi ad Jurisprudentiam pertineat primario revelatio humana, opera tamen danda est Jcto, ut has duas revelationis species probe secernat.

24. Revelatio humana est rerum tantum naturalium, divina regulariter supranaturalium, neutra contranaturalium.

25. Res naturales sunt, quarum cognitionem habemus per solum lumen naturæ; supranaturales, per solum lumen gratiæ.

26. Res supranaturales sunt, quarum quidem existentiam & modum existendi ignorat ratio humana, earum tamen revelatio nullam involvit contradictionem.

27. Res contranaturales sunt, quarum revelatio involvit contradictionem.

28. Unde patet, res contranaturales non esse objectum revelationis, etiam divinæ, quia Deus, ut omnes sectæ fatentur, non potest contradictoria efficere.

29. Patet etiam ex dictis, quod fides & fiducia differant, vel certe quod fides sumatur vel late, ut fiduciam comprehendat, vel stricte, ut eidem opponatur.

30. Fides stricte dicta est affectio intellectus circa res verosimiles sine certitudine cordis.

31. Fiducia stricte dicta est affectio voluntatis seu cordis circa res, quarum scientia destituimur.

32. Fiducia hæc vel stulta est, vel sapiens. Illa est rerum verodissimilium, vel plane impossibilium & contradictoriarum, una voce credulitas. h)

33.

credimus esse veras ob autoritatem aliorum.

h) Crudelitas enim, uti omnia vitia, magis est vitium voluntatis quam

33. Hæc vero rerum valde verosimilium, vel etiam supraverosimilium, sed quæ tamen non cadunt sub scientiam.

34. Porro cave, ne confundas fidem philosophicam, historicam, & juridicam, adde & theologicam.

35. Fides theologica est affectio cordis, i) scilicet fides sapiens rerum supraverosimilium, hoc est supernaturalium. Reliquæ tres species pertinent ad fidem intellectualem.

36. Et quidem philosophica est rerum universalium verosimilium; fides historica rerum singularium ab aliis hominibus nobis revelatarum.

37. Fides juridica diverso respectu est species fidei philosophicæ & fidei historicæ. k)

38. Etsi autem studium historicum studioso sapientiæ sit maxime necessarium, communis tamen prohdolor! & valde supinus est ejus neglectus.

39. Siquidem paucissimi studiosorum incumbunt studio historico, imo paucissimi, qui ex scholis ad academias transeunt, communissimas & plebi notissimas historias ex sacris literis afferunt.

40.

quam intellectus, ortum ex amore irrationali.

i) Est enim fiducia. *Heb. XI. v. 1. 6. & exempla toto capite recensita.*

k) Plura ad explicationem *n. 12. seq. huc usque* pertinentia suppedabit disputatio *de fide juridica.* Doctrinam vero hæcenus tradi-

tam de differentia inter fidem & scientiam inter fidem cordis & intellectus, inter fidem juridicam, theologicam &c. convenientem esse scripturæ, præter ea, quæ demonstrata sunt in dicta disputatione, latius probavit Dn. Brenneisen in *responsionibus contra Stolizium.*

H 3

l) Ha-

40. Causã mali partim præceptoribus, partim studiosis ipsis adscribenda. l)

41. Præceptores scholarum urbicarum ut plurimum ipsi historias ignorant, qui in universitatibus plerumque solis collegiis homileticis fuere dediti.

42. Adde, quod in paucissimis scholis in catalogo lectionum extent lectiones historicæ.

43. Denique quæ studio historico & elegantioribus dederunt operam ingenia selectiora, vix officio scholastico operam suam addicent pro tam exiguo salario.

44. Academias quod attinet, ubique quidem professores historiarum existunt, sed multi eorum demum post professionem adeptam, studium historicum inchoant; alii quidem cerebrum multitudinem historiarum repleverunt, sed quod secundam Petri attinet, ipsis res angusta in cerebro est; alii moribus decoris destituuntur. m)

45. Ex reliquis autem professoribus paucissimi studiosos ad studium historicum adhortantur, partim ob ignorantiam propriam in historiis & adjunctam persuasionem, quod studium historiarum nihil proferat; partim ob metum amittendæ autoritatis & infallibilitatis, &

l) Habuit jam anno 1481. Abbas quidam sermonem claustralem ad congregationem Burfeldensem, quem *actis & factis præfulum Nûmburgensium* inseruit Pautini p. 145. sequ. qui multa de utilitate & neglectu historici studii

jam illis temporibus congregavit, quæ sine pudore vix legi possunt, si nostrorum mores intueamur.

m) Nonnulla ad hanc rem notabilia habet Casaub. *Præfat. ad Polyb. p. m. 14, b, 17, b.*

& ne auditores studio historiarum diligenter incumbentes eos quoad eruditionem superent.

46. Præcipue autem ex superioribus facultatibus studium historiarum impediunt omnes illi quorum interest, ne juvenus discat ope studii illius sensibiler palpate papatum adhuc inter protestantes passim obvium, & christianismum hypocriticum, aut etiam miseriam jurisprudentiæ, & larvas rabulismi & legulejismi. n)

47. Qui Philosophi audiunt, studium historiarum tanquam potissimam partem studiorum elegantiorum dissuadent, ex metu, ne penitus corruat regnum tenebrarum, i. e. philosophia scholastica, quæ hæctenus pro necessario instrumento theologiæ erronee fuit habita.

48. Medici ut nullam facile causam habent impediendi studii historici, ita etiam scopus principalis medicinæ non multum confert ad promotionem ejusdem. o)

49. Interim & ipsis studiosis neglectus hic ex variis causis imputandus. Ignavi plane non student. Diligentes omisso studio historico & philosophico statim arcana trium superiorum facultatum, in quibus desinere debebant, addiscere cupiunt. p)

50. Voluptati deditis tædium parit prolixitas & multiplicitas historiæ; ambitiosi tantum cogitant, Justinianum dare honores; avari sibi persuadent, studium histo-

n) Commend. Ziegl. de arte rabulistica. Adde iterum Casaub. d. l. p. m. 10. b.

o) Interim non diffitemur, quod, uti medicis fere debetur libertas restaurata philosophandi, ita etiam

medico Contingio debeamus multum intuitu historiæ & jurisprudentiæ germanicæ &c.

p) Adde Casaub. d. pref. p. 10. b.

q) Cas.

historicum non esse de pane lucrando, & ad legulejismum & auream praxin magis inclinant. q)

51. Sed jam plurimi viri clarissimi integris tractatibus probarunt jucunditatem, necessitatem & utilitatem studii historici, & res ipsa loquitur. r)

52. Jucunditatem commonstrant infinita varietas, & narratio rerum in sensus incurrentium, quodque aperiat intima & arcanissima cupiditatum humanarum in singulis hominum statibus,

53. Necessitatem multa docent. Sine ea intellectus humanus cæcus est, & cogitationes confusissimæ ut hominis cæci & surdi. Nunquam liberatur homo a præjudiciis si non ope historiæ cognoscat originem præjudiciorum,

54. Utilitatem ejus intuitu totius generis humani probat, quod sit alter sapientiæ oculus. Opus habent philosophi historia philosophica, medici naturali, jureconsulti & theologi civili & ecclesiastica,

55. Potissimum vero studioso juris ista omnia utilitatem præbent maximam, Historia philosophica viam ipsi monstrat ad dijudicandam veram sapientiam a falsa, & adeo studiosus juris sine historia philosophica est campana sine pistillo. Historia juris ipsi mediam ostendit viam inter legulejismum & rabulisticam. Historia civilis, inprimis romana, & germanica aperit ipsi portam ad jurisprudentiam publicam imperii romani, ut sine hac cæcus & mutus sit. Denique historia ecclesiastica cautelas ipsi suppeditat, ut nec doctores probos

q) Casaub. d. p. 10.

r) Collecti sunt duobus tomis,

quibus titulus, *penus artis historice*,

s) Plu-

bos & reipublicæ utilissimos contemnat, nec fiat etiam mancipium cleri papizantis. s)

56. Inprimis vero ornat & adjuvat nobiles, ut in conversatione cum viris præstantissimis non obmutescant & anxii expectent, donec occasio se offerat aliquid loquendi ex doctrina juris romani.

57. Interim tamen studium historicum curam requirit, nec vult illotis manibus tractari. Hinc studioso opus est, ut autores utiles ab inutilibus secernat.

58. Inprimis commendandus Luciani libellus de historia scribenda, quia stylo falso & exemplis perspicuis magis ostendit, quæ cavere debeat bonus historicus, quam ut tradere intendat præcepta artis; t) Hæc enim ob infinitas prudentiæ & decori circumstantias commode & sine metu contradictionis tradi nequeunt. u)

59. Gerhardus Johannes Vossius in tractatu suo de arte historica ubique fere ostendit, quod fuerit vir omnigenæ lectionis, sed subtilior fere est, & sæpius in eo desiderabis exactius iudicium. x)

60. Rapinus Jesuita gallus in observationibus suis de historia multa quidem bona & selecta habet, sed male co-

hæ-

s) Plura de usu historiæ ecclesiasticæ dixi de cautelis circa præcognita jurisprudentiæ ecclesiasticæ c. 2.

t) Conf. Patr. Daniel. in præfatione ad 1. Tomum historiæ gallicæ. (de l'histoire de france) qui similiter tales cautelas suppeditat.

u) Utinam hanc cautelam ob-

(Thomasi Cautelar. Pars I.)

servassent Vossius & Rapinus, tum non opus fuisset Vossio tot uti limitationibus, nec in Rapino tot contradictiones occurrerent.

x) Conf. Clerici parrastana tom. I. p. 182. Interim in eo Vossio assentior, quod juvenes cum K. kermanno nolit a lectione historicorum excludere de A. H. c. 5. p. 30.

hærentia & male vel obscure & confuse distincta, ut facile quisque, qui eleganti ejus scribendi genere non decipitur, in singulis paginis contradictiones observet.

61. Clerici parrasiana, & quæ Tom. I. ibi de studio historico & arte historica habentur, mihi præ reliquis placent, inprimis cum sub ejus observationibus plures veritates utiles lateant, quæ a supinis lectoribus vix intelliguntur.

62. Meo judicio historici boni nascuntur, non fiunt. Inter gallos Thuanus, ex germanis Pufendorffius pares vix habent, quamvis posterior a multis sine causa taxetur, a quibus meliora frustra expectantur. y)

63. Ergo potius præcepta danda forent de historia cum fructu legenda, quam scribenda. Sed & hoc tamen negligitur communiter, & qui de historia legenda scripserunt, inter quos Whearus novissimus, Bodinus prolixissimus est, vel ordinem saltem legendi intenderunt, vel modum excerpti philosophica aut philologica. z)

64. Usus præcipuus vel plane negligitur; a) vel superficialiter saltem tractatur, b) scilicet observationes de dijudicandis falsis narrationibus a veris aut verosimilibus; de dijudicandis factis humanis, & qui præcipuus est, de

& frustra contra eum disputavit Degoreus Whear. *meth. leg. bist.* P. 2. p. 170. seqv.

y) De sinceritate Thuani Clerc. *parrasiana* p. 148. 193. seq. Dicendum de Burneti *Hist. Reform. Anglic.* Vassorio & Samsonis *hist.*

Wilh. III. item Larreo.

z) Bod. c. 2. 3. 10. Whear. P. 1. sect. 1. & sect. 3. tota.

a) Ut a Whearo fit.

b) Ut priores duo a Bodino, qui de tertio plane non est sollicitus.

c) Dis-

de applicando utroque fine ad utilitatem propriam & communem humani generis.

65. Uti enim de insufficientia communis doctrinæ, de dijudicando vero & falso historico alibi latius dictum c) ita & historici & alii plures, falsas regulas in dijudicandis factis humanis usurpant, unde non possunt non etiam falsæ observationes de utenda historia enasci.

66. Idoneus de veritate historica iudex imprimis callere debet communem naturam humanam, & peculiare temperamentum morale personæ, de qua agitur, item statum & conditionem reipublicæ, in qua hæc vivit.

67. Debet prudentia pollere dijudicandi, an & quousque fidendum sit historico? An partibus addictus, vel etiam nimis credulus fuerit? Unde sua hauserit? An rem sine amoris aut odii vel alterius affectus indicii proponat: An nimis affectet, ut lectorem de veritate rei, quam describit, persuadeat. d)

68. Scriptoribus historiarum arcanarum, & qui pro usu privato historias scripserunt; dd) & qui in iudicio de actionibus humanis etiam magnorum & nobilium virorum eas ut vitiosas depingunt, e) plerumque plus fidei habendum, quam iis, qui publicas historias etiam jussu Principis pro salario vel honorario edunt, vel qui facta hominum, imprimis magnatum & famigeratissimorum, ut valde prudentia & heroica delineant. f)

69,

c) *Dissert. de fide historica c. 2.*

d) An ex archivis scribat, an ipse præfens fuerit. An de ipso scribat; an tentet commiserationem movere apud lectorem.

dd) Historici etiam est, nil vere omittere.

e) Ut Arnold. *in historia hereticorum.*

f) De Plinio *vide infra ad scripta*

69. Origo civitatum & nationum, & quæ ea de re tanquam certissima scribuntur, plerumque sunt incerta. g)

70. Admiranda, miracula, revelationes, quarum extra scripturam sacram fit mentio, vel talia non sunt vel pleraque, si non omnia, sunt efficta. h)

71. Circa encomium & vituperium ab historicò adhibitum, cavendum, ne omnia, & ne nihil credas. Rarius errabis, si de laude vix partem octavam, de vituperio vero septem partes pro veris habeas.

72. Equidem sapiens non de omnibus rebus historicis dubitat. Uti tamen in studio philosophico a dubio sceptico propius abest, quam ab infallibilitate dogmaticorum; ita etiam circa historias, potissimum publicas, vix dimidiam partem credit. Interim tamen nunquam dubitat sine justa ratione dubitandi.

73. Orationes & deliberationes, ac vota ab historicis fere omnia efficta sunt, imprimis ducum bellicorum, i) sed propterea historici non sunt culpandi, si modo talia ita sint proposita, ut status personarum loquentium, & natura rei de qua agitur, postulant.

74.

ad cap. 9. §. 68.

g) Voss, *de art. hist.* c. 9 p. 50. & c. 14. p. 78. Bodinus *method. hist.* c. 9. Dictum hic de Vorburg. opere historico.

h) Polyb. I. 16. n. 11. Casaub. *præf. ad Polyb.* p. 22. 24. 25.

i) Fatetur hoc satis palpabiliter Thucydides I. 1. p. 10. Le Pere Daniel dans la préface au Tom. 1. de l'histoire de France. Je ne suis pas

lé premier à penser, que les éloquentes harangues, que Tite Live & quelques autres anciens historiens font faire à leurs généraux d'armées, toutes belles, qu'elles sont, pechent contre l'essentiel de l'histoire: parceque pour l'ordinaire, il n'est ni vrai, ni vrai-semblable, qu'elles ayent été faites, ou du moins faites ainsi.

k) Ita

74. Unde stultum foret, si quis in probandis assertionibus, inprimis quæstionum speculativarum, aut doctrinarum quarumcunque ad ejusmodi orationes vellet provocare. k)

75. Ut epitomatores historicorum multas circumstantias omittunt sine vitio, ita historici fusiores iis, quæ in archivis inveniunt, ex natura personæ & rei multas addunt. l) Is ergo, qui ex historiis de factis humanis judicare ad utilitatem suam promovendam cupit, sæpe plures circumstantias ad rem eo melius concipiendam addere debet.

76. Porro m) idoneus de factis humanis judex ante omnia vacuus esse debet a præjudiciis de vera prudentia & felicitate humanæ naturæ & hominum singulorum, item societatis civilis. His enim si non careat quomodo cæcus judicabit de coloribus.

77. Et cum historici pagani pariter & christiani hic multa præjudicia discursibus suis immiscere soleant, studiosus sapientiæ hic caute procedere debet.

78. Ita v. g. Polybius in demonstranda populi romani prudentia falsam doctrinam de felicitate reip. mixtæ fundamenti loco posuit. n)

79. Ita Clericus observavit, hodiernos scriptores nimis commendare absolutam principum potestatem, tanquam in qua summa felicitas rerumpublicarum consistat,

k) Ita e. gr. in quæstione de forma imperii romani provocatur ad orationem electoris in electione Caroli V. habita apud Sleidanum.

l) Dicitur hic de Dion. Halic.

Livio, Epitom. Livii. Freinshemii supplementis, &c.

m) Vide *supra* §. 64.

n) Polybius *lib. 6. c. 9-16.*

sistat, cum tamen rationibus elegantibus contrarium demonstrat. o)

80. Contra alii ex altera parte nimis invehuntur contra status monarchicos. p)

81. Ita communiter historici ethnici fortitudinem bellicam commendant, ut præcipuam virtutum. Unde necessario prava judicia de justitia, modestia & mansuetudine oriuntur, omnia sanæ judicia de actionibus humanis corrumpentia. q)

82. Similiter cavendum, ne ab eventu actionis aut diuturna felicitate personæ aut societatis argumentemur ad ejus prudentiam & justitiam. Sæpe enim prudentissimæ actiones carent successibus exoptatis, & sæpe imprudentissimæ actiones bene succedunt & diu durant. Sæpe hæc duratio magis adscribenda imprudentiæ, vel impotentia vicinorum, quam prudentiæ propriæ.

83. Rarissime vero errabis, si plerosque eventus actionum humanarum providentiæ divinæ, paucissimos prudentiæ humanæ attribuas, quamvis plerumque historici & inter eos potissimum Polybius diversam opinionem lectoribus inculcare soleant. r)

84. Equidem solent communiter homines variis uti prætextibus, intentionem & directionem actionum sua-

o) Clerc. *parraf. p. 211. seq.*
p) Ut Sidneus *dans le traité de gouvernement. Auctor der politischen Maximen von Holland.*

q) Clerc. *parraf. n. 198, 199. 201. seq. & p. 220.*

r) Polyb. *d. l. 6. Vossius de A. H. c. 21, p. 117.* Homo quidem plerumque infortunii sui, rarissime fortunæ suæ faber. Et quam paucissimi sunt sapientes. Et qui sunt, quantillo gradu sunt.

suarum defendendi, seque, si re eventu careat, ex bona intentione excusandi. Igitur & hic judiciosus lector separabit prætextus & externas actionum circumstantias (quæ saltem ab historicis narrari solent) a vera intentione & circumstantiis occultis, quæ sæpe tam stultæ & ridiculæ sunt, ut eas referre pudeat, s)

85. Porro cavendum a præjudicio, ac si hominis turpis & vitiosi omnes actiones tales sint; multo magis ab eo, ac si vir honestus & sagax, nihil quod imprudens & injustum sit, suscipiat. t).

86. Cavendum, ne secundum errorem communem nimis laudemus actiones nationis nostræ aut hominum religionis nostræ, & vituperemus actiones aliorum. Sincerum judicium abstrahit ab amore patriæ & religionis suæ. u)

87. In accurato conceptu, de moralitate ac prudentia personarum, quas historiæ describunt, formando, supponitur justa notitia sui ipsius & naturæ humanæ. Alias facile quis seducitur ab historicis, maxime ab adulatore Paterculo. w)

88. Neque adeo mirandum, quod homines ad adulationem proni tantopere Paterculum commenda-

ve-

s) Vide Illustris Leibnizii *præfat. ad Cod. juris gentium* de causis bellorum, ubi exemplum habes de Darii Medico.

t) Homines semper sunt homines. Prudentissimi ac honestissimi, item vitiosissimi sua habent intervalla. Conf. Clerc. *parras. p. 164.* -

173. Huc pertinet doctrina de virtute heroica. Dicendum de collectoribus serm. conviv. Lutheri de libris in ANA desinentibus. Vide Bailii *diction. critique* voce *Luther. lit. M.*

u) Clerc. *parras. p. 185-190.*

w) Conf. Voss. *de A.H. c. 18. p. 92.*

x) Con-

verint, ut *Bœclerus & Rapinus*. A quibus adeo studio-
so sinceri iudicii cavendum.

89. Quamvis a plerisque characteres Vellejani Bœ-
cleri nimis æstimari soleant. Qui enim vera funda-
menta philosophiæ moralis & civilis callet, facile depre-
hendet, Bœclerum fundamentis caruisse, & ubique fere
doctrinam scholasticam de virtute heroica utramque fa-
cere paginam, ac ubique quadrata rotundis aptari, ut post
lectionem confusior discedat lector, quam accessit.

90. Denique scopuse eorum, qui historias legunt, x)
partim aperte stultus est & ab aliis jam notatus, v.g. si fiat
saltem ob usus grammaticos vel oratorios, vel discursus
causa in conversatione familiari, vel etiam rixandi gratia
in quæstionibus moralibus & politicis, y)

91. Partim a pluribus commendatus est, etsi pa-
rum proficit. Huc pertinet doctrina, quod historia proficit
ad emendationem aut mutationem rerum publicarum
z) ut enim taceam, rara exempla in historicis occurrere
de justa emendatione rerum publicarum, difficillima in-
super & plane impossibilis est applicatio talium exem-
plorum, ubi corruptio altas radices egit. a)

92. Porro graviter ab iis erratur, qui putant homi-
nes lectione historiarum non solum acquirere cognitio-
nem boni & mali, sed etiam desiderium boni quamvis &
ipsi

x) Connexionem vide *n. 64.*
65. 76.

y) Casaub. *præfat. ad Polyb. p.*
10. 25. Huc pertinent illi, qui sta-
tim historicos cum observationi-
bus politicis legunt, quas notat Pe-
rizonius in orat. de fide historica.

z) Conf. Casaub. *ad Polyb. lib. 1.*
init. p. m. 85.

a) Adde, quod ideo applicatio e-
xemplorum sit difficilis, quia non ii-
dem morbi, non iidem status re-
rump.

b) Vi-

ipſi ſoleant addere, quod hoc procedat ſaltem in animis generoſorum. b)

93. Eadem dicenda de doctrina, ac ſi lectio hiftoriarum manuducat ad prudentiam actiones proprias inſtituendi, & aliis conſilia dandi, vel ſe & alios in adverſitatibus conſolandi. c)

94. Solus ille uſus vitio caret, quod ſi lector ſincerus præſupponatur, in hiftoriis deprehendat imagines virtutum & vitiorum, morum honeſtorum & turpium, & quod his uti poſſit tanquam præparatione ad prudentiam politicam per emendationem propriæ ſtultitiæ acquirendam. d)

95. Cogitabit etiam ſtudioſus ſapientiæ, hominem magis ad pacem, quam ad bellum deſtinari, & academias eſſe ſeminaria pacis. Igitur in deſcriptione bellorum potiffimum attendet ad cauſas belli juſtificas & pacta pacis, magisque ſollicitus erit de negotiis pacis, e)

Cap. VI.

CAUTELÆ CIRCA STUDIUM HISTORIÆ PHILOSOPHICÆ.

I.

Hiftoria eſt vel naturalis, pertinens ad medicos, vel philoſophica, vel civilis, de qua cautelas dedimus ad cap.

b) Vide Caſaub. *in dicta præf.* p. 9. ſequ. Similia habet Voſſius de *H. c. 5. p. 25.*

c) Caſaub. *in not. ad Polyb. p. m. 58.* Voſſius *d. l. p. 26.*

d) Conf. Caſaub. *præf. ad Polyb. p. 5. ſeq.* Add. Michel le Vaſſor *in præfat. ad Tom. I. ab initio*

(*Thomaſii Cancellar. Pars I.*)

Commendandus diſcurſus de l'Abbe de S. Real, *de l'usage de l'hiſtoire.*

e) Sic etiam multum temporis lucrabitur, cum pleræque hiftoriæ publicæ fuſius deſcribant actiones bellicas. Add. le Vaſſor *in præfat. p. 6.*

R

a) Una-

cap. præcedens, vel ecclesiastica, de qua dicendum infra suo loco.

2. Historiam vero sectarum philosophicarum non negliget studiosus sapientiæ, partim ut originem sectarum hodiernarum discat, partim ut caveat, ne fiat sectarius.

3. Etenim sectarius ille est, qui se putat infallibilem esse in opinionibus, etiam circa verosimilia, & simul odit dissentientes.

4. Contra sapiens separat scientiam rerum certarum ab opinione verosimilium, quas tamdiu pro veris habet, donec ostendatur contrarium, interim tamen nunquam odit dissentientes.

5. Unde simul patet differentia inter errantem & sectarium. Nam & sapiens errare potest, quia homo est.

6. Simul patet differentia, quod quis possit esse cum dissentientibus unanims, i.e. unius voluntatis, & cooperationis ad bonum commune, etsi sit diversæ opinionis. a)

7. De Adamo equidem & patriarchis antediluvianis pauca scimus, id tamen constat, eos fuisse sapientes viros, etsi simplices.

8. Cave tamen, ne simplicitatem intellectus i.e. ignorantiam aut stupiditatem confundas cum simplicitate cordis, quæ virtus est, & opponitur vafricitati.

9. Cave etiam, ne contundas sapientem cum eo, qui plurima legit, ut hodierni polyhistores.

10. Un-

a) Unanimitas est affectio voluntatis, id est consensus opinionum affectio intellectus.

b) Ha-

10. Unde nec ad sapientis ideam pertinet scriptio librorum.

11. Ergo cave, ne, dum patriarchas antediluvianos audis sapientes vocari, putes ab iis libros fuisse conscriptos, aut scholas institutas. b)

12. Contra a secta Cainitica haud dubie originem sumsit philosophia sectaria, utpote cum de odio eorum erga pios & sapientes in multis ab ipsis dissentientes constet, etsi tabulæ sint, quas Rabbini de disputatione Caini cum Abele fingunt. c)

13. Atque hoc odium verosimiliter crevit temporibus Jabalis, Jubalis & Tubalcaini. d)

14. Post diluvium Noa haud dubie fuit vir sapiens, nec sectarius.

15. Post eum præ reliquis memorandus Abrahamus, etsi liber Iezirah ipsi iterum falso attribuitur a rabbinis. e)

16. Porro Mosis sapientiam abunde testantur libri Mosaici & institutum perfectissimæ reip. exemplar. Reliqua tamen, quæ Rabbini de eo memorant, suis relinquenda locis. f)

17. Salomonis sapientiam palpandam exhibent ejus res gestæ, proverbia & ecclesiasticus. g)

18. De rebus etiam naturalibus teste scriptura plurima

b) Hactenus a §. 7. dicta pluribus illustrabit observatio 19. in *Observ. select.* Hallens. tom. 1.

c) *vid. dict. obs.* 19. §. 6. & 13.

d) Etenim Jabal excoluit artes, avaritiam, Jubal voluptatem, & Thubal - Kain ambitionem is-

ritantes,

e) *Ad n. 14. & 15. confer. Dn. Buddei introd. ad histor. Phil. Ebraeorum* §. 6. 8. & 28. lit. 1.

f) *Conf. Eund. ibid. §. 11. 12. 13.*

g) *Confer Eund. §. 14.*

rima locus est, h) sed nihil scripsit, vel quod physica directe ad sapientiam non pertineat, vel quod librorum editio non pertineat ad characterem sapientis.

19. Unde haud dubie sapientia quærenda apud judæos, sed in libris sacris, non in scriptis rabbinicis.

20. Pusillum enim auri, quod ibi continetur, ita occultatum est sub infinitis stercorebus meditationum obscurissimarum & fabularum absurdissimarum, ut tempus omnium rerum carissimum perdat, qui pusillum illud auri ex istis stercorebus velit eruere.

21. Atque hoc intelligendum etiam est de libris eorum ad cabbalam realem pertinentibus. Et aurum ibi latens tutius quæritur in prophetia Ezechielis & epistola Pauli ad Colossenses i)

22. Contra primi sectarum autores post diluvium quærendi apud impios & profanos, etsi non constet, quis primus fuerit, & cujus gentis.

23. Potius conducet studioso sapientiæ observare criteria omnis philosophiæ sectariæ, modum propagandi eandem, & fructus. k)

24. Criteria sunt doctrinæ capitales hominem sub specie sapientiæ a verâ felicitate abducentes, vel communes omnibus sectis, falsam sapientiam proficientibus,

h) 1. Reg. IV 33. Budd. d. l. §. 14. lit. a.

i) Conf. *prefat.* Erasmi ad *disertam Epistolam Pauli & Petrum Galatinum de arcana cathol. verit.* Ita media sententia placet inter nimium contemptum doctrinæ de *cem* Sephiroth, Thomæ Burneti

in *Archæologia* quem subinde refutat Dn. Buddeus d. *tractatu* & nimios admiratores doctrinæ cabbalisticæ. Conf. etiam Dn. Buddeum *observ. I. Sel. Hal. Tom. I. §. 14. item obs. 16.*

k) Ut & hodie secundum illas observationes philosophiam secta-

bus, vel certe plerisque, partim de natura rerum in communi partim de natura hominis.

25. Tales sunt. 1. DEum & materiam primam esse duo principia coæterna: 2. DEI essentiam conceptum esse, speculationem, cogitationem, ideam &c. 3. Essentiam spiritus consistere in cogitatione. 4. Hominis essentiam consistere in intellectu, & ab hujus perfectione dependere felicitatem communem hominum. 5. Homines esse ejusdem speciei infimæ, & bonum unius esse etiam bonum alterius. 6. Voluntatem hominis emendari per emendationem intellectus. 7. Ita vero esse facillimum modum perveniendi ad sapientiam & virtutem sc. per emendationem cogitationum. l)

26. Cum autem istæ doctrinæ omnes repugnent communi sensui humano, philosophia sectaria adhibuit duplicem methodum cum successu propagandi suos errores. 1. Credendum esse docentibus, etiamsi discentes rem non intelligant. 2. Eos, qui intellectu suo, ut par est, ipsi uti volunt, & rem, quam non intelligunt, aut, cujus contrarium intelligunt, credere nolunt, esse se-
ctis-

ctariam a sapientia vera secernat.

l) Etsi non omnes hæ doctrinæ inveniantur conjunctim in omnibus, nulla tamen est secta, quæ non aliquot ex iis defendat. De prima, eam communem esse omnibus sectis paganorum, latius videri potest B. Pater *de originibus historia philosophica*. Reliquæ fere ubique adhuc hodie regnant in

medio Christianismo, etsi gentiles quarundam errorem agnovierint. Etenim Aristoteles agnovit homines differre specie *in Polit. l. 2. c. 1. p. 55 56. edit. Conring.* Et Plato multa habet eo inclinantia *in Alcibiade II. f. 452. seq lib. 2. de Rep. f. 199 lib. 9. de Rep f. 734 seq.*

m) Rem eleganter descripsit suus Autor anonymus tractatus

K 3

Bel-

stiffimos nequam, qui tanquam excrementa hominum maximis pœnis extingui debeant. m)

27. Atque ut illa methodus eo meliores progressus faceret, inventæ sunt scholæ publicæ, iisque præfecti, qui illas doctrinas a tenera juventute hominibus inculcarent. n)

28. Fructus hujus methodi ex una parte est imperium tyrannicum docentium in hominum conscientias, ex altera parte status plusquam servilis discipulorum, & ferè bestialis, cum nec intellectu suo uti possint ob methodum primam de persuasionem mysteriorum, nec voluntate, ob methodum secundam de persuasionem horrendicriminis hæreseos, blasphemiarum, atheismi, &c.

29. Contra criteria veræ sapientiæ sunt doctrinæ prioribus plane oppositæ 1. Deum esse conditorem mundi in tempore. 2. Dei essentialem conceptum esse conceptum causæ primæ, activitatis immensæ, fontis omnis boni o) 3. Spiritum & materiam differre, ut visibilia & invisibilia, potentiam activam & passivam. 4. Hominis essentiam potissimum consistere in corde seu voluntate, & ab hujus perfectione dependere felicitatem hominum. 5. Homines specie differre, adeoque bona multa intuitu singulorum variare. 6. Voluntatem emendatam emendare demum intellectum quoad cognitionem boni.

7 Sed

Belgici: *Historie von den Godesdiensst. Rotterdam 1695. 8v.* Prima methodo Philosophia sectaria subjugavit intellectum hominis, secunda voluntatem. Prima methodo usi sunt & Philosophi Gentiles, imprimis Pythagoras, postea

riore solus Clerus Papalis.

n) Ita Papa eum in finem Aca-
demias instituit, Pufend. *introd. ad
Historiam c. 12. S. 34.* ut adeo, con-
tra errorem communem, scholæ
publicæ demum orta philosophiæ
sectaria inceperint, nec tantopore

com-

7. Sed hanc emendationem esse difficillimam, & totum hominem per totam vitam requirere &c. p)

30. Unde & hoc intuitu conservatio sapientiæ debetur judæis, qui scilicet doctrinam Noæ, Abrahami, Mo-
sis, Salomonis sunt secuti, non rabbinis & cabbalisticis.

31. Communis vero philosophiæ sectariæ divisio, quæ tamen fastui græcorum originem debet, est in barbaricam & græcanicam, quamvis in eo etiam fallantur græci, dum græcam putaverint esse antiquiorem barbaricam. q)

32. Barbarica secundum tres partes mundi, olim tantum cognita, dividitur in Asiaticam, Chaldæorum Babyloniorum, Assyriorum, Persarum, Indorum, Phœnicum, Arabum seu Sabæorum: Africanam, Ægyptiorum, Æthiopum, Libyorum: & Europæam, Thracum & Celtarum, item Scytharum. Sed de hac quidem pauca restant documenta. r)

33.

commendandæ sint, ut sit vulgo. Latius dixi in *observ. Halens. Tom. 1. Obs. 2. 3. 10. 11. 12. 13.*

o) Hæc enim synonyma sunt,

p) Has doctrinas conjunctim apud nullam sectam invenies, quam in libris sacris utriusque fœderis, ut vel ex his veritatibus de divinitate sacræ scripturæ constet.

q) Græci omnes Non-Græcos dicebant Barbaros. Quæ distinctio etiam in libris sacris occurrit

Rom. 1. 14. Coloss. III. 11. ubi Lutherus Barbaros recte reddidit Ungrios & Gen. Laërtius Græcam Barbarica antiquiorem statuit, refutatus erudite a Lambecio *Prodr. Hist. Lit. c. 10. f. 205.*

r) Vid. potiss. Voss. *de sect. philof. c. 1. 2. 3.* Thom. Burnet. *Archæolog. lib. 1.* In specie de Asiatica Thomæ Stanley *philof. orientalem.* De *prisca celo-pædia* scripsit Johan. Picardus Toutterrianus *libros 5. Parisiis 1556. in 4.*

o)De

33. Philolophia græcanica est vel fabulosa vel non fabulosa. Vetustissima fabulosa, (item poetica & mythica) est vel naturalis, vel moralis vel politica.

34. Non fabulosa vel Ionica vel Italica, unde reliquæ descendunt.

35. Ionica cœpit a Thalete Milesio, qui fuit unus ex septem Græciæ sapientibus, Italica a Pythagora. s)

36. Quæ ab istis duobus philosophiæ non fabulosæ generibus descenderunt sectæ, vel parum cognitæ sunt, vel celebriores.

37. Ad priores referendæ eleatica, cyrenaica, eliaica megarica, item heraclitea & democritea.

38. Democriteam valde illustrant epistolæ Hippocratis, de quibus alibi. t)

39. Ut vero exinde constat, Democritum super omnibus actionibus stultis hominum turpiter risisse, ita, quod contra Heraclitus communiter dicatur flevisse de actionibus humanis, vix credibile est, & facile ostendi potest, errorem hunc ortum duxisse a loco Sotionis a Seneca non recte intellecto. u)

40. Celebriores sunt quatuor, epicurea, cynica, quam emendarunt stoici, platonica seu academica, & aristotelica.

41. Hæ omnes, excepta epicurea a Socrate descendunt, quamvis hic nihil scripserit, nec adeo sectarius fuerit. w)

42.

s) De cujus doctrina & fati nominissime scripsit Johannes Schefferus.

t) In historia sapientia & stul-

titia;

u) Locus Sotionis est apud Stobzum *sermone 20. p. m. 172.*

w) Vide Carpentarii *vitam So-*

42. Et si vero quatuor istae sectae celebriores de praerogativa inter se maxime certaverint, facile tamen constat, si attentius eorum tradita consideres, eas omnes a criteriis verae sapientiae aequè aberrare, atque adeo studioso sapientiae aequè vitandas esse.

43. Cum secta academica magnam affinitatem habet sceptica. x)

44. In eo tamen differentia est, quod academici dixerint, id certum esse, quod nihil possit comprehendi, sceptici vero docuerint, nec illud quidem certum esse. y)

45. Quamvis vero haec secta scepticorum omnem veri certitudinem tam sensualem quam intellectualem tollens, haud dubie insanientis sapientiae opus sit, non tamen putandum cum vulgo, ac si stupiditati aut crasso cuidam furori, non melius quam per verbera reprimendo, id adscribendum sit, quin potius, si eorum tradita legas, is error ex nimia subtilitate intellectus ortus est, simul accedente astutia, ut, dum sceptici cum nulla secta disputarent, eamq; oppugnarent, ipsi tamen facile se tutos redderent, ut argumentis reliquarum sectarum irretiri non possent. z)

46. Capitalis eorum error fuit, quod sustulerint cer-

eratis & Xenophontis memorabilia Socratis a me in Germanicum idioma translata.

x) Cujus tradita illustrat Laërtius in *Pyrrhone* & Sextus Empiricus.

y) Unde fallitur Clericus *Log. part. 2. c. 7. n. 4.* dum putat, Pyrrhonicos & Academicos verbis potius quam re dissensisse. Nec adeo

ferit ejus discursus contra Academicos, Scepticos.

z) Ergo ad scepticos tantum pertinet commune dictum, quod contra negantem principia, non sit disputandum, quod vulgo alias impertinenter ad quosvis dissentientes applicari solet. Et utinam hoc dictum observasset Cartesius.

(*Thomasii Causelar. Pars I.*)

L. 1.

certitudinem sensuum, sine qua nec scientia nec fides (in genere) esse potest. a)

47. A Graecis philosophia ad Romanos b) transit. Primus Numa Pompilius philosophiae ac religioni incubuit, utriusque praecepta literis tradens, cum ipso tamen sepultis, & cum diu post a fossoribus fortuito inventae essent, iis, quae ad philosophiam pertinebant, combustis. c)

48. Scilicet illis temporibus populus Romanus bello nimis deditus ruditer philosophiam coluit, fere contentus, quod leges XII. a pueris in scholis edicerentur, usque ad tempora belli Punici secundi, ubi paulatim & ipsa Graecia a Romanis devicta ad victores transtulit ardorem plura sciendi.

49. Non defuere tamen inter Romanos, Marii, Catores, Sallustii, qui Graecam philosophiam ut callidam magis, quam ad virtutem aptam non sine ratione contemnerent, etsi primis initiis reliqui tradita Graecorum magis ad artes regnandi applicarent, omissis vanis litigiis, quae sectas faciebant. d)

50. Inter Romanos autem prae reliquis Cicero operam dedit, ut ostenderet, doctrinam philosophiae nequaquam ad linguam graecam adstrictam esse, ut Graeci

a) 1. Job 1.1. Unde rursus patet, an philosophi, qui certitudinem sensuum tollunt, cum fructu possint disputare cum septiciis.

b) De philosophia apud Romanos ortu & progressu vide omnino excerpta ex Paganino Gaudentio *obs. select. t. VII. obs. 9. § 13.*

c) Livius *dec. 4. lib. ult. Val. Max.*

lib. 1. Plinius lib. 13. c. 13. August. l. 7. d. C. D. c. 14. Lactant. l. 1. Inst. c. 22. Horn. hist. phil. p. 233.

d) Marius ap. Sallustium in *Jugurth.* Sallustius *oras. ad Cæs. de rep. ord.* de Catone Plin. *l. 7. c. 10. Gell. lib. 17. c. 21. Horn. hist. phil. p. 237.*

e) Fe-

ci vulgo persuadere intendebant, cujus scripta adeo, cum studium philosophiæ cum jurisprudentia junxerit, & multas reliquias historiæ philosophicæ conservaverit, præ reliquis commendanda studioso juris. e)

51. Sed ad Judæos iterum recedendum, ne eorum plane obliviscamur. Hi quemadmodum & antea, & mortuo potissimum Salomone continua idololatria tam ante quam post captivitatem Babylonicam Deum irritaverant, ita vel hoc solum indicio est, eos a doctrina sapientiæ Mosaica & Salomonea abiisse & philosophia sectaria fuisse infectos.

52. Et quidem nullum est dubium, quin sub templo secundo multum eorum philosophia fuerit corrupta, partim a Magis Persarum & Assyriorum, quorum non pauci cum coloniis Assyriorum in Samariam missi fuere.

53. Deinde cum Judæi Graecorum imperio fuerint subjecti, ipsa quoque philosophia graeca in Judæam propagata fuit, unde & non mirandum, quod ab illis temporibus etiam sectarum Judaicarum fiat mentio, philosophiam sanam Judaicam cum philosophia Græca sectaria miscentium.

54. Potissimae sunt, Phariseorum, Sadducaeorum & Essæorum. Pharisei proxime accedunt ad Graecorum Stoicos, Sadducaeï ad Epicuræos, Essæi suo modo ad Cynicos. f)

55.

e) Fuit Cicero academicus, & in paucis aristotelicus & stoicus. De ejus vita vid. Camerar. *Hor. subsis.* cent. 1. cap. 31. & cent. 3. cap. 39. 40.

Ciceronis probitas defensa, sed misere. Rapin. *Tom. 1. p. 10. sequ.* & p. 30.

f) De his tribus Judæorum sectis

55. Ac inde etiam videtur deducendum, cur in scriptura sacra sæpius omnes populi Judæis contradistincti, Græcorum nomine adpellentur, & adeo toties mentio fieri soleat Judæorum & Græcorum g)

56. Porro etiam inter ipsos Phariseos ante Christum natum memorantur duæ sectæ celebres, Hillelianorum & Schammæanorum. h)

57. Inde & fraudes falsæ philosophiæ ad stabilien-
da sua dogmata per falsa miracula a Judæis etiam fuere
adhibitæ. Notum enim est, quod Hillel ad persuaden-
dam suam plebi falsam & a Christo in dicta disputatio-
ne rejectam doctrinam abusus fuerit bathkol seu filia
vocis. Unde facile constat, quod in genere de illa bath-
kol rabbinica statuendum sit. i)

58. Cum igitur omnis philosophia gentilis & Ju-
daica doctrinis falsæ sapientiæ fuerit repleta, Christus
tanquam unicus veræ sapientiæ restaurator non modo
monstravit viam æternæ salutis per fidem in ipsum, sed
& dogmata sana ad felicitatem hujus seculi pertinentia
& cri-

etis vide Godwini Mosen & Aaro-
nem & Dni. Buddei *introd. ad
hist. philosoph. judaicæ.*

g) *Act. XVIII. 4. Rom. X. 12.
1. Cor. I. 23, 24. XII. 13. Galat. III.
28. Coloss III. 11.* Plura loca vide
in concordant. german. sub voce
Griechen.

h) De his vide Dn. Buddeum *d. l.
lib. 22. lit. A. p. 82. sequ.* Seldenum *de
uxore hebraica.* Sine accurata no-

titia harum sectarum non potest
intelligi disputatio Christi cum
phariseis de divortio. vid Selden-
nus *d. l.* Lightfootus *in horis he-
braicis ad evangelistat.*

i) Seldenus & Lightfoot *ad. II.*
adde *dissertationes de Bathkol*
Valentini Friderici *Lipsæ habitæ
anno 1670.* & Joh. Henr. Haneri
Jenæ 1673. potissimum in fine.

k) Dn.

& criteria veræ sapientiæ supra memorata iterum stabilivit. k)

59. Inde est, quod Paulus Apostolus tanquam discipulorum Christi, etiam in philosophia Judaica, eruditissimus, toties inculcet, philosophiam, i. e. sectariam illam esse fugiendam, & scorias traditionum rabbinicarum de decem sephiroth, vel emanationibus divinis ad principia veræ philosophiæ Judaicæ reduxerit. l)

60. Sed non diu duravit illa doctrinæ purificatio, sed jam viventibus adhuc apostolis doctrina sapientiæ simplex & perspicua iterum fuit conspurcata doctrinis philosophiæ sectariæ, culpa partim Judæorum, partim Græcorum, non sincero corde ad sacra christianorum transeuntium, & scorias suas cum doctrina sana commiscantium.

61. Accedit, quod, cum ante Augustum Romani liberiore philosophandi genere eclectico fuerint sæpius usi, sub imperatoribus iterum eorum philosophia degeneraverit in sectas, servitute videlicet ingeniorum libertatem amissam mox insequente.

62. Igitur tum sæpius audita nomina Stoicorum, Epicureorum & Platoniorum, rarius Peripateticorum.

63. Præcæteris vero omnibus imperatorum tempore secta Stoica celebrior & frequentior erat, & Pythagoreorum maxime exosa, tanquam quæ magiam philosophiæ jungeret. m)

64.

k) Dn. Buddeus *d. l. c. 23.*

l) Prius *Coloss. II. 8. 1. Tim. 6. 7.*

m) Poskerius *in tota ad Colossenses*

| *epistola. Confer supra dicta n. 27.*

m) Quare non solum ab Augu-

sto Philosophi Pythagorei Romæ

64. Stoicam vero philosophiam, maxime propagavit Seneca tam naturalem quam moralem, ut & præterea Epictetus ac Arianus, item imperator Antoninus. Plutarchus ad Aristotelicam inclinavit, Lucianus ad scepticam vel epicuream.

65. Seculo secundo Antoninus Pius publico edicto non nisi has quatuor philosophorum sectas admisit, Epicuream, Stoicam, Platoniam & Aristotelicam.

66. Seculo tertio id potissimum memorabile, quod Bassianus Caracalla, ob stultam persuasionem, ac si Aristoteles conspiraverit in mortem Alexandri, omnibus viribus curaverit abolere scripta Aristotelis.

67. Ex istis quatuor sectis ab Antonino toleratis, Stoica secta potissimum se commendavit Jctis, unde & ejus notitia maxime necessaria studiosis juris Justiniani, cum Jcti, quorum fragmenta extant in pandectis, plerumque Stoici fuerint.

68. Porro quod doctores ecclesiæ attinet, ex quatuor istis philosophiæ græcæ sectis Epicurea quidem ob negationem providentiæ divinæ, Aristotelica, vel quod pauci a temporibus Caracallæ illi addicti essent, vel alias ob causas ab illis fuere neglectæ.

69. Sed Stoica & Platonica magis ab ipsis fuit æstimata, Stoica quidem, quod Stoici inculcarent præcepta virtutum, quoad sonum verborum maxime affinia Christianis.

70.

ejecti fuere, sed & eo potissimum intuitu philosophi & mathematici ex Italia relegati sunt, maxime tempore Caligulæ, Neronis, Domitia-

ni. Reliquiæ hujus rigoris adhuc in jure Justiniano supersunt *tit. cod. de maleficis & mathematicis.*

n) Sed

70. Platonica vero (non tamen nova academica ad scepticismum inclinans) partim quod illa tempore patrum ecclesiæ maxime floreret, partim quod philosophi, qui christianos oppugnarent, maximam partem essent Platonici, ut Plotinus Jamblichus, Porphyrius n)

71. Ipse Augustinus & historiæ philosophicæ valde fuit peritus, & Platonismum maxime commendavit, ac cum doctrina christiana combinavit, & contra academicos scripsit.

72. Cum ergo doctores ecclesiæ incauti philosophiam gentilem christianismo, tenebras luci miscerent, sub vano prætextu, ut eo melius refutari possent philosophi christianismum oppugnantes, non potuerunt non multæ sectæ perversæ oriri in ipso christianismo. o)

73. Successerunt paulo post seculo quarto & quinto ea tempora, quæ uti imperio Romano, ita & philosophiæ & studio bonarum artium, maximum damnum intulerunt, irruentibus in Italiam Gothis, Hunnis, Vandalis, Longobardis & omnia vastantibus. Hinc & ab illo tempore sub græco imperio studium philosophiæ maxime neglectum tractabatur.

74. Interea lacertos movere cœperunt hætenus sprete & barbari Arabes, qui sub califatu Almamonis omnem græcam pariter & latinam philosophiam ad se traduxerunt, & inde in Hispaniam, quam continuis irruptionibus olim occupaverant, transtulerunt.

75

n) Sed Celsus erat epicureus, passim philosophi dicuntur patri-
 o) Et observatum fuit eruditissimæ archæ hæreticorum, potissimum
 gentilium philosophiam matrem Platonicæ
 esse præcipuarum hæresum. Ac

p)

75. Hispani potissimum Aristotelis philosophia delectati sunt, inter quos Avicenna & Averroës maxime commendari debent, uterque Aristotelis commentator & interpres, uterque in expositione Aristotelis ab altero discrepans. Unde mox inter ipsos Aristotelicos sectæ ortæ, ac averroëstis cum aliis philosophis præcipue in Italia, & hodie & olim, magnæ fuere contentiones.

76. Interea christianus orbis in densissimas tenebras & in Italia & Francia versabatur, ac circa seculum nonum tam indocta erant tempora, ut qui philosophiæ operam navabat, vulgo magus haberetur. p)

77. Tandem exortii, quos hodieque scholasticos vocamus, qui cum initio theologiæ in cœnobiis operam darent, mox toti ad philosophiam abrepti, philosophiam Aristotelicam supra theologiam extulerunt, unde potius philosophorum quam theologorum scholasticorum nomen ipsis debetur.

78. Dividuntur in tres ætates seu classes, veterem a Petro Lombardo ad Albertum Magnum; mediam ab Alberto ad Durandum de S. Porciano, & novam a Durando ad tempora Lutheri; & ætas media in tres sectas, Albertistarum, Thomistarum & Scotistarum, quibus in tertia ætate accessit quarta Occamistarum. q)

79. Famosa insuper est scissio scholasticorum fere ab initio eorum in sectam nominalium & realium, illi

p) Ut adeo, quæ vulgo de instituta a Carolo M. Parisiensi academia tantopere prædicantur, exiguum mereantur fidem, cum saltem

fuertit schola, in qua septem artes liberales utcunque docebantur.

q) Commendetur hic tractatus Tribbetchovii de *Dd. scholasticis*.

r) Ex-

illi universalia nihil aliud esse quam conceptus mentis existimabant, reales contra eadem, in ipsis rebus quærebant. Lis de re tantilla tantis tamen odiis sæpe agitata fuit, ac si dissentientes pestilentissimam hæresin foverent.

80. Sed non perpetua tamen nec universalis fuit hæc Aristotelico-scholasticæ philosophiæ fortuna. Quid in Gallia & academia Parisiensi ei obtigerit, peculiari libro exposuit Johannes Launojus.

81. In Germania philosophia scholastica in tantam barbariem & stultam subtilitatem degenerabat, ut vix titulum philosophiæ mereretur. Quare non poterant hanc barbariem ulterius ferre Erasmus, Reuchlinus, Huttenus restauratores bonarum literarum in Germania, sed vivis suis & falsis jocos barbaram illam philosophiam, potissimum magistrorum nostrorum coloniensium, nec sine magno successu, exagitabant.

82. Quin & ipse Lutherus, etsi in philosophia scholastica optime versatus fuerit, graviter tamen subinde in eam invehitur, ejusque extirpationem ex academiis inculcat. r)

83. Utinam tamen semper huic fervori inhæssisset. Nam dogma consubstantiationis in cœna loco transubstantiationis, jam ante Lutherum celebris quidam scholasticus Gabriel Biel contra reliquos incrustaverat, a quo dogma suum, de quo postea cum theologis Helvetiis tantæ ipsi intercefferunt altercationes, hausit Lutherus.

84. Utinam & collega Lutheri, Melanchthon, vestigiis

r) Excerpta ex Luthero de- *stultitia germanice scripta ab in-*
dimus in *historia sapientia* & *nitio.*

(*Thomasii Costelar. Pars I.*)

M

s) De

giis illius institisset. Jam vero hic sub prætextu purificandae philosophiae scholasticae, potius autoritate sua, ejus apud Lutheranos novus autor & introductor fuit.

85. Apud pontificios Jesuitæ, cum apud eos legifancitum sit, neminem in philosophia præter Aristotelem sequi, a nonnullis scholastici juniores dicuntur, atque elegantiora studia cum doctrina scholastica jungere solent, nec sectas scholasticas curant, sed libere explicant Aristotelem.

86. Unde novum prætextum sumferunt apud protestantes philosophiae scholasticae amasii, eam & Aristotelem commendandi, quasi non possit absque ejus notitia neque cum Jesuitis neque cum reliquis Pontificiorum ordinibus accurate disputari.

87. Non detuerunt tamen, quibus istud jugum Aristotelicae philosophiae displiceret, unde vel alios ex veteribus duces sibi quæsiiverunt, Platonem Marsilius Ficinus, jam ante reformationem, Stoicos Lipsius & Scioppius, Epicurum Gassendus, Pyrrhonem Motteus Vajerius.

88. Alii Aristotelem & philosophiam scholasticam directo oppugnarunt, Laurentius Valla, s) Ludovicus Vives, Cornelius Agrippa, Petrus Ramus.

89. Rami vero secta etsi philosophis fuit exosa, commendavit tamen se valde JCtis, apud quos etiam hodiernum, etiam apud incios in usu est. t)

90. Contra per Cartesii philosophiam maximum damnum passa est philosophia Aristotelica, præprimis apud protestantes, & pene ab illa ad incitas redacta.

91.

s) De Laurentio Vallo vide e- | *de Dd. scholasticis p. 83.*
legantem locum apud Tribbechov, | t) *Infra c. 10. n. 17. sequ.*

u)

91. Ut vero Ramus philosophiam rationalem, Cartesius & hanc & naturalem emendare aggressi sunt, ita & autoritas philosophiæ Aristotelicæ in doctrina morali & politica, valde obcurata fuit per Hobbesium, Grotium, Pufendorffium.

92. Sunt & alii oppugnatores philosophiæ Aristotelicæ, sed qui tantum applausum non sunt assecuti. Præcipui tamen inter hos sunt Cardanus & Campanella.

93. Alii non recte capientes doctrinam Pauli, philosophiam omnem a dæmone esse profectam, & inimicam christianæ fidei esse asseruerunt, ut anabaptistæ, fratres rosæ crucis, Daniel Hoffmannus.

94. Rursus alii nimium pacis & concordiæ studio si dissensum sectarum intempestivo syncretismo conciliare allaborarunt. Ac potissimum in conciliando Aristotele cum Platone laborarunt non pauci, haud dubie, ut doctores ecclesiæ scholastici & horum scripta eo melius cum Platonice ecclesiæ patribus priorum seculorum & horum doctrina redigi possint in consonanti-
am.

95. Etsi vero studiosus sapientiæ non sit sectarius, tamen etiam nec hostis philosophiæ est, nec syncretista, sed electicus, veritates ex omnium philosophorum sectis colligens, & errores eorum notans, atque omnes doctrinas ad lydium rectæ rationis lapidem probans.

96. Quare uti præstantissimi philosophi, etiam ipsi autores sectarum, semper fuere eclecticici, ita etiam apertum est, quantum profit legisse variorum de rerum & hominis natura sententias, quia plerumque conducunt ad agnoscendos aliorum errores, plerumque occasionem suppeditant ad minimum veritatem inquirendi, de qua alias non cogitasset.

97. Sed cavebit studiosus sapientiæ, ne sub prætextu philosophiæ eclecticæ novam sectam introducat, i. e. ne dissentientes persequatur. Sed operam potius dabit, ut auditoribus suis eandem libertatem relinquat, qua ipse usus est. u)

98. Utile autem est, ut studiosus juris præ reliquis doctrinas philosophiæ stoicæ, aristotelicæ & ramisticæ calleat. Stoicæ ad intelligendas pandectas, aristotelicæ, ut demonstret, eam J. C. rō nil prodesse, ramisticæ, ut agnoscat originem doctrinæ legulejisticæ.

99. His ita suppositis cum fructu leget studiosus juris scriptores historiæ philosophicæ. w)

Cap. VII. CAUTELÆ CIRCA STUDIUM GRAMMATICES.

1.

ET si philosophia commodissime in rationalem, seu logicam, naturalem seu physicam & moralem seu ethicam & olim a stoicis aliisque fuerit divisa, & commode etiam secundum doctrinam superiorem, dividi possit; tamen commodius est respicere ad usum receptum in partitione philosophiæ & liberalium artium.

2. Et quidem ipsa divisio philosophiæ a 7. liberalibus

u) Plura de præstantia Philosophiæ eclecticæ vid. ap. Sturmium in tract. de philosophia sectaria & eclectica.

w) Dicendum hic de præcipuis. Jons. de script. hist. philos. Voss. de philos. sect. Hornii hist. phil. Lam-

bec. prodr. histor. liter. Fleury part. 1. du choix des etudes. cap. I. nostræ introd. ad Philos. aulic. Dn. Budd. in historia philos. succincta delineatione.

a) Cap. 2.

b) vi.

bus artibus, prout hodie recepta est, antiquis fuit ignota. b)

3. Septem artes liberales sunt tres artes logisticae, grammatica, rhetorica, logica, & quatuor mathematicae. c)

4. Grammatica olim latius accipiebatur, sed hodie strictus significatus pro grammatica veterum magis in usu est. d)

5. Est ars recte legendi, pronunciandi, scribendi, ac loquendi. e)

6. Ergo huc pertinet studium linguarum quarumvis, de quarum utilitate intuitu studiosi juris ante omnia videndum.

7. Hebraica cum reliquis Orientalibus, Chaldaica, Syriaca, Arabica, etsi ei non sit necessaria, neque tamen merum ejus ornamentum est, sed ad multa ei utilis. f)

8. Unde memoriam sui illustrem reddiderunt varii Jcti & politici scientia hebraeae linguae. g)

9. Po-

b) vide latius *rom. I. obs. Halens. obs. 4.*

c) De his notus versiculus *Gramm. loquitur*, &c. Dictum de Vosii libris huc pertinentibus.

d) Pertinent ad hunc & praecedentem numerum tract. Joh. Woweriii de *polymathia*.

e) Conf. Quintilian, *inst. orat. l. i. c. 4. sequ.*

f) Non solum ad legendas S. S. literas veteris foederis in fontibus, sed & ad melius intelligendam philosophiam Mosaicam, praepriis

in morali & naturali doctrina, quae in reliquis linguis ob admixtionem paganæ philosophiæ tantam emphasisin non habet & g. *ruach* dicitur in lingua Ebraica omne spirituale. Sic nota lis de interpretatione textus Levit, *XVIII. v. 11.*

g) Edidit Ebertus *encomia 100. Jctorum talium*, e. g. Alciati, Molinæi, Sigonii, Wolffii, Donelli &c. Sed hic vereor, ne inter eos plures sint, qui saltem superficialiter hanc linguam calluerunt.

M 3

b)

9. Potissimum inter hos memorandi Johannes Reuchlinus, Hugo Grotius, Johannes Seldenus. h)

10. Sed cavere hic debet Ictus, ne alliciatur suavis somniis doctrinae cabbalisticae. i)

11. Cavebit, ne nimis delectetur quæstionibus subtilibus & quae vulgo pro rebus insignis pretii aestimantur, revera autem studioso juris nihil profunt. k)

12. Cavebit, ne putet sufficere ad justam interpretationem sacrae scripturae, si quis modo sit bonus grammaticus. l)

13. Cavebit, ne putet hodiernam grammaticam & lexica hebraica esse omni exceptione majora & infallibilia. m)

14.

h) Huc pertinet Reuchlinus de arte cabbalistica & verbo mirifico. Grotii comment. ad vet. test. Joh. Seldeni de J. N. & G. sec. disc. hebr. de synedriis hebr. de success. hebr. de uxore hebraica &c.

i) Quod Reuchlino accidit, de quo ut & de controversia, quam ipsi moverunt monachi ob studium linguae hebraicae, vid. Henricus Majus in ejus vita. Confer dicta supra cap. preced. n. 20. 21.

k) Tales sunt communes opiniones, de antiquitate hodiernarum literarum hebraicarum, intuitu Samaritanarum, de coævitate punctorum cum literis consonantibus, de antiquitate accentuum, de variis lectionibus, &c. vid. Besold.

op. Polit. lib. 6. c. 25. Lud. Capelli arcanum punctuationis & critic. sacram. Rich. Simonis hist. crit. v. test. Dav. Clerici quæst. sacr. 7. & 8. J. Clerici dissert. de interpret. script. sacra §. 8. ante ejus Genes. item traite de l'ined. P. I. c. 6. p. 262. Conf. Rittangel Von Jüdischen Solennitäten. R. 1. f. b.

l) Ad omnem enim interpretationem requiritur intellectus a præjudiciis vacuus & correctum ac sincerum judicium, Veritatem hujus cautionis optime illustrabit exemplum Bened. Spinozæ.

m) De grammatica conf. Simon. Hist. crit. V. T. lib. 1. cap. 30. De lexicis notum est novum inventum Calparis Neumanni de radi-

14. De usu linguæ Græcæ idem iudicium ferendum, quod de Hebræa dedimus. n)

15. Cavebit tamen, ne & hic diu hæreat in quæstionibus subtilibus magis quam utilibus. o)

16. De usu linguæ latinæ, uti nullum est dubium, vel ideo quia corpus juris Justinianei in hac lingua est conscriptum, & versiones germanicæ sunt nullius momenti, ita tamen cavebit studiosus juris a duobus extremis. p)

17. Ne nimis contemnat studium latinæ linguæ tanquam mortuæ, cum tamen sano sensu sit lingua eruditorum.

18. Ne tamen arbitretur ex altera parte, eam linguam esse unice necessariam ad studium sapientiæ, atque nefas esse de rebus eruditis aliquid tentare velle in aliis linguis. Hæc enim opinio pertinet ad reliquias arcanorum papatus.

19. Postquam Galli hætenus linguam suam valde excoluerunt, atque de omnibus rebus in eo idiomate libros

radicibus duarum litterarum, cui quod miror, nemo hætenus contradixit, tantum abest, ut quis eum refutaverit. Huc pertinet von der Hærdt *prodromus ephemeridum de factis studii hebraici.*

n) Utilis vero est studioso juris
(1) ad legendum N. T. in fontibus.
(2) ad cognitionem doctrinæ philosophorum græcè scribentium.
(3) ad melius intelligendas novelas Justiniani &c.

o) v. gr. de pronunciatione recta linguæ græcæ, de lingua hellenistica, de qua novissime scripserunt abunde Richardus Simon *in historia critica textus N. T. cap. 27. & 28.* & Henricus Majus *in examine c. 27. & 28.*

p) Dicitur hic de antiquis versionibus germanicis juris Justinianei, & de recentiori Cöthenensi institutionum,

q) An.

bros ediderunt, præprimis in iis locis ac terris Europæ, ubi præ aliis aliqua eruditio viget; facile patet, studioso juris notitiam linguæ Gallicæ hodie si non magis, saltem æque utilem esse, ac Latinæ.

20. Post has scientia linguarum, Italicæ, Hispanicæ, Anglicæ, Belgicæ præstat aliquem usum, sed non tantum. q)

21. Danica vero, Suecica, Polonica, Moscovitica, Sclavonica (*wendisch*) linguis tutissime carere poterit, cum paucissimi libri ad studium sapientiæ & jurisprudentiæ facientes in illis fuerint editi.

22. At Jctus Germanus minime omnium carere potest studio linguæ Germanicæ, quæ etsi lingua materna vel patria dicatur, tamen æque ac aliæ exteræ Germanis non est connata, sed usu addiscitur.

23. Atque hoc monitum eo magis est necessarium, quod ingens apud eruditos, etiam Jctos, fit neglectus studii antiquæ pariter & hodiernæ linguæ Germanicæ, cum tamen sine illa non possint intelligi antiquitates juris Germanici, sine hac Jctus ineptus sit ad negotia vitæ civilis.

24. In promptu causa est. Præceptores in scholis & professores in academiis partim ignorantia; partim odio linguæ patriæ ardent & laborant. r)

25.

q) Anglicæ ac Belgicæ præ reliquis duabus ob cessans imperium papale ibidem quod omnibus artibus liberalibus inimicum est. Italicæ, ob bonos historicos & politicos libros, saltem superiorum temporum, & quod ejus magnus

soleat esse usus in aula imperatoria. Hispanicæ inter has omnes est minimus, ejus tamen intellectus facillimus ei qui Latinam & Italicam callet.

r) Ob præjudicium *n. 18.* notatum.

s)

25. Ut vero Jctus de acquirenda notitia tot linguarum utilium non desperet, cavere debet methodos ineptas, videlicet scholasticas, & communiter receptas magistrorum linguarum occidentalium.

26. Igitur cavebit, ne putet linguas magis disci ope & memoratione regularum grammaticarum quam usu & exercitio. s)

27. Multo magis autem cavebit grammaticas prolixas ac subtiles nimium, ac demonstrativas, ut quæ nullum usum præstant, nisi ut tempus perdat, omnium rerum carissimum. t)

28. Cavebit, ne multa nomina aut verba, item phrasés vel regulas memoriter discat; ne in peregrinam linguam transferat sermonem patrium, antequam possideat copiam verborum; ne transferat argumenta a magistris dictata, in quibus idiotismi patriæ linguæ omissi, & omnia verba ad linguam peregrinam jam aptata sunt. u)

29. Cavebit porro, ne sibi persuadeat, unam linguam altera esse puriorem, jucundio rem aut ornatior em. Provenit hoc præjudicium ex nimia philautia, super-

*) Infantes omnes linguas solo exercitio absque Grammatica discunt. Ita & Michaël Montanus latinam. Adultis tamen proderit præter usum perlegere in grammaticis illas observationes, quæ pertinent ad ostendendam differentiam idiotismorum linguæ peregrinæ & patriæ.

t) Huc pertinet Scioppii *gram-*
(*Thomasii Cautelar, Pars I.*)

matica philosophica; Feldeni liber de interpretatione.

u) Potius attendat particulas connectendi, ut quæ sensum orationis exprimunt, quotidiana lectione declinationes & conjugationes memoriæ imprimat, item diversitatem idiotismorum; quotidie in præsentia magistri ex tempore aliquid ex lingua peregrina exponat, post

N

post

superbia & contemtu aliorum, item ex amore & odio irrationali. w)

30. Eundem errorem & circa unius linguæ diversa tempora & ætates vitabit, ac si linguæ habeant suas ætates infantiles, juveniles, viriles ac seniles. Hæ enim sunt fabulæ inanes grammaticastrorum. x)

31. Unde maxime abstinebit a simili errore, ac si sapiens debeat pure loqui, & ab omni mixtura linguarum abstinere. Abstinebit tamen ab affectata mixtura.

32. Sapiens loquitur, ut intelligatur ab aliis inter quos vivit, ergo, loquitur, prout communiter receptum est ab hominibus sui similibus, i. e. sui status. y)

33. In specie quoad usum linguæ cavebit duo extrema,

post semestre spatium, aut si citius copiam vocum peregrinarum sibi comparaverit, ex autore linguæ, quam jam callet, & qui eleganter scripsit, incipiat ex tempore & in præsentia magistri aliquid in linguam, quam discit, transferre, & paulo post loquatur cum magistro, ac petat, ut præprimis aberrationem ab idiotismo linguæ, quæ doctetur, corrigat &c.

w) Notæ comparationes variaz. Serpenti convenire idioma Italicum, Evæ Gallicum, Deo Hispanicum vel Germanicum &c. Maxime hic valet: Mundus regitur opinionibus, suum cuique pulcrum. De gustibus non est

disputandum.

x) Quod exinde patet, cum illi modo ætates denominent intuitu mortuorum, modo intuitu vivorum. Ita v. gr. latina lingua tempore Ennii est juvenilis, si a viventibus, contra vetusta, & senilis, si vivente Cicerone a mortuis computare incipias. Sed est hoc præjudicium commune. Conf. Buchanan, *hist. scot. l. 1. p. 6. l. 2. p. 37. seqq.* Confunditur simplicitas linguæ & verborum paucitas aut paupertas linguæ cum impuritate aut injucunditate &c.

y) Ut enim indecorum est, si persona honorata dialecto rustica utatur, ita ridiculum est, si rusticus affe-

ma, ne Ciceronianus fiat, & nullo verbo utatur, quod in Cicerone non extet. z)

34. Et ne stylo obscurorum virorum seu culinario & Polonico utatur. a)

35. Porro ne nimiam concisitatem styli & brevitatem affectet, ne nimis studeat verborum & elegantiarum phrasium, ut quæ plerumque rerum vacua est. b)

36. Ab obsoleto sermone quidem abstinebit tanquam usu non recepto, sed minime, quasi sermo decemviralis aut Ennii, aut qui dicitur mediæ ævi, fuerit impurus ac barbarus. c)

37. Neque igitur eum sermonem aut contemnet, aut negliget, quia sine ejus notitia non intelliget LL. XII.

Tab.

affectet idioma aulicum. Hoc est, quod dicitur communiter: Loquendum cum vulgo &c. Recte Quintilianus: *consuetudo certissima loquendi magistra*, sed minus recte, quod sequitur, *esse consuetudinem sermonis consensum eruditorum*. Vide Eum l. 1. c. 6. *init.* & sine p. m. 34. & 40.

z) Elegans est Lipsii *Epist. Miscell. cent. 2. Epist. 57.* censura de Petri Bembi latinitate, sed adde notas Clerici *Bibl. choisie T. 1. p. 316.* sequ.

a) Nam prudentiores eo abstinent, & pro ridiculo habent, partim propter nimium affectatam confusionem utriusque idiotismi ex ignorantia latini sermonis in quo tamen

volebant esse magistri, oriundam, partim etiam ob ineptitudinem rerum, quæ sub illo involucto a magistris nostris tanquam thesauri sapientiarum docebantur.

b) De verborum Ciceronianorum Clericus *d. l. Tom. 2. p. 222.* Tales sunt Manutii epistolæ, Affectata brevitatis est in epistolis Lipsii Plinii contra & non prolixæ & perspicuæ, & rebus repletæ sunt. Dicitur de Grotii *annalibus Belgicis*,

c) Potius communiter, quæ pauperiores sunt linguæ, eo puriores sunt. Eadem ratio est linguæ Gallicæ. Amioti traductio Plutarchi vix æquatur a doctissimo conjugum pari, quod specimen versionis non ita pridem edidit. In

N 2

una

Tab. jus Justinianæum, constitutiones imperatorum germanorum, & jus ecclesiasticum.

38. Quæ de latino sermone dicta, ad usum linguæ Germanicæ jam facile applicari poterunt. d)

39. Maximopere vero caveat, ne grammaticam vel linguarum scientiam & multam lectionem habeat pro sapientia & vera eruditione, neque fiat syllabarum & litterarum auceps, variarum lectionum collector, aut censor autodidactus in omni studiorum genere. Ita enim loco sapientiæ acquirat summum stultitiæ apicem. e)

40. Igitur discat, quænam sit differentia inter veram artem Criticam, & Polyhistoriam, ac fucatam illam & pedanticam. f)

Cap.

una pagina Michaëlis Montani & Mottei Vayerii plus succi est, & cogitationum eruditarum, quam in Rabini aut Bouhourii & similibus decade &c.

d) Ciceronianis hic correspondent Zesiani, de quibus dicendum, qua ratione doctiss. Harsd. fuerit commotus ut literam H. non eijceret ex lingua Germanica &c. Turpius porro est erudito Jcto & politico, si ignoret leges antiquorum Germanorum, quam si ignoret jus Justinianæum. Et tamen quis non ignorat hodie leges Germanicas?

e) Dicendum hic de hætenus recepta vana eruditorum denominatione cavenda, una Germanicæ superioris, qua sub eruditorum nomine intellecti sunt methaphysici scholastici, altera inferioris, qua grammatici. Item de exemplo Salmasii, qui vir magnus & eruditus esse potuisset, nisi putasset, linguas & multam lectionem ad hunc finem sufficere.

f) Commendandus hic Clerici eruditissimus liber *de arte Critica*, Conf. Wower *de polym.* c. 16. 17. 18.

a) vid.

Cap. VIII.

CAUTELÆ CIRCA STUDIUM POESEOS.

I.

Grammatica docet recte loqui, Poësis & Rhetorica ornate, illa in ligata, hæc in soluta oratione.

2. Poësis antiquorum intendebat philosophiam proponere in fabulis. a)

3. Continebat adeo duplex artificium, fingendi, & versificandi.

4. Hodie vero vitio seculi versificatio sæpe privata est arte fingendi, & dantur quoque fictiones in prosa, hinc singulæ seorsim considerandæ.

5. Usus lectionis poetarum igitur, uti intuitu antiquorum non erat nullus, ita intuitu versificationis hodiernæ est exiguus, præter delectationem parum decentem studiosum sapientiæ. b)

6. Ipsa vero Ars versificandi parum prodest Jcto, etsi non noceat, sed cæteris paribus possit tolerari ut ornamentum.

7. Si modo non faciat versus invita Minerva. Nam ut oratores, ita & poetæ nascuntur.

8. Sapiens porro, ut intuitu delectationum & ornamentorum omnium magis ad defectum, quam excessum inclinatur, ita multo magis id intuitu artis versificatoriæ erit observandum.

9. Quod

a) *vid. cap. 6. n. 33.*

b) Vid. Clerici *Parrhasiana*

Tom. 1. ubi & in causas hujus delectationis inquirunt, & falsum esse docet,

9. Quod si tamen faciat, cavebit ab amatoriis, a stulta imitatione & excriptione veterum, a styli ethnificismo, a figuris & artificio nimio, & ne versus sint vacui cogitationum seu rerum.

10. Cavebit tamen, ne ab aliis versus in sui encomium emendicet, sponte oblatos vix accipiet.

11. Et quamvis Jcti Romani quandoque poëtarum testimoniis soleant uti in definiendis controversiis, propterea tamen Jctus nequaquam putabit, valde utilem esse lectionem poëtarum. Id enim in Jctis Romanis magis excusandum est, quam commendandum. c)

12. Idem sentiendum etiam est de communi illa ac tanta commendatione Homeri & Virgillii, in quibus tamen multa non sine ratione taxarunt sapientiores. d)

13. Aliud vero dicendum de arte fingendi. Hæc enim majorem usum habet ob imbecilles, qui veritates etiam

cet, quod Poëtæ velint prodesse. Commendandæ & reliquæ ejus de Poësi observationes.

c) Vide tit. Inst. de emt. vend. & de L. Aquilia.

d) Occurritea commendatio & in Inst. de J. N. G. & C. Dicendum de Jacobi du Porti *Gnomologia Homeri edita Cantabrig. 1660. 4.* Quis non rideret, si quis talia tentaret eodem jure in Johan. Saxii phonasci Noribergensis *poëmatibus*, qui nunquam ita absurde scripsit ac

Homerus. Dicendum & de injusta taxatione Zoili. Origo erroris, & quod tantam venerationem Homerus immerito consecutus fuerit, videtur attribuenda Lycurgo & Soloni. Vide Plutarchum in *Lycurgo*, Meursium in *Solone c. 25.* Sed contra optime disputat Plato *l. ult. de Rep.* De absurditatibus & nævis Homeri & Virgillii vide Clericum *d. l.* item *la Guerre des auteurs anciens & modernes.* Adde *le Virgile burlesque* de Scarron.

e) Im-

etiam ad studium sapientiæ utilissimas magis ferunt involutas fictionibus, quam si crude proferantur. e)

14. Consistit vero artificium hoc maximam partem in eo, ut res fictæ sint valde verosimiles, vel certe appropinquantes ad verosimiles. f)

15. Ergo nec hæc ars a quovis ingenio facile addiscitur, sed & hoc intuitu poetæ nascuntur.

16. Qui tamen naturalem ingenii ad fictiones aptitudinem ulterius excolere vult præceptis, magis sollicitus sit de cautelis vitandarum ineptiarum, quam de multis regulis artem instruentibus. g)

17. Præcepta affirmativa quatuor fere verbis includi possunt, lege, judica, experire, corrige. h)

18. Loci communes, æraria poetica, *Poetische Trichter* & libri similes; item imitationes, i) parum proderunt iis, qui destituuntur ingenio poetico, nisi ut ineptos poetas efficiant. Qui vero ad poetin nati sunt, his

e) Imbecilles non solum infantes, mulieres, sed & potentes, qui veritatem nudam ferre nequeunt. Ipse Salvator docuit per similia. An Grotius recte similia & parabolas fabularum nomine insigniverit?

f) Propter fabulas a bestiis desumptas.

g) Conf. quæ in simili supra diximus de historia c. 5. §. 18-62. Hinc majorem fructum in poeti utriusque significationis quis sen-

tiet ex lectione Horatii & Satyrici Galli *de arte poetica*, quam ex reflexionibus Rapini nisi quantum & hæc notant novos vitandos. Commendand. etiam Reinholdi *Sans Wurst*.

h) Possunt ea applicari & ad caput præcedens & ad sequens.

i) Per imitationes hic intelligo imitationes verborum & centones versuum, non imitationes cogitationum.

KIV

his subsidiis non habebunt opus, si pauca illa præcepta observent.

19. Cavendus etiam est communis error de divino in poësi. k)

20. Similis est ratio erroris de furore poëtico, præprimis cum ille ortum ducat ex furore ficto & affectato oraculorum gentilium. l)

21. Ex dictis jam facile intelligentur observationes quædam speciales circa varia genera poëmatum vel fictionum.

22. Solent equidem tam veteres quam recentiores in tradendis præceptis nimis excedere & ex affectato imperio subtilia sæpius quam utilia præcepta colligere, quæ tamen secure negliget studiosus sapientiæ.

23. Si modo ita comparatæ sint tales fictiones, ut vel propter verodissimilitudinem vel propter inamœnitatem non tædioſum magis quam attentum reddant lectorem.

24. Ergo, quod dramata vel comica vel tragica attinet, nulla ratio est, cur v. g. tribus saltem actibus ea constare debeant cur actiones non debeant repræsentari in ipſo theatro sed saltem narrari, cur una comædia vel tragædia debeat saltem agere de actionibus unius diei &c. m)

25.

k) Vide quæ eam in rem latius disputavi contra Morhofium in *cogitationibus mensuris Mense Octobr. 1688.*

l) Et de eo dictum in *cogitationibus mensuris.* Adde quæ differit van Dale de ineptis versibus oraculorum p. 162. *sequ. de oracul. gentil.*

m) Ita recte notat Morhofius de *poësi germanica*, Molierium cum successu hæc & alia similia præcepta Aristotelis & aliorum neglexisse.

n) Vid.

25. Quod autem symbolicam vel emblematicam attinet, notum est, quod subtiles & inutiles regulas de perfecto emblemate tradere soleant illi, qui imperium in alios ea in re sine suffragio populi sibi sumserunt, in tantum, ut ipsi fateantur, eam artem sic difficilem esse, ut angelico intellectu opus sit ad perfectum emblemata condendum, n)

26. Igitur sapiens & hic medium tenebit, ne ridicula subtilitate utatur in inveniendis emblematibus & ne etiam ex altera parte sine ullo acumine condant emblemata. o)

27. Venio ad dialogos. Jam non est sermo de illis, qui veritatis inquirendæ gratia conscripti sunt, de quibus dicemus infra, ubi de logicis disputationibus sermo erit, sed de iis, qui fictionibus utuntur amœnitatis & attentionis gratia.

28. Et hic quidem præ reliquis & ob brevitatem & acumen commendandus est ex Græcis Lucianus, Plato enim subinde jactabundus & inflatus est. p)

29. Simile vitium ex latinis in Cicerone deprehenditur

n) Vid. Wagenfeilii *exercitationes sex varii argumenti exerc.* 1. & excerpta ibi ex thesauro illa præcepta. Adde judicium Bællii in *novellis rei literariæ* ubi exercitationes istas Wagenfeilii recenset. Sic ipse Wagenfeilius *d. exerc. in fine* non sine ratione disputat contra præceptum, quod jubet in lemmate debere contineri conceptus oppositos. Tale etiam

(*Thomasii Gauctar. Pars I.*)

est illud, quod vetat, ne figura hominis appareat in emblemate. &c.

o) Commend. præ reliquis Pinacini *Mundus Symbolicus* & Saavedræ *Symbola Politica*.

p) Vid. Dion. Halicarn. *op. Rhetor. respons. ad Pompeji Epistolam p. m. 250, sequ. & de admir. vi dicendi in Demosthene p. m. 271. seq.*

o

q) In



datur, qui & insuper inventiones habet parum amoenas nec verosimiles.

30. Eodem vitio laborat ex Gallis Ciceronis ineptus imitator & intempestivus Germanorum osor Bouhourius. q)

31. Contra ex Germanis hic excelluit Johannes Rittius (si modo demas intempestivam sui ipsius laudem) & Erasmus Francisci. r)

32. Maximum insuper artificium dialogorum est, sustinere characteres personarum, quæ loquentes introducuntur, qua in re iterum excellit Francisci. s)

33. Sed & lector dialogorum hujus artificii gnarus esse, & maxime cavere debet, ne sententiam alienam asingat scriptori dialogorum, sed operam dabit, ut judicio suo eruat personam, sub qua latere voluit scriptor. t)

34. Satyricâ scripta originem debent comædiis, in quibus olim satyri introducebantur vitia hominum false taxantes. Postea a poëtis integræ comædiæ satyricæ & sine comædiis satyræ scriptæ sunt, sed iis laboran-

tes

q) *In Dialogis Aristii & Eugenii.*

r) Ille *in colloquiis mensuris*, hic *in continuatione horum dialogorum*, *in der Schaubühne, In: dianischen Lust-Garten, Sitten- und Staats-Spiegel &c.*

s) Potissimum *in Part. I. der Schaubühne.* Confer & *Cogitationes nostras mensuras.*

t) Peccant ea in re sæpius lectores. Ita communiter ex Jobi dia-

logo sententia amicorum Hiobi, etli disertè a divino Numine damnata, promiscue allegari solent, ut sententiæ æqualis ponderis cum dictis Jobi. Ita *in navis Jurispr. Ancejuslin.* ostendimus, eundem errorem committere Jctos in excerpto Cicerone. Eodem vitio laborarunt primi censores nostrarum cogitationum menstruarum.

u) Huc

tes nævis, ut nominatis subinde personis sātyræ ab injuriis scriptis haud secerni potuerint. u)

35. Unde vel maxime ab hoc vitio temperare sibi debuissent hodierni satyrarum scriptores, inprimis cum exempla satyricorum Romanorum ad nostra tempora non quadrent. w)

36. Maximum artificium satyricorum, scribere in sensu æquivoco, sed cujus tamen veram sententiam & sensum occultum non difficulter lectores intelligant.

37. Interim quam caute etiam scriptæ sint satyræ, earum scriptionem cavebit studiosus sapientiæ, quia necesse est, ut inimicos multos sibi pariat, cum tamen lectores raro emendet, & imo ipsam scribentis subtilem ambitionem & vindictæ cupiditatem irritet. x)

38. Non tamen nocebit lectio satyrarum studioso sapientiæ, cognitioni miseræ humanæ & propriæ intento, cum satyræ fistant vivam descriptionem stultitiæ humanæ, ac vitia vivis coloribus depingant. y)

39. De fabularum Romanensium origine, progressu

u) Huc pertinent Horatii, Juvenalis, Persii satyræ. Quamvis hi Auctores aliquo modo excusari mereantur, quod illorum satyræ saltem videantur esse privatim amicis communicatæ certe non ita, ut hodie sit, typis publicatæ.

w) Vide dicta in *Cogitationibus mensuris Mense Febr. p. 190. seq.* Ex novioribus commendatus præprimis Boileau Des preaux, contra quem tamen munus historiogra-

phi regii suscipientem non minus elegantem satyram scripsit anonymus.

x) Vide den *Beschluß des monatlichen Gedanken*, item *Oster's Gedanken*. Dicendum de Trajano Boccalino &c.

y) Commend. *Comœdiæ Molièrii*, ex *Satyris de Boileau illa, qua comparat homines asinis* &c.

su & usu sufficienter differuit Petrus Daniel Huetius. z)

40. Communiter contra regulas verosimilitudinis peccatur a scriptoribus talium fabularum etiam honestarum & ingeniosarum. a)

41. Unde lectio talium librorum sæpe plus nocet, quam prodest. b)

42. Et si vero Galli in hoc scribendi genere excellent, habent tamen & Germani suos autores, qui Gallos & elegantia & ingenio, & utilitate, si non superant, saltem æquant. c)

43. Talium librorum lectio frudioso sapientiæ proderit ad cognoscendos varios characteres naturæ humanæ, acuendum ingenium, & formandam prudentiam cavendi &c. d)

44. Similis usus est fabularum politicarum. Hæ tutius scribuntur sub schemate fabularum, & earum lectio

z) *Pecul. tract. qui junctus est ejusd. libris de interpretatione, Lipsia 1638. 8.*

a) Non dicam de ineptis fictionibus Amadisiacis contra rerum naturam, sed & v. gr. scriptores Herculis, Arianae, &c. contra naturam humani generis vel sibi fingunt amores nimis abstractive consideratos & vix naturæ angelicæ convenientes, vel incredibiliter fortia facta heroibus suis tribuunt, vel in effingendis orationibus τὸ μεγάλων non observant &c.

b) Huetius *d. l. p. 99. f. 109. seq.* Contra abusum hunc etiam variæ

satyræ scriptæ, ut Sorelii *Berger extravagant.* Cervantos *Quixote de la Mancha* (Occasionem narrat Rapin *Reflexions sur la Poétique* §. 28. p. 205) Scarron *Romant Comique*, & belgice *Don Clarozel de Gontarmos*. Huc pertinet etiam *la fausse Clelie. Romant Bourgeois* de Furretiere, ita cum citat Bælius in *Diction. voce Kangouze p. 930.*

c) *Diæ. de Clelia Scuderia de Pharamundo, Cleopatra, Cyro.* Commend. præ reliquis *Aramena & Octavia.*

d) *Conf. Huet, d. l. p. 115. seq.*

e) Huc

lectio maxime ad cavendas fraudulentas insidias & cognitionem vitæ aulicæ prodest. e)

45. Præprimis autem studioso juris prodest doctrina de fictionibus, cum huic incumbat, ut sæpius sit sollicitus de casu legis acuta fictione inveniend. f)

46. Et fere hoc indicium eruditi Jcti præcipuum est, si quis prompte possit casus aptos legibus propositos invenire, cum casus aptos dare nequeat, nisi qui vim & potestatem legis intelligit.

47. Unde hætenus recte glossatores, quod ante omnia de casu legis in glossis fuerint solliciti, & quamvis non ubique acu rem tetigerint, adjuvant tamen legentes ad casum eo facilius inveniendum & ex novioribus commentatoribus nemo est, qui eos æquaverit.

48. Tentabit tamen ante omnia studiosus juris vires proprias, neque adeo adsuescet mori legulejorum, qui de nulla re ratiocinari audent, donec vel mille libros evolvendo, casum invenerint in terminis, ut ajunt, terminantibus.

49. Interim optandum esset, ut conditores juris Justiniani tales leges proposuissent, quæ frequentis usus essent, & quarum adeo frequentes essent casus, cum tamen contra pleræque leges tales sint, ut casus earum vix aut difficillime dabiles sint. g)

50. Illi quidem excusandi, qui in commentariis ad leges

e) Huc pertinet *Reinke Voss der olse, der Froschmeufeler. Buch der alten Weisen. Sadi Persischer Rosenthal*, (Dictum de Fabula Jothami in f. scriptura &c.) De horum Autoribus vide *pres. des Froschm.*

Morhoff. *von der teutschen Poesie.* Dict. etiam *de Argente Barclaji.*

f) Dicendum hic de casu juridico Nathanis Davidi proposito.

g) Unde leges damnata. Videntur Jcti imitati esse oratores veteres,

leges veteres ejusmodi casibus interpretationem suam illustrarunt, aut etiam auditores suos in examinibus ac-
cuere intenderunt. At conditores juris ab ineptia liberari nequeunt. h)

51. Et tamen sunt multi, qui dolores etiam podagricos sopiunt delectatione lectionis ejusmodi casuum aut legum. Hos imitari cavebit studiosus sapientiæ tanquam homines fundamentis eruditionis destitutos, i)

Cap. IX. CAUTELÆ CIRCA STUDIUM RHETORICES,

I.

Rhetorica seu Oratoria est ars persuadendi sermone apto. Aptitudo tres gradus habet, perspicuitatem, decentiam, gravitatem. a)

2. Unde multa sunt hic repetenda, quæ jam in poësi monuimus. b)

3. V. g. Quod oratores nascantur, non fiant, quod æque

res, de quibus dictum in *Specim. jurispr. judic. c. 6.*

h) Nam Systema juris debet leges continere. Leges non continentur de iis, quæ semel aut bis fiunt.

i) Similes quærunt labra lactucæ.

a) Scheffer *de stylo c. 4. §. 8. 9. 11.*
Commend. hic Autor. quoad tot,

hoc cap. . Adde Rapinum in *compar. Demosthenis & Ciceronis* item in *meditationibus de eloquentia.* Quintiliani *institut. orat.* Alii rhetoricam dicunt media suppeditare oratoriæ, oratoriam illa media aptare ad usum. Rapin. *compar. p. 6.*

b) Conf. n. 1, cap. *præced.*

c) Conf.

æque quatuor præcepta summaria sint perficiendi naturam in oratoria &c. c)

4. Stylus vero cum varius sit, historicus, politicus, philosophicus, poëticus, oratorius, item sublimis, medijs, humilis, non difficile est definire, quis studiosum juris maxime deceat. d)

5. Equidem cum nec historicus, nec poëticus, nec philosophicus stylus ad hoc caput pertineat, politicus vero & oratorius possint coincidere, saltem de reliquis videamus dicendi generibus.

6. Humilis stylus sive pro tenui e), usurpatur, sive pro fordido f) & vili, ad hoc caput non pertinet. Sordidus quidem neminem decet, g) tenuis nec oratorem, nec politicum. h)

7. Sublimem commendant plurimi, & forte omnes. Malim tamen juvenem sapientiæ & jurisprudentiæ deditum ab eo abstinere. i)

8. Nam initio nesciunt, qui eum commendant, quid commendent, nesciunt, in quo consistat styli sublimitas. k)

9. Ne-

c) Conf. cap. præced. n. 7. 15, 16. 17. Quintil. l. 2. c. 11. 12. 17. & 19. Scheffer c. 3. n. 1. & 6.

d) Scheffer c. 2. Dionys. Halic. de admir. vi dic. in Demosthene c.

4. Quintil. l. 12. c. 10. p. 586 seq.

e) ut Dionys. d. l.

f) ut Quintilian. l. 8. c. 2. in it. & c. 3. p. 368.

g) Quintil. dd. II.

h) Quint. d. p. 368, etsi dissentiat Diom. d. c. 40.

i) Commendant passim Quintilianus, Dionysius, Longini tractatum de sublimi in Gallicam Linguam transtulit Boileau.

k) Boileau in præfatione ad Longinum distinguit inter stylum sublimem & sublime, atque Longinum de posteriori non priori scripsisse arbitratur. At contrarium patet ex eo, quod stylum frigidum sublimi suo opponat Longinus c. 3. & Quintilianus inter dicendi genus

su-

9. Neque adeo regulas exhibere possunt de formando stylo sublimi. l)

10. Fallor, annon tota veterum de stylo sublimi doctrina sit inventum ad excusandas vel etiam defendendas Poëtarum, Rhetorum, patrum ecclesiæ, philosophorum styli inflati & luxuriantis ineptas verborum phaleras. m)

11. Igitur quam maxime caveat studiosus & ab humili & a sublimi illo stylo, & sequatur stylum medium.

12. Fugiat ergo stylum Hispanicum pariter (i. e. profunde obscurum & jactabundum) & Italicum (floribus poëticis nimis abundantem. n)

13. Cum humili vero non confundet stylum jocan-

sublime & grave distinguit *d. l. 12. c. 10. p. 586. seq.* quod alii non faciunt, nec differentia Quintiliani perspicua est. Si totum libellum Longini perlegeris, minus quam antea intelliges, quid sit sublime. Longinus *c. 7. p. 33.* & Boileau in *præf. p. 9.* exemplum dicti sublimis faciunt illud Mosis: *Fiat lux & facta est lux*, cum tamen stylus hic aperte simplex sit & tenuis. Vid. omnin. Clerici *Bibl. Select. tom. 10.* Si ex Scriptura adducendum erat exemplum styli vere sublimis, i. e. gravis, cur non Elaias potius fuit adductus? Quid gravius? *Audite celi &c.*

l) Longinus exempla magis dat, quam regulas, sed exempla subli-

mitatis dubiæ. Werenfelsius *de meteoris Orationis ab init.* gravem potius stylum & decorum instruit, quam sublimem.

m) Longini totius liber huic conjecturæ ansam dedit, qui totus fere in eo est, ut Homeri aliorumque ineptias ut exempla styli sublimis prædicet. Ipse Boileau in controversia de scriptis veterum & recentiorum sæpe huc tanquam ad sacram anchoram fugit. Adde totam dissertationem Werenfelsii *de meteoris orationis.* Eidem usui inservit stylus sublimis, cui adhibita fuit virtus heroica intuitu factorum,

n) Et veteres stylum secundum nationes discernabant, vid. Quintili.

cantem & acute hilarem. Nam hujus usus est inter familiares non solum, sed & aliquando commendat scriptorem superioribus. o)

14. Neque tamen joci debent esse difficiles, aut nimis affectate eruditi. p)

15. Medium stylum dum commendamus, non excludimus ornatum loquendi, sed volumus saltem moderationem ornatus, & ut ornatus loquendi magis in modesta (& si materia postulat, gravi) perspicuitate, quam in artificiose conquisitis vocabulis & figuris quaeratur.

16. Sed & medius stylus datur intuitu rerum, quae proponuntur. Alii enim multis verbis paucissimas res vel cogitationes; alii contra multas cogitationes paucissimis verbis proponunt. Sequetur & hic studiosus juris mediam viam, ut nec nimia verborum tædium pariat, nec nimia brevitate obscurus fiat, sed ita tamen, ut stylus ejus semper sit ditior in cogitationibus quam verbis. q)

17. Sententiæ & ad ornatum, & ad excitandas lectoris

til. d. l. 12. c. 10. Exemplum obscuri & Hispanici styli in Balzacio.

o) e. gr. *les Epîtres* de Monf. le Pays, de Monf. le Chev. d'Her.

p) Uti stylus de Voiture.

q) Ciceroniani verbosi Cleric. *Bibl. Choise Tom. I. p. 222.* Conf. supra cap. 7. n. 35. Manutii v. gr. epistolæ pura latinitate conscriptæ, sed rerum inanes sunt. Contra Pli-

nus in epistolis plenus cogitationum, etsi ejus latinitas tam pura non sit. *L'eloquence de Protagoras, que Platon nomme le Pere des Sophistes estoit superficielle, & toute dans les paroles au lieu que celle de Pericles & de Lyfias estoit toute dans les choses.* Rapien dans la compar. de Demosthen. & Ciceron. c. 3. p. 5.

(*Thomasii Causelar. Pars I.*)

P

r) In

toris cogitationes faciunt. Sed & his tamen mediocriter utendum, & ne quid nimis. r)

18. Porro uti orationes stylo magis ornato & gravi opus habent, earum autem non ita magnus usus est in vita civili, ac epistolarum, ita studiosus juris in primis curabit stylum medium epistolicum præ oratorio. s)

19. Etsi autem in acquirendo stylo hætenus commendato eadem præcepta hic sint repetenda, quæ quatuor verbis expressimus, t) addendæ tamen hic sunt quædam observationes & cautelæ.

20. Homines natura sua ad unum genus ex hætenus memoratis styli generibus præ reliquis inclinant. u)

21. Quod maxime apparet ex delectatione, quam percipiunt ex lectione similium autorum. w)

22. Hic vero operam dabit prudens, ut inclinationes ad stylum sublimem, Hispanicum, luxuriosum & nimis floridum, item ad nimis jocosum & humilem temperet ad mediocritatem styli; maxime vero cavebit, ne

r) In stylo sententioso commendandus Tacitus, Paternus, Salustius, &c.

s) Adde elegant. locum ap. Schefferum de styli exercitiis p. 207. n. 31.

t) in cap. præced. n. 17.

u) Scilicet ad sublime, grave, jocosum, humile Hispanicum, Italicum, dives cogitationum & dives verborum, sententiosum, historicum, poeticum, oratorium, epistolicum &c. Fluit hæc inclinatio ex diversis affectuum mixtura,

w) Unde vel ex tali delectatione tertius judicare poterit de horum hominum temperamento & affectibus, ita v. gr. qui ex Gallis Balsacium astimant, illi non delectantur Voiturio, qui horum alterutrum, contemunt Payfium. Notæ de stylo Voiturii inter Giracium & Costarium. Dicenda quædam de ea. Vide scripta Costarii & omnino Balii *Diction. Critic. artis, Paul. Thomas p. 1158.*

x) Supra c. 7. v. 33. Adde loca ap.

ne humilem affectet, si inclinēt ad sublimem, item ne sublimem stylum & gravem affectet, si inclinēt ad humilem vel jocosum. Priori enim casu difficiles nugae producet, posteriori ridiculus fiet.

23. De cavenda affectatione styli Ciceroniani jam supra monuimus, x) cui hic adde, quod qui istud faciunt, haud evitare soleant styli ethnicismum. y)

24. Unde simul patet confirmari ea, quae supra z) de cavenda imitatione diximus. Vix enim haec sine affectatione esse poterit. Et si plures ac diversos stylos imiteris, vix evitare poteris, ne stylus reddatur ridiculus.

25. Porro cum ea, quae supra differuimus, a) evidenter doceant, JCrum praeter reliquis linguis debere excolere latinam, gallicam, germanicam, commodissime scopum propositum obtinebit, si in singulis linguis diligenter eos autores legat, qui in eo stylo excellunt, ad quem natura inclināt. Sin inclinationes vitiosae sint, si legat autores styli medii. b)

26. Sed horum quidem tam in lingua latina quam gallica magna est copia, contra in lingua germanica magna inopia. Rationem supra dedimus. c)

27.

ap. Rapinum compar. Demosthenis.
E Ciceron. c. 13. p. 43.

y) De quo & inprimis de formulis jurandi me castor, me hercle, me Christe egit B. Pater de styli ethnicismo dissertatione peculiaris,

z) c. preced. n. 18.

a) c. 7. n. 17. 19. 22.

b) Conf. n. 22. Ergo brevius

hanc cautulam effores, si dicas: Autores styli medii ubique praeter reliquis legendos esse per d. n. 22.

c) Supra cap. 7. n. 24. Ergo non mirandum, quod praecipitores & professores communiter latinam linguam magis calleant, quam germanicam,

P 2

d) Vi-

27. Equidem huic defectui mederi conati sunt jam ab aliquot annorum decadibus Germani non pauci (ex omnibus statibus) institutis eum in finem variis societatis der fruchtbringenden Gesellschaft/ der teutschgesinneten Genossenschaft/ des Pegnitz-Ordens/ &c. d)

28. Sed tamen hæ societates scopum propositum non obtinuerunt, partim, quod fundatores harum societatum debita prudentia non semper essent instructi, partim quod omnis generis homines illis societatibus fuerint adscripti, etiam qui aperte ad scopum societatum promovendum essent inepti, partim quod collegæ se non applicuerint ad doctrinas solidiores aut ad meditationes proprias eruditas, sed ad translationes potissimum ex linguis occidentalibus librorum præcipue exoticorum; partim quod aliqui ex iis arrogantia plusquam pedantica sibi arrogaverint potestatem pro lubitu corrigendi litteras, & linguam Germanorum, &c. e)

29. Partim etiam, quod regulariter societates eruditorum promotionem rerum & doctrinarum utilium magis impediunt quam promoveant. f)

30.

d) Vide Georg. Neumarcis neusprossenden Palm. Baum, item Beschreibung der Deutschgesinneten Genossenschaft, durch den Fertigen 1669. in 8.

e) Conf. supra c. 7. n. 38. Dicendum etiam de stultitia illorum, qui terminos technicos in idioma te germanico voluerunt exprimere. Conf. præfat. ad Einleitung

zu der Vernunft-Lehre

f) Saltem libertate & exemplis opus in ejusmodi negotiis. At societates ejusmodi ad monopolia tendunt, jus censendi sibi vindicant, libertatem impediunt. Exemplum præbet academia Gallica, & lites in ea inter Scuderium & Coræcium, Furreterium & academiam &c. Vide l'histoire de l'Academie

FRANZ

30. Propius scopum tetigerunt nostris temporibus, qui præcepta loquendi & scribendi variis scriptis tradiderunt, celebris Weisius, & qui nomine fictio latere maluit Talander, studiosis adeo haud negligendi. Sed neque tamen in omnibus imitandi, partim quod elegantia styli se non alligari patiatur ad præcepta scholastica, partim quod in stylo maxime gustus singulorum & tempora etiam variant. g)

31. Est & novum styli genus veteribus incognitum, & ni fallor, decoro Gallorum originem debens, ac propterea nomine latino carens, stylus complimentosus, cujus idea ni fallor in eo consistit, ut quis verbis non paucis declaret, se minorem esse altero, vel certe quod se ipsum pro minore habeat, quam revera est, & quam revera se ipsum æstimat.

32. Qui quidem stylus cum magnam hominum in hoc stylo delectationem quærentium vanitatem & stultitiam supponat, videbatur sapientiæ genuinum studiosum plane non decere, nisi supra h) dicta admonerent, sapientem etiam actiones, multas stultorum, absque stultitia tamen imitari.

33. Interim nullum est dubium, sapientem, uti in omni decoro, quod stultitiæ originem debet, defectui magis quam excessui est propior, ita etiam hic operam dare magis, ut non habeatur pro rustico, & ut complimentis utatur ubi vis receptis, quatenus sunt signa bene-

Francoise Deux Façons pour Fur-
retiere. Conferatur le Vassor Tom.
8-p. 511-543.

g) Dicendum hic de Autore
des furthweiligen Redners.

h) *Cap. 2. n. 123. 124. 125.*

P 3

i) Ex-

volentia & humanitatis, quam ut effectet excellentiam in hoc decoro.

34. Siquidem excessus complimentorum nauseam parit, uti omnes excessus rerum delectantium, & loco benevolentia apud alios excitat tedium personæ. i)

35. Ergo vel ex hac ratione sapiens non operam dabit, ut complimenta ex libris discat, sed potius ipse attendet ad usum & circumstantias loci, temporis, personarum. Adde, quod & complimenta intra breve tempus sæpe variare soleant & quod, qui præcepta hic tradere volunt, ipsi rerum civilium raro sint gnari. k)

36. Eadem quæ de complimentoso stylo notavimus, notanda etiam sunt de stylo curiæ. l)

37. Nisi quod intuitu studiosi juris stylus curiæ sit malum magis adhuc scitu necessarium, quam stylus complimentosus in genere.

38. Pariter tamen & hic magis ad usum valde varian-

i) Excessus duplex; vel ratione formularum loquendi, vel ratione durationis tam intuitu singularum conversationum, quam intuitu plurium. Dixi ea de re in *introd. ad Ethicam cap. de amore speciali.*

k) Quod patet ex libris germanicis, qui titulum habent, *Complimentir - Buchlein*. Bene secernit clarissimus Weisus in *der Complimentir - Comedie*, complimenta ridicula a decoris. Cæterum tamen pro insigni suo hilaritatis ingenio- se satyricæ temperamento prius

genus vividioribus coloribus depingit quam posterius.

l) Continet enim stylus curiæ ex parte complimenta advocatorum, (voce tamen complimentorum paulo laxius accepta pro quovis sermone vaniloquo non stricte ut *supra §. 31.* definita fuerunt) Est hic stylus curiæ quoad primam originem inventum Cleri Pontificii, cui debetur omnis verborum im- pertinens, non solum in judiciis, sed & in ipsis legibus, ut vel ex codice Justiniano & novellis apparet. m) Fluit

riantem est respiciendum, quam ut stylus curiæ ex libris addisci queat.

39. Habet hic stylus multa diversa a stylo iudiciorum Romanorum. Igitur advocatus cavebit, ne more Romanorum & Græcorum oratorum vel etiam more scriptorum Romanensium figuris affectus moventibus hic utatur, sed ut negotium clientis sui perspicue proponat & probet. m)

40. Ita circa allegationem legum & doctorum cavebit, ne ea delectetur, aut in ea jurisprudentiam quærat; sed tamen ne & illam plane negligat, ubi gustus iudicum talis est, ut sine ea, ipsis omnia scripta displiceant. n)

41. Ergo pariter abstinebit a procemiis & clausulis libellorum, contractuum, testamentorum superfluis & ridiculis; non abstinebit, ubi mores jubent, sine illis clausulis negotia haberi pro inefficacibus. o)

42. Hactenus de medio persuadendi seu stylo. Jam de persuasionem ipsa. p) Persuasio est actio, qua quis verbis & factis sine violentia externa alterius animum, etiam reluctantem ita vincit & ligat, ut ab arbitrio loquentis dependeat. q)

43. Hic ante omnia cavebit studiosus sapientiæ, ne
ora-

m) Fluit hæc differentia ex differentia status Reipublicæ.

n) Ortum enim est istud decorum ex irrationabili & nimio amore juris peregrini, principiis politicis adverso, imo & ipsi doctrinæ juris, quæ inculcat, facta esse probando non jus.

o) Vid. Dn. Strykii *differt. de Clausulis superfluis*. Eyseri & Fibigii *processus* collatos cum *formulis* Svendendorfferianis.

p) *vid. n. 1.*

q) Quintil. *lib. 2. c. 15.* Rapinus *d. l. c. 3. p. 6.*

r) Flu-

oratoriam, quanta quanta est, habeat pro parte sapientiae. Est enim res indifferens, & quam, si non recte usurpes, si persuadeas noxia & inhonesta, etiam stulti amant ac adorant, ac ea subinde utuntur. r)

44. Interim tamen, cum & oratoria arte opus sit sæpe in republica ad plebem, quæ affectibus regitur, ac ratione non utitur, in ordinem redigendam, aut ut officio suo satisfaciatur, persuadendam, idque non melius fieri possit, quam a sapiente, hinc etiam sapientiae studiosus oratoriam non contemnet, tanquam rem plane noxiam, sed æstimabit potius tanquam singulare DEI donum. s)

45. Sed & in hac arte plus natura præstat & occulta quædam vis quam exercitium, unde vix præceptis doceri potest. t)

46. Id

r) Fluctuat hic valde Quintilianus. Oratorem esse debere virum bonum tradit *d. l. 2. c. 15*. Rhetoricæ esse maximam utilitatem *l. 2. c. 16. Conf. c. 17*. Interim tamen alibi admittit, ut orator sæpe inhonesta suadeat sub colore honesti *l. 3. c. 8. p. m. 152*. sed mox addit, quod debeat tamen servare veritatis fidem, i. e. ea credere esse vera, quæ suadet. *Ibid. p. 153*. Alibi stylum temperat, & dicit: maximum momentum in hoc esse positum, ut orator credatur esse vir bonus, *l. 4. c. 1. p. 166*. & præcepta dat, quomodo se gerere debeat orator, si frons causæ non satis honesta sit *ibid. p. 171*. Neque adeo mirandum, quod

Rapinus dans la comparaison de Demosthene & Cicéron, cap. 5. 6. 7. 8. dem probitatem utriusque hujus oratoris demonstrare vult, inprimis utatur argumentis, aperte eo tendentibus, ut magis supponant opinionem de pietate, quam pietatem ipsam. Adde omnino dicta a nobis *T. 2. Observ. Sel. 3. §. 41. 42*.

s) Hinc non obstant ea, quæ de damnis oratoriz disserui in *ditta Observ. 8. Tom. II. s. 43. 44. 81. 82*. Respiciunt enim saltem ad abusum ineptum oratoriz in doctrina veritatis & disputationibus.

t) Rapin, *d. l. p. 82*.

u)

46. Id quidem facile percipitur, quasi tres fontes persuasionis esse: autoritatem loquentis, dispositionem audientis, & artificium seu modum loquendi. u) Sed quemadmodum oratoria de præceptis circa modum loquendi tantum occupata est, ita quilibet facile percipit, hæc præcepta omnia frustranea esse, si priora duo requisita deficient. Illa vero si adsint, parum solliciti erimus de tertio. w)

47. Nam quotidiana testatur experientia, frustra adhiberi artem oratoriam contra pertinaces, & qui proposuerunt firmiter, quod persuaderi nolint. x)

48. Contra si quis jam cupiat persuaderi, aut saltem persuasioni non repugnet, quod facile persuadeatur. y)

49. Item quod amor erga personam persuadentem plus persuadeat quam ejus oratio, uti odium adversus personam loquentem impedit persuasionem verborum maxime artificialium.

50. Porro quod actiones, gestus aliaque signa affectus loquentium exprimentia plus persuadeant quam figuræ verborum & artificium sermonis, cum & invitos vincant. z)

51. Cæ

u) Rapin, *d. l. p. 9. item p. 33.*

w) Tertium ergo requisitum maxime attendendum incipientibus, ut autoritatem sibi parent, & initio nisi grata audientibus proponant.

x) Similis est observatio, frustra adhiberi persuasionem apud eos, qui persuasiones admittere nequeunt. Ut sunt Judices hodierni in

(*Thomasius Causelar, Pars I.*)

comparatione ad judices Græcorum & Romanorum. *Conf. modo n. 39.*

y) Pertinet huc discursus Rapini non inelegans, sed non ubique solidus *de dispositione animorum populi Atheniensis & Romani tempore Demosthenis & Cicero- nis.*

z) Huc pertinet exemplum De- litz

51. Cæterum cum tria sint genera oratoria, demonstrativum, deliberativum & judiciale, facile patet, eorum singulorum insignem esse usum in republica libera, & ubi optimates imperant. a)

52. Scilicet ibi sæpe cum populo res est, vel cum senatoribus etiam, qui non partes faciunt, sed in partes trahi solent, & quorum affectus quotidie variant.

53. In democratia vero potissimum floret oratoria, cum plebs fere ab oratorum ore pendere soleat. Unde & sub vana libertatis specie oratores populum ducunt, quo volunt, ac turbas adeo pro lubitu tales demagogi sæpissime excitant. b)

54. At ubi unus imperat, nec persuaderi populus solet, nec senatorum suffragia attendi magnopere consueverunt, sed quod principi placuit, legis habet vigorem. c)

55.

lilæ & Simsonis: item Antonii, clamidem sanguine Cæsaris rubricatam ostendentis militibus &c. Commend. liber de Mons. Contrart de l'Action de l'orateur in latinum versus de pronuntiatione & gustu oratoris. Helmest. 1690.

a) Tria solum esse genera, non plura probat Quintilianus eleganter *Inst. orat. lib. 3. c. 4.* De singulorum differentiis agit *l. cod. c. 7. seqq.* & quod etiam generis demonstrativi usus fuerit in judiciis & deliberationibus. *Laudare tobem*, inquit *d. c. 7. p. 142. vel contra persinet ad momentum judi-*

ciorum, & ipsis etiam reis dare laudatores licet, & editi in competitoribus, in L. Pisonem, Clodium, & Curionem libri vituperationem continent, & tamen in senatu loco sunt habiti sententia &c.

b) Unde recte Hobbefius dixit: democratiam esse aristocratiam demagogorum, sæpe etiam monarchiam. Hert. *de civil. prud. 1. 12. 14. a. 3.* Eorum artes fusius docentur *ibid. 2. 8. §. 7. & 8.* & omnino *annot. 1. ad §. 7. item 2. 33. in Ann. Conf. Hoffmann. Lexic. voce Demagogus.*

c) Nota clausula edictorum Gal-

55. Interim tamen non debebat plane negligi ars oratoria vel studium eloquentiæ, partim quia principes etiam illa decet, non forensis quidem, sed masculina & civilis. d)

56. Partim quia populo sæpe in monarchiis limitatis proponendæ sunt res parum amœnæ, aut etiam in solennitatibus publicis orationes a magistratibus vel aliis politicis ad populum sunt habendæ.

57. Partim etiam, quia in imperio germanico sunt civitates imperiales, ubi valde utile est, ut sint ex senatoribus, qui populum moderare possint, & senatus dignitatem adversus demagogos tueri: e)

58. Et tamen evidens est, exiguam aut nullam esse manuductionem in academiis nostris ad artem oratoriam & eloquentiam civilem, cum maximo damno studiosorum juris. f)

59. Quod damnum quidem aliquo modo reparari potest a prudentioribus lectione Quintiliani, Ciceronis, Rapini, sed tamen lectio ista non sufficiet ad perficiendum

Gallicorum: Car te est notre plaisir. Cui respondet apud nos: *Dars an geschicht unsere Meinung.* Conf. quos citat Dn. Reinhard *ad Lips. p. 429. n. 10.*

d) Lips. *nota ad Polit. lib. 1. c. 10. p. m. 121.* & ibi Dn. Reinhard, *p. 419. sequ.*

e) Dn. Hertius *de civili prudentia parte 2. Sect. 8. §. 7. not. 1.* putat, in demagogorum locum hodie successisse clericos, genus ho-

minum ad res turbandas, ubi suis indulgent affectibus, maxime idoneum, eamque in rem varia exempla affert. Sed quemadmodum id non de ministris ecclesiæ genuinis, sed de papizante clero intelligendum, ita ad declarandam eam sententiam adde nostris temporibus motus Hamburgenses & Clerici *dissert. de argumento Theol. ab invidia petito §. 18.* Adversus hos Clapmarius *de arcanis rerum publ.*

dum oratorem, partim, quia horum præcepta ad nostra tempora non quadrant, partim quia & isti scriptores ipsi volunt cum multo legi iudicio, partim, quia apud Germanos defunt exempla, aut certe sunt rarissima autorum, quos imitari possis. g)

60. Scilicet totam oratoriam corrumpit clerus pontificius. Hi primum contra præcepta omnium rhetorum, contra dictata rectæ rationis artem oratoriam transtulerunt ad alium plane finem, nempe ad doctrinam veritatis, aut potius ad persuasionem rerum ad intellectum pertinentium, maximam partem falsarum, aut

publ. lib. 3. c. 22. in f. commendat, si eorum loquacitas & ambitio ita comprimatur, ut iis nulla fere alia de re præterquam de morum corruptione animarumque salute publice verba facere liceat. Quod & approbat Dn. Hert. d. Sect. 8. §. 25. Sed vereor, ut hoc frenum sit sufficiens.

f) Latius hoc thema exposui in *Specim. jurisprud. judic. cap. 6, medis. 1. & 2.*

g) Retinet quidem ex Græcis adhuc alios Rapinus *Tom. 1. p. 7.* Platonem, Aristotelem, Demetrium Phalereum, Dionysium Halicarnasæum, Longinum &c. & Aristotelem reliquis, etiam Quintiliano & Ciceroni præfert *p. 8. & 32.* Sed de gustibus non est disputandum.

Et Jesuitæ non possunt alium Aristoteli præferre. Idem Rapinus in *prefat. ad compar. Demosth. & Cicer.* notat Ciceronis sententiam de optimo genere dicendi reprehensam fuisse a Bruto, Bruti contra orationem, intereunte Casare habitam, notatam a Cicerone, (in *epistolis ad Atticum*) De Longino supra dictum *n. 8. 9. 10.* Rapinus *T. 2. p. 48. seq.* dat præcepta specialia pro studiosis juris ad forum se applicantibus, sed ut solet, confuse & non absque contradictionibus. Adde, quod magis respiciat ad statum Græcorum vel Romanorum, quam ad mores Gallicos vel nostros. Quamvis in Galliæ sit adhuc major usus eloquentiæ apud advocatos, quam apud nos.

b) La-

aut sphaeram intellectus transcendentium, sub specie veri. h)

61. Atque hoc modo quartum genus dicendi in monarchicos status irrepfit, veteribus plane incognitum, quod didascalicum vocatur. i)

62. Imo tempore barbariei clerus, ut omnia studia, ita & artem dicendi sibi soli vindicavit, ac simul corruptit.

63. Unde nec mirandum, quod in academiarum introductione studium eloquentiae non fuerit in pristinum florem restitutum. Neque enim academiae inventae sunt ad homines emendandos vel perficiendos, sed ad stabiliendum regnum cleri. k)

64. Magis mirandum, quod post reformationem de emendando hoc academiarum defectu nondum serio cogitatum. l)

65. Ex dictis vero causa patet, cur etiam apud nos plerumque in solennitatibus clerus & professores praepersonis politicis & magistratibus sibi solis vindicent orationes publicas, aut si politici eas pronuncient, autoribus tamen istis sint confectae, vel certe ab his ad modum

h) Latius ea de re dixi in *Tom. 2. Observ. 8. S. 41. 42. & circa finem.*

i) *Conf. qua iam notavimus ad n. 51.*

k) *Pufend. Introd. ad Hist. c. 12. S. 34.*

l) Nam nostra etiam oratoria ecclesiastica originem debet illi abusu antiquo cleri pontificii, de

quo n. 60. & 61. Et praepcepta homiletica, quae hodie in vicinis locis regant, tantum abest, ut oratoriam ecclesiasticam emendaverint, ut potius magis frigidam ac pedanticam reddiderint. Si quid boni hoc in genere praestitum, debetur theologis Anglis. Adde abusum concordantiarum.

m) Di-

dum præceptorum homileticorum sint compositæ. m)

66. Item, cur apud nos etiam non infrequentes sint abusus generis demonstrativi, non solum, quod pro artificio habeatur, more sceptico in utramque partem modo laudare, modo vituperare, aut res vituperandas laudare, honestas vituperare. n)

67. Sed & quod ad virtutes christianas ex reliquiis papismi quandoque referatur zelus parum civilis invehendi in inimicos dissentientes sub specie motuum divinorum. o)

68. De panegyricorum frequentia & abusu non mi-

m) Dicenda quædam de B. Seckendorffii *publicæ orationibus in idiomate Germanico*.

n) Ita exemplum Carneadis notum est, una die laudantis justitiam, altera vituperantis, unde Cato occasionem sumsit oratoriam artem Romanis interdicens. Cicero *III. de finibus*, Lact. *Inst. divin. lib. 5. c. 17*. Grot. *Proleg. §. 16. 17*. Pufend. *de I. N. & G. II. 3. §. 10. & II*. Adde Plin. *l. 7. c. 10*. Gellium *l. 17. c. 21*. Notum exemplum Juliani, quasi exercitii gratia impugnantis religionem Christianam. Arnold. *Hist. Heret. l. 4. c. 1. §. 11*, Tom. III. *obs. Hall. 9. §. 6*. Caspar Dornavius Ao. 1619. edidit amphitheatrum sapientiæ Socraticæ, in cujus Tom. I. continentur eægonia rerum vilium, in II. rerum &

personarum noxiarum & vitiosarum, ut adulationis, barbarici, *Buſſridis*, ebrietatis, injustitiæ, invidiæ, *Juliani*, mendaciæ, *Neronis*, *Phalaridis*, stultitiæ.

o) Alia plane erat ratio Philippicarum Demosthenis, Catilinarum, Verrinarum, & Philippicarum Cicronis, quamvis & in illis multa sint, quæ haudquicquam imitanda sibi proponet studiosus sapientiæ. Maxime vero cavebunt Jcti, ne investivis utendo falcem mittant in messem, quam sibi soli jam a plurimis seculis vindicarunt illi, quorum proprium est, clamare contra innocentes, qui lege publica poenali prohibentur contradicere. Dicendum de Hutteni *orationibus in Ducem Wurtomb.*

p) Oc-

mirandum, cum ab omnibus seculis non defuerint adu-
latores, & qui adulationem amant. p)

69. Parum vero differre panegyres ab adulationi-
bus, communis earum definitio ostendit. q)

70. Unde maxime cavebit studiosus sapientiæ, ne
probet veritatem facti ex panegyricis. r)

71. Cavebit etiam, ne encomiis potentum se im-
mifceat, sed cum non defuturi sint, qui in hac magis
sint exercitati, non deerunt prætextus honesti, nemi-
nem offendentes, quibus istud onus facile declinare
queat.

72. Nequæ omittenda illa observatio, & huic &
præcedenti capiti communis, neminem aptum esse ad
poëseos & oratoriæ, (quatenus illæ artes sapientem de-
cent) exercitium, nisi antea prudens sit & sapiens. s)

Cap.

p) Ortum debent panegyrici
hodierni panegyrico Plinii, quam-
vis ille modestus plane sit, sicut
hodiernis comparetur. Plinius
suspectus adulationis Baile *Dis-
sen. Critic. voce Platonica p. 339.*
Magis huc pertinet adulatoria
plane & infusa oratio Eusebii in
laudem Constantini.

q) Utrobique regula est, diffi-
mulare & extenuare vitia, aut fuc-
tis virtutum nominibus ea insigni-
re, contra actiones vix indifferen-
tes extollere, ut maxime sapientes

& virtuosas. Commend. Plutar-
chi *libellus de differentia adula-
toris & amici.* Pertinet huc ele-
gantissimus locus Larrei *Historia
Anglicana Tom. 1. p. 56.*

r) Hi enim sæpe plurima falsa
dicunt. Deinde etsi nil falsi di-
cant, non tamen alteram notam
boni historici habent, ut omne ve-
rum dicant. Cicero *lib. 2. de Orat.*
c. 13. conf. supra cap. 5. v. 68.

s) Conf. Quintil. *l. 1. Instit. orat.*
c. 1. Rapium Tom. 1. p. 42. 44.

n) In-

Cap. X. CAUTELE CIRCA STUDIUM LOGICUM.

I.

CUM dogmatici in eo dissenferint a scepticis, quod veritas inveniri possit, conveniens etiam erat, ut ostenderent artem aliquam inveniendi veritatem. Atque hoc præstare debebat logica seu philosophia rationalis.

2. De hac quænam fuerint variæ sententiæ ac doctrinæ veterum, dictum alibi. a)

3. Communis logica est ars faciendi syllogismum adeoque inepta ad inveniendam veritatem. b)

4. Unde magis apta est, ad scepticismum eumque non rationabilem, sed stultissimum, quam ut pro fundamento habeatur philosophiæ dogmaticæ. c)

5. Quare

a) *Introd. ad Philos. Aul. cap. 4.* Adde Petrum Ramum *lib. 1. Scholarum Dialecticarum.* Alstedium *Chronol. cap. 49.*

b) Nam 1. fatentur inventionem veritatis esse finem internum, i. e. extra potestatem artificis, 2. Syllogismus formaliter optimus potest materialiter esse falsissimus. 3. Neque adeo est probatio accurata falsitatis, quamvis aliquo modo possit comparari cum proba per crucem in additione arithmetica. 4. Syllogismus magis est inventus ad ordinem veritatum inventarum, quam ad eam inveniendam,

c) Dixi latius in *peculiari dissertatione.* Adde, quod logica communis raro differat de syllogismo demonstrativo, sed noviores contenti sint magis præceptis topicis, (quod haud dubie Ramo debetur.) At hic absurda definitio verosimilis: quod ita videtur pluribus aut sapientioribus. Ipsæ regulæ topicæ porro cum sint de materia verosimili, non possunt esse universales. E. non sunt aptæ ad Syllogismum, in quo una ad minimum propositio debet esse universalis.

d)

5. Quare laudandus conatus noviorum philosophorum hunc capitalem defectum emendandi. Ac saltem bona intentio autorum a studioso sapientiæ deprædicanda, etsi autores illi non ubique rem acutetigerint. Igitur ob errores non erunt odio prosequendi.

6. Contra vero ipsi tales emendatores, præprimis, si JCI aut politici sint, ægre ferre non debent, si quis modeste iis ostendat, ubi fuerint lapsi.

7. Et Cartesius quidem bene fecit, quod omissa doctrina syllogistica sollicitus fuerit de alia inventione primi principii, si modo in sua methodo tot palpabiles hallucinationes non commisisset, & si non sibi parum apte persuasisset, dubitando de omnibus posse fortissime oppugnari scepticos. d)

8. Ergo quod de Cartesio notatum, simul etiam notandum de Cartesianis Logicæ emendatoribus, e) quatuorlibus. f)

9. Autor artis cogitandig) commendandus, quod doctrinam de ideis in ordinem redegerit, & de præjudiciis fuerit sollicitus. Cavendus tamen, quod operam deriderit in multiplicandis figuris syllogisticis, & quod
con-

d) Dixi latius in citata dissertatione. Hallucinationes præcipuæ sunt: Sensus fallere; quicquid semel decepit, semper decepturum; confusio status vigilantium aut dormientium: confusio dubitationis & negationis; persuasio, ac si cogitationis conceptus habeatur sine conceptu corporis &c.

e) Ut de Claubergio & speciatim
(*Thomasii Cantuar. Pars I.*)

mine logicæ Claubergianæ, vide præfat. nostram ad introductionem in logicam n. 9. seq.

f) Nam non omnes sunt puri Cartesiani.

g) Qui est le Bon, ut Baillet indicat dans le jugement des sçavans ex societate Portus regii, Bailius vero, ni fallor, dicit, Monf. Nicole esse autorem.

R

h) In

confuse non solum tractaverit doctrinam de præjudiciis, sed & in ipso hoc tractatu gravissimum præjudicium odii, negligentia, calumnia, &c. admiserit. h)

10. Kufflerus seu autor speciminis ratiocinandi multa notatu digna, nec ubivis obvia observavit. Uti tamen caute legendus, ubi Spinofam defendere vel ejus doctrinam probare satagit, ita vix absque tædio legetur ab eo, qui non doctrinae mathematicae probe gnarus est. i)

11. De celeberrimo autore medicinae mentis & corporis alibi passim prolixius actum, ut adeo huc repetere non sit opus. k)

12. In autore anonymo, qui Parisiis specimen logicae edidit, commendanda brevitatis præceptorum & distinctio veri & verosimilis, sed & hic magis algebrae tradit, quam doctrinam inveniendi verum.

13. Johannis Clerici logicae præ reliquis commendanda, quod communes errores logicae Aristotelicae pariter & Cartesianae perspicue ostendat, l) & methodum doceat absque syllogistica veritatem inveniendi, & quod Loockii doctrinas utilissimas ex specimine ejus de intellectu multo clarius proponat, quam ipse celeberrimus autor. m)

14.

h) In censura de Michaële Montano, quem atheismi falso accusat.

i) prædit Hamburgi 1684.

k) in cogitationibus mensuris primo anno.

l) Vide potissimum ipsius *præfationem, logica præmissam.*

m) Commendandus ergo &

Loockii *hic tractatus*, qui postea in idiomate gallico & latino prædiit. Navi tamen hic quidam notandi: 1) tædiosa repetitio & prolixitas rerum, quæ brevius doceri poterant. 2) quod obscurior evadat, rarius adhibita illustratione doctrinae suae per exempla perspi-

14. Commendanda etiam clarissimi Buddei logica quæ ex hypothesebus nostris & Clerici magnam partem est composita.

15. Cavenda tamen studioso sapientiæ erit confusio nostrarum hypotheseum cum hypothesebus doctorum aliorum. n)

16. Cavendæ etiam studioso juris logicæ, quæ juridicæ vocantur. Uti enim Icti non separata methodo utuntur ad inveniendam veritatem, ita tales tituli originem debent logicæ Rameæ, qui felicior fuit in Aristotelicæ logicæ & organi ineptiis notandis, quam in emendanda arte inveniendi verum, unde & logicam suam falsam pro arte differendi voluit haberi.

17. Quia tamen admiratores Aristotelis pessimis artibus Ramum suppresserant, ægre hoc ferebant cordatiores & inter eos potissimum Jcti, unde ab isto tempore Jcti plerique Rami dialecticam sequebantur. o)

18. Et quia multi ex germaniæ Jctis vel discipuli erant Jctorum Gallorum, vel horum scripta valde æstimabant, inde etiam logica Ramea ad Jctos Germaniæ transiit, qui paratitla sua & systemata juridica ad methodum

spicua 3) quod intellectum & voluntatem non bene distinxerit.

n) Dicitur hac occasione de noviore quadam medicina mentis,

o) De fatiis Rami ob hanc rem vide Talzi *vitam Petri Rami. Launojum de varia fortuna Aristotelis in academia Parisensi c.*

13. & 14. Consilium Zach. Ursini,

an Rami dialectica sit in Palatinatu introducenda, & Bezz epistola, extant apud Jacobum Martini in *Vermusst. Spiegel lib. 2. c. 15.* ubi in epistola Bezz quædam & de religione Rami & ejus interitu. Adde *Recherches de France de Pasquier.*

dum Ramificam ab illo tempore componere inceperunt. p)

19. Imo ipsi Jcti Rami partes adversus Aristotelicos defendentes susceperunt. q)

20. Inde nata etiam logicæ juridicæ & loci legales topici, qui adhuc hodie magis quam par est, æstimari solent. r)

21. Quare nec mirandum, si hodiernum inveniatur fere ubique satellites Rami, etsi forte de Ramo vix fando audierint, aut in Rami doctrinam invehantur, & ad logicam Aristotelicorum suas doctrinas applicare studeant. Talis est autor instructorii notissimus. Sed horum ineptiæ vitandæ. s)

22.

p) e.g. Wesenbecius, Lauterbachius, Regnat eadem methodus in disputationibus plerisque juridicis.

q) Ita Petrus Fridericus Mindanus scripsit *partitiones logicas secundum tradita Rami*: Henricus Rennemannus etiam pro Ramea logica scriptum edidit, quem refutare aggressus est Scherbius, Hieronymus Treutlerus scripsit *rudimenta dialecticæ ex Ramo collecta*. Alios Rami defensores & adversarios vide in Reimmanni *Logischen Geschichte*, Calendar p. 52. 66. 68. 71. 74. 84. 86. 96. 98.

r) Ita Joh. Thomas Freigius scripsit *logicam juridicam*, talem, in qua ubique exemplis utitur juridi-

cis, uti Ramus poëticis & oratoricis. Inepta appellatio. Ita enim v. g. Arithmetica Christiana esset, ubi exempla ex sacra scriptura petita forent. Porro quis non hodie Everardi a Middelburg *locos legales*, quando occasio fert, absque judicio exseribit? cum tamen de iis eadem sint notanda, quæ diximus *supra ad n. 4*. Inde tot ampliaciones, tot limitationes regularum nauseam movent ingenio veritatis sectatori,

s) Qui me satellitem Pufendorfii dixit in instructorio *l. i. c. 1. §. 13*, non ægre feret, quod eum inter Rami satelletes recenseam. Id enim docent ipsius ad nauseam affectatæ dichotomiæ, Quod vero pau-

22. Ad has merito referuntur dichotomiæ superstitiose affectatæ quibus post Ramistas autor instructorii ubique utitur. Non merentur eæ, ut tanquam arcana sapientiæ juvenibus sub fide jurata instar thesauri custodienda carissime vendantur, cum dichotomiarum fabricatio sit res maxime inutilis, & si superstitio accedat, ridicula, ac si parum solertis sis ingenii, non difficulter res confusissimas per dichotomias continuas secernere possis. t)

23. Ex hoc nimio dichotomiarum studio Ramistico profluxit etiam alius modus parum prudens proponendi disciplinas per tabellas. Habent tabellæ suum usum, si ipse auditor tentet tradita ab aliis in ordinem redigere, ac ita iudicium suum pariter exercere & memoriæ consulere. Habent & similem intuitu memoriæ usum in docentibus. At proponere auditoribus tradita, vel tradenda in tabellis, stupidorum ingenia non excitat, ingeniosis tædium & nauseam parit.

24. Pertinet etiam ad methodum Ramisticam tradende-

pauca de Ramo cognita habuerit (& quæ sunt reliqua in thesi hic memorata) facile patet ex ejus dictis de logica X. 2. ubi quæ de Ramo habet, satis palpabiliter doceat, hausta esse ex MSC. præceptoris cujusdam Aristotelici, Ramum v. ipsum non fuisse inspectum.

t) Dichotomias a Ramistis superstitiose fuisse adamas patet ex Ramo *Dialectica* inque eam prælectio- nibus Audomari Talei l. 1. p. 137.

seq. item p. 158. *Bl. 2. p. 352.* Res dividenda in partes, quot opus est. Modo autem duabus modo pluribus partibus est opus. Specimen ineptiarum exhibitum, si quis v. gr. 4. elementa & 57. colores principales putet melius concipi posse per dichotomias. Itidem ostensum, quam exiguo artificio numerus ingens auditorum sine ordine sedentium per dichotomias memoriæ mandari possit.

dere disciplinas, etiam practicas & morales per quatuor causarum genera, cujus absurditatem, cum alibi tufius ostenderimus, hic nihil addendum arbitramur. u)

25. Uti vero studium genuinæ logicæ, i. e. artis inveniendi verum, necessarium omni studioso sapientiæ ita Jcto præprimis id utile est, ut qui maxime occupatus est circa doctrinas non certissime veras, sed verosimiles. w)

26. Interim uti logica syllogistica Jcto ad eum finem parum utilis est, ut ab initio ostendimus, ita & in illa logica pleraque capita reliqua, ut de analogis, prædicabilibus, prædicamentis, postprædicamentis, enunciationum divisione &c. in studio juris vel exiguum vel plane nullum præstant usum. x)

27.

u) vid. præfationem nostram ad notas in Strauchium. Interim de gustibus non est disputandum. Nec invidemus iis, qui in ea delectationem inveniunt. vid. Celeb. Hertium tom. 1. dissertationum. conf. infra c. 12. n. 5.

w) In certo veris magis attentione quam artificio est opus. Commendat Jcto Logicam Cicero in Bruto. Locum refert Clericus præf. ad logic. §. 13. in notis, sed Cicero haud dubie loquitur magis de arte disserendi quam de arte verum inveniendi.

x) De harum doctrinarum inutilitate vid. Cleric. Logic. part. 1. c. 5. 6. 7. potissimum v. 10. sequ. c. 8.

c. 11. n. 6. Unde non peccavit equidem Ramus, quod eas in logica sua plerasque omiserit. In specie de prædicamento substantiæ huc pertinet disputatio nostra: quid sit substantia, & programma annexum institutionibus juris divini. Quæ ibi dixit de incerta differentia substantiæ & essentiæ, confirmantur ex iis, quæ Clericus habet in logica sua, ubi subinde ex Loockio recte notat, nos non habere distinctum conceptum de substantiis, quid sint sed tantum, quod sint. Adde locum Quintilianii instit. orat. lib. 3, c. 6, p. 130. Primum Aristoteles decem elementa constituit circa quæ versari videatur omnis questio: solas,

27. Nec suppleant defectum istum seculo præcedente a quibusdam novæ inventæ disciplinæ, puta, Gnostologia & Noologia, ad nihil utiles, quam ut intellectum inutilibus subtilitatibus repleant, & voluntatis fastum, iracundiam, intolerantiam dissentientium, &c. augeant. Eo magis vero hæc ineptiæ cavendæ studioso juris, quo magis earum priorem arcanis sui instructorii adnumeravit autor supra memoratus. y)

28. Igitur studiosus sapientiæ potius dat operam, ut in arte inveniendæ veritatis ante omnia examinet finitudinem intellectus sui, ut videlicet multos errores communis philosophiæ, & antiquæ & novæ, ex neglectu hu-

soixes, quam Flavius ESSENTIAM vocat, NEQUE SANE ALIUD EST EJUS NOMEN LATINUM &c. Hoc pacto vero corrumpit distinctio inter accidens prædicabile & prædicamentale, & reliqua, quæ in dicta disputatione notavi. Adde elegantem locum Senecæ *epist. 58. p. m. 350. Non celabre &c. -- convicium feci.* Edidit eundem Alexander Raudensis *Jctus tractatum Juris de Analogis.* Sed quid absurdum est, de quo ut utiliter *Jcti* non scripserint. Genus, speciem, corpus, substantiam, spiritum, &c. in jure plane aliud notare, quam in logica Aristotelica, norunt, certe nosse debent tyrones juris. *conf. supra cap. 6. §. 67.*

y) *Gnostologias* scripserunt

Frommius, Calovius, Prof. Witteb. Eifflerus, Prof. Regiomont. Geilfus Prof. Tubing. Gutkuis, Georgius Meierus, Pastor Lunenburgensis. Oppugnarunt D. Eccardus, Christianus Dreierus, Prof. Regiom. Michaël Warsonius Prof. Rintelenensis. (*Gnostologiam instructorii vide X. 1. seq.*) *Noologiam* seu intelligentiam iidem Geilfusius & Meierus. Non palpabilibus autem sentiuntur ineptiæ utrobique latentes, quam si quis legat *Fiscologiam* eum in finem ab autore conscriptam, & Wittebergæ cum censura facultatis philosophicæ (non sentientis videlicet occultam intentionem autoris) impressam, eodem tempore, ubi maxime florabat *Gnostologia* Caloviana,

2)

hujus observationis oriundos evitet. z)

29. Porro probe considerandæ imperfectiones intellectus; plurima falsa cum paucis veritatibus miscentis. Atque adeo necesse est, ut homo sit sollicitus de discernendo vero a falso, quod sine doctrina de veri & falsi criteriis & primis cognoscendi principiis fieri nequit.

30. Ad hæc omnia vero opus est dubio, non sceptico illo, intendente expulsionem omnis veri, sed modesto & erudito, intendente veri consecutionem.

31. Voco autem dubitationem modestam & eruditam, quæ dubitat ex gravi & prægnanti atque in recta ratione fundata causa. a)

32. Uti vero exinde sequitur necessario, non dubitandum esse de omnibus, ita etiam cavebit studiosus sapientiæ, ne ea, de quibus dubitat, quamdiu dubitat, pro falsis habet, & sic conceptum dubitationis & negationis distin-

z) Maxime ob hanc observationem passim inculcatam commendanda Logica Clerici, cum & in Logica nostra eam non pro dignitate inculcaverimus. Finitas illa vero considerari meretur, tum intuitu sensuum, tum intuitu idearum, abstractionum, compositionum &c. tum intuitu objecti, (Multa enim, imo plurima ignoramus.) Hinc errores vulgares de abstractionibus ineptis, v. gr. in conceptu substantiæ, entis, totius, partis, essentiæ (sine quocunque

rem non possum concipere, i. e. rei essentia, cum dici debuisset, est conceptus essentialis de re, cujus essentiam forte ignoro) spiritus. Huc pertinet fabella de angelo, Augustino, de mysterio Trinitatis meditantem, apparente.

a) Nam æque irrationabile est, dubitare de rei alicujus veritate sine ulla ratione justa, ac irrationabile est aliquid indistincte affirmare vel negare, ubi causam affirmationis vel negationis justam dare nequeo,

b)

distinctissimum confundat. b)

33. Porro operam dabit studiosus juris, ut doctrinam de origine erroris & præjudiciis primariis probe teneat. c)

34. Tum opera danda est, ut probe secernantur criteria distinguendi certas veritates a propositionibus verosimilibus. d)

35. Hactenus dicta vero si rite fuerint observata, nequaquam de inveniendis novis veritatibus studiosus sapientiæ erit sollicitus, sed hæc generabunt seipsas. e)

36.

b) Utinam ista duo monita observasset acutissimus alias Cartesius. Assertio & negatio sunt actiones intellectus oppositæ: dubitatio est actio media, i. e. iudicii suspensio. Hæc adeo non magis est negatio quam assertio.¹

c) Huc pertinet *cap ult. in part. 1. Logica meæ* in cuius §. 3. respexi ad autorem artis cogitandi, qui ubi de præjudiciis agit, maximo præjudicio & satis crasso Michaelis Montanum Atheismi accusat; item ad Thomæ Broune *Pseudodoxiam Epidemicam*, qui uti passim & in illo tractatu & in alio libello *de religione medici* præjudiciis laborat ipse, ita etiam magis sollicitus est de recensendis quibusdam erroribus communibus, potissimum physicis, quam de inquirendis fontibus errorum; item ad Johannis de Hispania *librum de errori-*

(*Thomasji Campbell. Pars I.*)

bus popularibus, qui & ipse saltem recenset errores quosdam, potissimum theologicos, & qui circa religionem communiter regnant; item ad Verulamium *de augmentis scientiarum*, & Baronem Herbertum *de causis errorum*, qui terminis utuntur obscurioribus & vix intelligibilibus; item ad Abrahami Heidani libros *de origine erroris*, qui magis theologice quam philosophice hanc doctrinam exponit. Quæ vero ibi de imputatione atheismi memoro, pertinent ad Thomam Broune, & Baronem Herbertum.

d) Qua de re ago *d. part. 1. Log. c. 5. - 11.*

e) Ergo nec opus erit disceptationibus scholasticis de methodo, de inventionem medii termini & similibus, *v. d. part. 1. Log. c. 12. De*

S

in-

36. Qui ipse artem veritates inveniendi acquisivit sapientia cultor, in proponenda & aliis communicanda eadem eo magis præjudicia communia vitabit, & exactiores sequetur regulas, quo magis eadem alias, etiam a JCtis negligi solent. f)

37. Sed & pariter studiosus juris, si fidelem & eruditorum doctorem nactus fuerit, observabit regulas discendum, etiam vulgo, testante experientia, neglectas. g)

38. Præprimis vero studiosus juris etiam præ aliarum facultatum studiosis debet callere bonas interpretandi regulas, quia jurisprudentia inter alia est habitus interpretandi leges, & quia communiter philosophi hanc partem philosophiæ rationalis neglexerunt, JCti vero eam confusissime tractarunt, nec aliunde quam a JCtis speranda emendatio. h)

39.

inventione medii termini notanda verba instructorii: *Appellane pontem Asinorum, quod scilicet ibi subsistere Nos oporteat & sequi simpliciter dictamen illius dispositionis.* Nescio hic, quem autor per rō Nos intelligat.

f) Exposui illas regulas *part. 2. Log. cap. 2.* Quam frequentet autem illæ negligentur, docent potissimum ex: *Non docenda ea, que non didicimus: Docendum perspicue, fideliter, humaniter: verba doctriina non memoria imprimenda. Paucissima distanda &c.*

g) expositas *cap. 3, ibid. ab initio.*

h) Dicendum, quomodo post ineptias librorum *negi æquyviacs Aristotelicorum* JCti coacti fuerint aliquid hic tentare. De nimia diligentia Simonis de Prætis, Manticæ, & aliorum saltem absq; judicio ex corpore juris tales regulas exscribentium & ordinantium. De prima hujus defectus emendatione tentata a Grotio & Pufendorffio. De nostra emendatione prima *in insit. jurisprud. divina.* De lite inde ortaeum Placcio. De emendatione nostra secunda *in p. 2. Log. c. 3.* item de insufficientia scripti Dannhaueriani, cui titulus: *Idea boni interpretis & malitiosi sophistæ.*

i) Vi-

39. Hic vero ante omnia discernenda interpretatio grammatica & logica. i)

40. Quoad logicam potius operanda, ut doctrina de interpretatione paucis & evidentibus regulis includatur, quam ut multitudine inutili hæc disciplina corrumpatur. k)

41. Et cum Jcti in illa regularum a se collectarum multitudine varias falsas regulas immiscuerint, præprijis cavere debet genuinæ Jurisprudentiæ cultor, ne hisce erroribus communibus sibi imponi patiatur. l)

42

i) Vide Huetii *de interpretatione*, Clerici *de arte critica* & item de interpretatione & tribus classibus interpretum autorum classicorum eundem Clericum *biblioth. choise. t. 1. p. 142. seq.*

k) Quod latius demonstratum in controversia cum Placcio.

l) e. g. favorabilia late, odiosa stricte sunt explicanda, a qua dependent aliæ tanquam conclusiones, v. g. statuta, leges pœnales, juramenta esse stricte explicanda. Latius ea de re actum in *inst. juris divini* & in controversia cum Placcio item *part. 2. Logic. c. 3. §. 116. seq.* Aliud exemplum: beneficia principis esse late explicanda: Hujus falsitas peculiari dissertatione de *interpretatione beneficiorum principis* fuit demonstrata. Aliud: Testam. exponenda esse, ut verba

sumantur in significato proprio. Quæ regula tantam autoritatem accepit, ut etiam adhibeatur in controversiis theologis, Cum tamen ejus universalitas sit aperte falsa *l. 44. §. 2. seq. l. 45. pr. de leg. 1. l. 30. pr. l. 100. §. 1. de leg. III. l. 1. de Tritic. leg. l. 7. §. 2. de suppellect. leg.* Aliud: Omnia potius tentanda esse Jctis, quam ut admittantur antinomiz. Ea utitur Strauchius (*Execr. Justin. VI. 49.* Vide ibi dicta in *notis* adversus Wissenbach; disputans, cum tamen suo loco demonstratum sit, non solum moraliter certum esse, dari multas antinomias, sed & solam methodum, qua usi sunt juris compilatores, docere, moraliter impossibile esse, ut nullæ sint antinomiz. Conf. *Part. 2. Log. c. 3. n. 151. seq.* Et præterea consilium Justiniani, ut distinctio-

§ 2

nibus

42. Cum tamen in legibus humanis multa sint ita obscura aut contradictoria, ut ope regularum interpretationis explicari aut conciliari commode nequeant, ac præterea in negotiis civilibus circumstantiæ concurrentes collisionem regularum juris naturæ & æquitatis, aut etiam legum civilium pariant, atque sic juris applicationem valde dubiam reddant, hinc necesse est, ut prudens Jctus in plurimis suspendat judicium suum, aut certe dissentientes non pro falsariis aut errantibus habeat. m)

43. Sunt præterea etiam regulæ quædam Jctis peculiariæ, quæ scilicet in expressis legibus ad definiendas controversias privatorum citra n) dictamen rationis fundamentum habent, quas uti recte adhibet Jcto bito

ribus subtiliter excogitatis antinomiæ tollantur, repugnat regulis bonæ interpretationis, quæ id intendunt, ut autor exponatur non secundum id, quod dicere potuerit, aut ex nostra opinione debuerit, sed quod dicere, etiam si forte sit inconueniens, voluerit. Adde, quod hoc consilium potius faueat stupidis & iudicio carentibus interpretibus, quam subtili iudicio præditis cum, homo stupidus etiam tales distinctiones, quibus communiter in conciliandis antinomiis utuntur, inuenire possit, adeoque nulla subtilitas ingenii ad talia requiratur, sed impudentia saltem & stultus stultus ac pertinacia. Exem-

plum præbet Tribonianus in quaestione de furto ancillæ libidinis causa, distinguens inter ancillam meretricem & non meretricem. Vide dissert. nostr. in not. ad Sirauch. adjunct. etiam novissima editioni Huberi.

m) Vid. *Inst. Jurispr. div. lib. 2. c. 12. n. 194. sequ.* In *Historia sapientia & stultitia* Programma Heberi Jcti Wittebergenfis de *scientificismo juridico, disput. nostra de æquitate cerebrina l. 2. C. de Rescind. vendit. cap. 1. specimen jurisprud. judic. cap. 6. de controversiis juris dubii &c.*

n) Non tamen contra,

o) Vi-

bito loco, ita cavere debet, ne eas habeat pro regulis logicis aut adhibeat in definiendis controversiis principum & statuum liberorum. o)

44. Etsi vero regulæ interpretationis mysticæ communiter hætenus neglectæ, & nec ab iis, qui ubique interpretationes mysticas inculcant, traditæ fuerint; etsi porro eæ, quas alibi p) tradidimus, non videantur ad studiosos juris pertinere, cum leges & pacta vix admittant interpretationem mysticam, non inutile tamen erit Juris cultori, si & has probe attendat, ob studium theologicum. q)

45. Porro quo magis in academiis tam quoad doctrinam & praxin in omnibus facultatibus negliguntur regulæ judicandi de aliorum scriptis, an vera continent, an erronea, eo magis operam dabit studiosus juris, ut per torrentem errantium non simul a via sapientiæ abripiatur. r)

46. Sed & ideo opus est studioso juris, ut istas regulas sollicitè observet, quia & in sua facultate deprehendet plurimos, etiam qui eruditi audiunt, qui in judicando

de

o) Vide *Part. 2. Logic. c. 3. n. 153--158*. E. gr. conditio impossibilis in testamento habetur pro non adjecta. Verba contractuum sunt exponenda contra eum, qui clarius loqui debuisset. Unde dependet quæstio, an verba emtionis venditionis in dubio contra emtorem an venditorem sint exponenda. Huc pertinet valde hætenus regnans

abusus Jctorum leges juris Romani applicantium ad controversias juris publici. &c.

p) Vide latius dicta *part. 2. Log. c. 3. n. 137--146*.

q) Vide quæ hac de re monebimus *infra cap. ult.*

r) Exposui has regulas *Part. 2. Logic. c. 4.*

de scriptis aliorum, sine observatione regularum illarum aliis pravo exemplo præeunt,

47. Adde & alteram rationem, quia scilicet scripta juridica copia sua scripta aliarum facultatum fere superant, igitur operam dabit studiosus juris, ut discat, paucissima in illa multitudine ad sapientiam pertinentia ab insipientis plurimis probe fecernere.

48. Præprimis autem cavebit a præjudiciis, quibus occupantur plerique, ut de libro judicent antequam legerint. s)

49. Item cavebit, ne judicando aut consilium dando affectibus occupetur, maxime cum infinitæ sint occasiones, quæ communiter haud attenduntur, quibus affectus insensibiliter irritantur. t)

50. Etsi vero inculcetur, non judicandum esse de scriptis nondum lectis, & incivile sit, nisi tota lege perspecta velle judicare; hoc tamen apud Jctos, & alios etiam, non semper in puncto est intelligendum, sed cum aliqua

s) Vide potissimum Bailletum dans les jugements des ouvrages des sçavans Tom. I. & Log. nostr. d. c. 4. §. 23-24.

t) De præcepto illo actum d. c. 4. §. 48. ad fin. Sic judex acta perlegendendo facile deprehendet, se non eadem indifferentia judicare, si partium litigantium alterutra, vel etiam advocatorum alteruter sit amicus aut inimicus; si pars vel patronus ipsi rem commendaverit, etsi clausula; salva justitia, sit ad-

data; si pro diligentia speciale præmium sit promissum &c. Ita Advocatus in consilio non saltem attendere debet justitiam causæ, sed etiam utilitatem partis (multa enim justa sunt & licita, quæ non conducunt v. gr. actiones ad interesse, injuriarum: pleræque actiones, ob diuturnitatem processus) ac modum celerrime ad finem perveniendi. Sed ob interesse commune pecuniarium. Advocati potius contraria omnia sæpius observant,

u) I-

liqua latitudine. u)

51. *Quin & cavendum, ne monita & regulæ circa disputationes & refutationes aliorum negligantur, quia & hic stultorum plena sunt omnia, & stultitia a plurimis instar sapientiæ aut virtutis divinæ commendatur. w)*

52. *Operam initio dabit studiosus juris, ut raro disputet, vel ideo, quia jurisprudentia in plerisque versatur circa verosimilia, ubi iudicium magis suspendendum, vel certe dissentientes, cum convinci nequeant, æque tolerandi sunt, ac si de gustu dissensus foret. x)*

53. *Ergo &, si disputabit ratione officii, rarius tamen*

u) Ita v.g. datur artificium brevi temporis spatio liberum non parvæ molis, v. gr. theatrum Europæum, qui summaria aut marginalia habet aut si historica contineat, qui multas orationes ac digressiones habet admixtas, cum iudicio percurrendi. Ita libellos supplices, ita integra acta quis eodem artificio perleget. Potissima requisi- ta hujus artificii consistunt in usu seu exercitatione, & in cognitione negotiorum, de quibus inscriptis agitur. De actis vide Wunschium *de actis judicialibus cap. 15.* Methodus Cameralis de inspiciendis formalibus, materialibus, procuratoriis, tum de quæstionibus, quæ actio instituta? an probata? an elisa? de expensis &c. in se quidem

optima, sed prolixitas verborum secundum illam methodum tædiosisissima & damnosissima, ubi quæ tribus aut duobus foliis dici poterant, dicuntur & deducuntur foliis triginta vel centum. Vide Gylmanni *symphoremata*, Meichsneri, Klockii, Deckerri &c. *relationes & vota cameralia.*

w) Regulas istas exposui *cap. ult. Pars. 2. in Logica.*

x) Conf. quæ de scepticismo juridico diximus *n. 42.* In materia probabili non potest major esse universalis. Jctus E. cum aliæ facultates sibi persuadeant, doctrinas suas esse infallibiles, modestiæ operam dabit, ut suas saltem habeat pro probabilibus.

y) v.

men opponet, quam respondebit, nisi & officium requirat
opponentis partes. y)

54. Quod si vero exemplo aliorum seductus prurium rixandi augeri sentiat ex cupiditate laudis & gloriæ, hunc prurium non difficulter supprimet, expendendo, apud protestantes studium rixandi potius minuere famam & fortunæ obesse, certe intuitu studiosorum juris. z)

55. Ergo sapiens docebit quidem errores, sed non rixabitur cum errantibus, sed sufficet, si his errores placide ostendat.

56. A communibus vero erroribus incipiendum, tanquam maxime noxiis. Peculiares privatim ostendendi & seorsim. Hoc enim postulant regulæ decori. a)

57. Cæterum cum vel syllogistice disputetur, vel per quæstiones, vel per discursum, studiosus sapientiæ ubi-

y) v. gr. in advocatis, aut ubi receptum est, ut professores debeant opponere. Nam alias fructus oppositionum sunt exigui. Nunquam pertinax respondens convincitur. Sæpe doctus opponens a sophista respondente clamore aut aliis ineptiis prostituitur. Sæpe etiam eruditus respondens fallaciis opponentis obruitur. Ita verum est: disputando sapius veritatem amitti quam inveniri.

z) Rixatores in aulis, in curia, in vita civili male audiunt. Divul-

gatum est arcanum papisticum, prurium rixandi occultans sub titulo zeli divini, aut bellorum domini, aut vigilantia propheticæ. Quod si forte & apud nos inveniantur, qui talibus palliis insipientes decipere gestiant, quod si & hi a Jctis & politicis timeantur, nunquam tamen amantur a prudentibus & sapientibus.

a) Ergo cavebit maxime, ne errores unius doctoris colligat. Indicium enim est hominis valde invidi, & canini ingenii. Huc pertinent

ubique veritatem quæret, non victoriam, adeoque ipse ubique observabit regulas bonæ disputationis, & a fallaciis cavebit, nec jure suo tam stricte utetur, siue opponens sit, siue respondens. b)

58. Igitur non solum probe meditabitur regulas bonæ disputationis syllogisticæ, sed & gaudebit, si iis vel ipse utatur, vel alios utentes audiat. c)

59. Sed rara avis in terris disputatio methodica, nigroque simillima cygno. Lapidem philosophicum facile invenirent alchymistæ, si modo lignum habere possent de cathedra, in qua sæpe hæc methodus observaretur. Ergo cavebit JCtus ab istis erroribus universalibus, & probe notabit remedia, quibus vel evitantur vel repelluntur. d)

60. Multo rarior methodus unica inquirendæ veritatis, vel ostendendæ falsitatis ac erroris, & simplicissima

continent disputationes super erroribus Welsenbecianis. Item tractatus notus auctoris instructorii, indelebili macula propriam famam afficientis. Dicendum de censura acri Boccacini in relation. ex Parnasso in misanthropos istos.

b) h. e. Sæpe respondentem adjuvat, dum ipse opponens est, si v. g. responderis mentem suam obscure proponat; sæpe opponentem, dum ipse respondens est, si v. g. opponens rationes suas non possit commode ordinare, aut formaliter, quod ajunt, proferre.

(*Thomasii Censurar, Pars I,*)

c) Regulas istas perspicue proposuit B. Pater in *methodo disputandi annexa questionibus ejus logicis*. Usus talis disputationis est evitatio confusionis & assuetudo ordinis; excitatio attentionis in auditoribus, exercitatio ingenii & excitatio ad promptitudinem: aliquando etiam consecutio veritatis aut agnitio erroris.

d) Vid. omnino Dn. Christianus Weisus *Logica part. 4. c. 6.* & quæ diximus in *introd. ad philosoph. aul. cap. 15.*

T

e) Sim:

ma, & naturalissima & antiquissima, per quæstiones & responsiones. e)

61. Equidem Jctis non est adscribendus neglectus hujus methodi, sed patribus ecclesiæ & philosophiæ scholasticæ, uno verbo, amor ignorantie & sectarum, & studio conservandi dominium in intellectum laicorum. f)

62. Næc magni momenti adeo sunt objectiones communes contra istam methodum: unum stultum plus posse interrogare, quam decem sapientes respondere, item, multas fallacias latere in disputatione per quæstiones. g)

63. Cum ergo multum intersit studii sapientiæ, ut ista disputandi methodus iterum introducatur, commendand-

e) Simpliciter seu facilitatem docebit simplicitas regularum collatarum ad regulas syllogisticas. Quod naturalissima sit, demonstrabit comparatio cum methodo errantibus viam monstrandi. Efficacitatem ostendet brevis litium finis, quia paucis quæstionibus errans adigitur ad confessionem erroris, vel certe ad contradictionem aut silentium. Antiquitatem docebit historia philosophica, quia ea methodo ante Aristotelem usi Socrates, Plato, &c. & post Aristotelem etiam fere omnes philosophi reliqui. Etiam Christus & Apostoli.

f) Jcti enim erant Stoici non Aristotelici. Apud Jctos etiam interrogationes in jure erant adhuc receptæ, & in probationibus ac in-

quisitionibus, inquisitio veritatis per interrogationes & responsiones ab omni ævo apud Jctos facta. Contra de patribus oratoriam artem in locum logicæ collocantibus quædam notata jam sunt *ad c. 9. n. 60*. Scholastici autem Aristotelis syllogisticam in academias introduxerunt. Reliqua intelliguntur ex præcedentibus. Etsi vero Rapius *Tom. 1. p. 8.* methodum disputandi Aristotelicam præferat Platonicæ, attamen id non mirandum, cum Jesuitæ non possint aliter, per dicta *c. 6. n. 85.*

g) Nam priori opponitur dictum sapientis, respondendum esse stulto, ne se putet esse sapientem. Proverb. 26. 5. item exemplum Pau-

li,

dandi initio studioso juris libri, ubi ista methodus vel adhibita vel etiam regulis certis inclusa. h)

64. Tum vero cogitandum, non per leges, sed per usum introductionem hujus methodi esse faciendam, uti per non usum desit. Talis vero usus non facile a theologis nec a medicis, nec a philosophis sperandus, sed a solis JCtis. i)

65. JCtorum enim maxime interest, ut hac methodo sint instructi, quia sine ea non possunt dirigere processum inquisitorium. k)

66.

li, 1. ad Cor. XV. n. 36. Posteriori respondetur, fallacias syllogisticas esse multo plures ac subtiliores, cum contra fallaciæ in quæstionibus sint paucissimæ. (Res facile apparebit, si quis meditetur fallacias quæstionum collectas a Menagio ad Laërt. lib. 2. n. 108. p. 121. seq.) exque etiam cuilibet homini facile palpabiles &c. v. g. amisistine cornua? desististine furari? annon Titium hesternæ die in via publica cultro dolose percussisti? annon canis tuus? annon canis pater? annon ergo pater tuus? item quæstiones captiosæ, ut: ex qua potestate hæc facis? &c.

h) Tales libri sunt *scripta* Platonis, Xenophontis, *memorabilia* Socratis, Luciani *Dialogi*. Clerici *Regule & specimen* p. 4. log. cap. 9. ubi & §. 9. breve sed verum judi-

cium de Platonis & Xenophontis scriptis. Novos Platonis emendavit aliquo modo Clericus, sed tamen adhuc sunt quædam addenda, de quibus statim.

i) Nam theologi & philosophi nimis amant methodum disputandi vel syllogisticam vel oratoriam, Medici nimis utuntur experimentis in inquisitione veritatis & hypothesebus novæ philosophiæ. De JCtis mox plura.

k) Si methodus ista non probe observetur, facile innocens condemnari poterit (v. g. si judex utatur fallacia plurium interrogationum, aut captiosis quæstionibus, ut in processu contra sagas) aut nocens absolvi (v. g. dicendo, se alibi fuisse, testem esse sibi inimicum, nisi judex quæstionibus præcedentibus effugia hæc præcederit.)

T 2

66. Quinimo ex observationibus Jctorum circa interrogaciones in inquisitionibus recte instituendis regulæ disputationis Socraticæ omnium optime repeti debent. l)

67. Et o utinam etiam adhuc in usu forent interrogaciones judicum. Non audirentur ubivis querelæ de litibus Spiræ spirantibus sed non expirantibus. m)

68.

fit.) Unde suo loco quoad officium judicis in processu inquisitorio rite observandum commendabimus Brunnemanni & Keyseri cautelas.

l) Rem accuratissime expedire hujus non est loci. Præcipuæ tamen sunt istæ: 1. *Unus quærat tantum alter respondeat tantum* (unde nomina quærentis & respondentis.) Quærere tantum & respondere hic opponitur discursui libero vel syllogistico, quod hi non immisceri debeant quætionibus & responsionibus. Unde respondens aliquando potest iterum quærere, v. gr. in propositis quætionibus captiosis. 2. *Quære, quicquid libuerit, responde quicquid libuerit.* Scilicet utrobique *pertinenter*. Quærens libertatem habebit æstimandi, quid ad convincendum adversarium pertinens sit. Et si non sit pertinens, nunquam convincet. Respondens non respondebit impertinentia, sed libertas ta-

men æqualis est relinquenda, ut vel affirmet vel neget, vel etiam dicat, se nescire; ut rem quomocumque definiat aut dividat &c. Non obstat: *Nescio est asinorum responsio.* Nam hoc brocardicum est fructus stultitiæ dogmaticæ. *Scio* magis convenit cum ruditu asinino. 3. *Quærens non committat fallaciam plurium interrogatorum; respondens plurium responsionum* (v. g. declarando responsionem, docendo, rationum rationes dando &c. 4. *Taceat quærens tanquam imperitus, si non possit respondentem adigere ad contradictionem: Taceat etiam, si adgerit, nec insultet, respondens vero si cogatur sibi contradicere sæpius, aut errorem fateatur, aut obmutescat.* (Dico sæpius. Nam si contradictio oriatur ex præcipitata responsione antecedente, licebit ipsi eandem corrigere &c.)

m) Facile hoc monstrari potest,

f

68. Restat disputatio in scriptis. Hic ante omnia cavebit JCrus, ne syllogismos immisceat. n)

69. Tum vero advocatis præprimis commendanda methodus, honeste & pacifice disputandi, item erudite. o)

Cap. XI. CAUTELÆ CIRCA STUDIUM MATHÉSEOS.

§. I.

HAstenus de tribus artibus logicis. Sequuntur scientiæ mathematicæ. a)

2. Mathesis olim sumebatur pro tota philosophia dogmatica, hic pro doctrina de quantitate. b)

3. Pythagoras & Plato ad studium philosophiæ non admittebant, nisi qui geometriam (& sic necessario arithmeti-

si quis conferat iudicium Salomonis, simile Imperatoris Claudii, interrogationes Prætoris Romani, veterum Germanorum sub dio iudicantium &c, cum tædiosissimo processu, quem in totam germaniam invexit astutia cleri romani.

n) Rationem vide *Part. 2. Log. c. ult. circa finem*. Relinquenda hæc ratio rixantibus de mysteriis. Nec amplius iste abusus apud nos in usu. Ex ultimis fuerunt, qui Lipsiæ & Helmstadii contra Bor-
thium *de jure in re* disputarunt.

o) Nam ob vitium commune,

quo discipulis persuadetur, disputationes esse instar belli, advocati postea putant, sibi licere fraudibus uti contra partes, tanquam contra hostes. Ipsæ vero disputationes attestatorum testantur quotidie, quanta regnet ignorantia ubique, & quantum damnum patiantur studiosi juris studium philosophiæ rationalis communiter negligentes.

a) Connex, vid. *supra c. 7. n. 1. 2. 3.*

b) Ad priorem significatum pertinet liber Sexti Empirici *adversus*

meticam) didicerant. Aristoteles etiam ubique exempla mathematica in logicis affert. Et fatendum ingenue cum maxima jucunditate & utilitate juvenibus doceri disciplinas mathematicas. c)

4. Etsi vero postea inter christianos a temporibus Augustini disciplinæ mathematicæ 7. artibus liberalibus, quæ in scholis inferioribus etiam doceri deberent, fuerint accensitæ, experientia tamen testatur, ea communiter hodie negligi, maxime a Germanis, maxime a protestantibus & Lutheranis. d)

5. Atque si fatendum, quod res est, vitium hoc magis culpæ præceptorum adscribendum, quam discipulorum. Causæ præcipuæ sunt ignorantia propria & conservatio præjudicii autoritatis. e)

6. Cum tamen studia mathematica sint longe utilissima, utpote quæ non solum stultis sed & sapientibus succurrunt, cum reliquæ facultates & disciplinæ vel impietatem vel insignem hominum stultitiam præsupponant. f) Interim de speciebus matheseos distinctim pronuntiandum.

7. Et

sus mathematicos.

c) Jucundum est juvenibus hoc studium; quia ipsi aliquid operantur & novas veritates inveniunt. Utile partim propter excitationem ingenii & judicii, & quod studium matheseos suo modo impediatur præjudicium autoritatis & præcipitantiæ, partim propter utilitatem ipsius matheseos, de qua innox.

d) Nam Jesuitæ studium ma-

theseos urgent.

e) Omnia fere hic possunt repeti, quæ supra diximus de causis neglecti studii historici *cap. 5. n. 38-48.*

f) Theologia supponit impietatem, jurisprudentia bella & rixas, medici ex intemperantia aliorum potissimum vivunt. Philosophia omnis generis stultos in ordinem redigit. Huc pertinet corollari-

7. Et Arithmetica quidem, quæ fundamentum reliquarum est, non solum intellectum purgat a præjudiciis & judicium acuit, sed & omnium statuum hominibus, imo ipsis omnium facultatum eruditis est utilissima. g)

8. Geometriæ & ad eam pertinentium specierum, Trigonometriæ, Stereometriæ, &c. usus post Arithmeticam, si non æque universalis, saltem universali proximus est. h)

9. Eadem fere de usu musices, Optices, Astronomiæ, Architecturæ, Chronologiæ, Geographiæ &c. dicenda sunt. i)

10. Illud certum est, studium matheseos in vita civili majori usui esse illis, qui ea doctrina imbuti sunt, quam studium Jurisprudentiæ. Et studiosus juris sive nobilis

larium nostrum ad disput. de pharmacopoliis. *Felices rustici quod medicis non habeant opus &c.*

g) De usu arithmeticiæ & geometriæ in medicina vid. Hippocratis *Epist. 20. in Hist. sap. & stultitiæ p. 110.*

h) Patribus familias, agricolis, mercatoribus, mechanicis, militibus, aulicis imprimis camerilibus valde prodest arithmetica, & nocet ejus ignorantia, Geometria præprimis opus habent agricolæ, mechanici & camerales, non ita reliqui &c.

i) Musica multa admiranda habet ratione effectuum, delectat & commendat. Sed etiam irritat

otium musica, non curat affectus, sed divertit saltem cogitationes. Et plura contra utilitatem musicæ apud Sextum Empir. *contra mathem. cap. 22. p. 107--112.* Optica valde delectat, & sine ea pictura inanis est. (Obiter. Pictura demonstrat, nos haud videre corpora, sed meras superficies) Calendario- rum usus magnus est. Architectura inservit commoditati, acquisitioni, defensionis, & omnibus gentibus accepta est tam in bello quam pace &c. Oratorem debere callere musicam, arithmeticam, geometriam & astrologiam, docet Quintilianus *Inst. Orat. lib. 1. cap. 10.*

Astro-

lis sit, five minus, five professionem juris, five postulatio-
nes, five judicialem potestatem, five aulam ambiat, certus
sit, proficuum ubique ipsi futurum studium matheos,
tantum abest, ut noxium. k)

11. Caveat ergo studiosus juris eos, qui à studio ma-
theos ipsum avocare student, sub prætextu, quod studia
matheos parum profint, aut quod non profint ad pieta-
tem. Illi ignorantiam, hi papisimum arcano illo tegere
intendunt. l)

12. Cavendum tamen etiam est alterum extre-
mum, ne studiosus sapientiæ nimis æstimet studia ma-
theos, tanquam quæ sola hominem felicem reddant,
sola

Astrologiam vero intelligit quam
nos dicimus astronomiam. Astro-
logia stricte dicta potius cavenda
tanquam disciplina fallacissima &
superstitiosissima. De ea vide *Me-
moires de Melvil. p. 280. seq.*
Lambec. Prodr. Hist. Lit. lib. 1. c.
6. f. 47. Sarisber. Poliâr. lib. 2. c.
19. Clerc. Bibl. chois. T. 2. p. 228.
seq. Sextum Empir. adv. mathem.
*cap. 20. p. 93-107. De usu geome-
triæ in jure videantur Joannes Bu-
teo in operibus geometricis præ-
primis pag. 115. Myleri ab Ely-
renbach Metrologia : Georgii
Marsmanni metrologia & miliolo-
gia &c.*

k) Tolle academias, tolle ad-
vocatos, (uti nec illæ, nec hi ad es-
sentiam reip. pertinent) imo tolle
leges peregrinas, obscuras, leges

scriptas, sac Jctum bello ejectum,
vel à turcis captum, jurisprudentiæ
studium ipsi nihil proderit, mathe-
seos multum. Usus ejus in bello
& pace, in negotiis cameralibus, in
judiciis, in rebus singulorum pa-
trum familias domesticis : usus ejus
apud turcas, germanos, gallos &
omnes populos, usus in aula, in ur-
be, in pago &c.

l) Ad priores pertinet locus ap-
Cuperum de arc. Atheismi p. 3. *Ma-
thematicæ res percipiuntur certissi-
ma experientia sensuum, & exigua
humano generi utilitatem af-
ferunt.* Posteriores abutuntur
doctrina Eusebii *Prepar. Evangel.*
l. 14. cap. 4. qui tamen ut con-
textus ostendit, & de subtiliori stu-
dio mathematico loquitur, & non
tam

sola nomen scientiæ mereantur, sola hominem eruditum reddant in omni studiorum genere, sola possint res alias physice impossibiles evidenter demonstrare. Una voce caveat a fastu quorundam mathematicorum. m)

13.

tam mathematicos oppugnat, quam christianos adversus mathematicorum objectiones defendit.

m) Pertinent huc ex operibus Hobbesii duo tractatus, quorum, quia rariores sunt, non pigebit, summam hic exhibere, præprimis, quia ut constat, Hobbesius ipse fuit egregius mathematicus. Unus est: *de principiis & ratiocinatione geometrarum, ubi ostenditur incertitudinem falsitatemque non minorem inesse scriptis eorum, quam scriptis physicorum & ethi-
corum, contra fastum professorum geometriæ.* Scriptus est hic liber contra Euclidem & Clavium. *Cap. 1. de puncto, c. 2. de linea, c. 3. de termino, c. 4. de linea recta, c. 5. de superficie, c. 6. de superficiæ terminis, c. 7. de superficie plana, c. 8. de angulo, c. 9. de figura, c. 10. de petitione 1. Elem. 1. Euclidis, c. 11-17. de ratione, c. 18. de radice & atere, c. 19. Prop. 16. El. 3. examinata, c. 20. de dimensione circuli, c. 21. de magnitudine circuli Hugeniana, c. 22. de sectione anguli,*

(*Thomasi Cartesii. Pars I.*)

*c. 23. de ratione quam habet recta composita ex radio & tangente 30. grad. ad radium ipsum. Item de propof. 47. Elem. 1. demonstratione. Secundi libri titulus est: *Examinatio & emendatio mathematicæ hodiernæ, qualis explicatur in libris Johannis Wallisii, geometriæ professoris Saviliani in academia Oxoniensi.* Continet dialogos sex: quorum primus est de mathematicæ origine & principiis scientiæ, & de natura demonstrationis: secundus de principiis traditis ab Euclide, tertius de demonstratione operationum mathematicarum & regulæ aureæ, quartus de rationibus, quintus de angulo contactus, de sectionibus conii, & arithmetica infinitorum. Sextus de cycloide. Multa habentur in istis duobus tractatibus, pertinentia ad historiam matheoseos, item contra prætensam nimiam utilitatem algebrae, & quæ vel confirmabunt, vel illustrabunt positiones plerasque sequentes nostras. Pertinet etiam ad eundem scopum ex arte cogi-*

U

LAN-

13. Operam autem dabit studiosus sapientiæ, ut non tam sollicitus sit de erroribus, quos in mathematicis istis fastuosis hæctenus notarunt eruditi, quam de eorum radicibus, ut his amputatis eo securior esse possit. n)

14. Fons primarius est, quod mathematici in proponenda doctrina matheſeos non subſtiterint in uſu ad vitam civilem, ſed ſolam inſpectionem veritatis pro fine habuerint, ſine reſpectu, an ea veritas uſum habeat in vita, an minus. Ita vero dilapſi ſunt in ſpeculationes multarum

sandi P. 4. c. 9. quod ex profeſſo tractat de nazis geometrarum in demonſtrando, quorum ſex præcipui recenſentur. 1) quod magis certitudini operam dent, quam evidentia, & quod magis velint ignorantibus convincere quam erudire, 2) quod probent res probatione non indigentes. 3) quod nimis utantur probatione per impoſſibile. 4) quod probationes ſint nimis longe quæſitæ. 5) quod non ſequantur ordinem naturæ. 6) quod non utantur definitionibus & diſiſionibus. Capite ſequenti 10. reſpondet autor ad ea, quæ mathematici adverſus illas objectiones excipere ſolent. Ex hac arte cogitandi eadem fere repetit Clericus *Part. 3. Log. c. 12.* ut taceam de Sexto Empirico, qui in tractatu adverſus mathematicos *c. 19. & ſeq.* prolixè diſputat contra geometras,

arithmeticos, muſicos, cujus tamen objectiones non omnes ſunt rejiciendæ, nec adeo mathematicis errant negligendæ & contemptim habendæ, cum multis ex illis utantur etiam autores dogmaticæ philoſophiæ modo citati, & cum multæ rationibus nitantur magni ponderis, qualis illa, dum *d. c. 19. p. m. 86.* eos notat, quod ſæpe probent idem per idem. Conf. dicta *infra ad n. 46.* Auſus quidem eſt Carolus Renaldinus *analytica part. 3. lib. 1. c. 15.* Empirico reſpondere. Sed miſere id agit vel diſcurſu plane impertinente, probando obſcurum per æque obſcurum, vel loco reſponſionis probando theſin.

n) Præter autores *n. præced. citatos* videt etiam Huetium, qui in *prefatione demonſtrationis Evangelicæ* notat, mathematica principia nonnullis in dubium vocari.

o) Per-

tarum rerum subtilissimarum & inutilissimarum. o)

15. Hoc errore semel admisso putarunt, mathesi esse scientiam scientiarum, quæ in eo differat a reliquis scientiis, quod reliquæ a sensibus incipiant, & ab iis abstrahant, mathesis vero versetur circa res insensibiles, & entia mathematica adeo pertineant ad purum intellectum non ad imaginationem. p)

16. Novi errores vero plures ex his duobus primariis propullularunt; quod scilicet voluerint punctum, lineam, superficiem, corpus, unitatem, numerum, &c. quæ sine sensibus non percipiuntur, & quæ si semel sensibus percipiuntur, evidentem sui ideam in animo relinquunt, sine sensu definitionibus, obscuris plane & insufficientibus, definire. q)

17. Quod non solum has definitiones, ut veras & indubias, sed etiam, contra naturam demonstrationis scientificæ, aperte hypotheses, i. e. propositiones incertas & indemonstrabiles, fundamenti loco supposuerint. r)

18.

o) Pertinet huc Eusebius Præpar. Evang. d. l. 14. c. 4. qui hac in parte expresse sequitur doctrinam Socratis, de quo elegantissimus est locus apud Xenophontem in memorabil. l. 4. c. 12. p. 284. seq. nostra versionis Germanica. Et jam supra latius ostensum cap. 1. sapientiam consistere non tam in doctrina veri quam boni, & quidem in boni cognitione viva non subtili.

p) Communis est hæc doctrina

mathematicorum, potissimum Cartesianorum, qui ubi entium exempla dare volunt, quæ ad purum intellectum pertinent, quatenus is imaginationi opponitur, ad entia mathematica provocant.

q) Res in sensu incurrentes definirî nequeunt, quia nullus conceptus rerum clarior quam sensuâlis, & definiuntur saltem abstractiones intellectus de rebus in sensu non immediate incurrentibus.

r) Potissimum in astronomia, chron

18. Quod, cum infinitum transcendat rationem & demonstrationem, & cum impossibile repugnet rationi, tamen istis erroribus semel admissis eo prolapsi fuerint, ut putaverint, mathesin posse dare demonstrationem infinitorum, imo impossibilium, quo nihil esse potest a veritate & a primis cognoscendi principiis alienius. s)

19. Atque ut hætenus observati fontes errorum distinctius illustrentur, & ne videamur mathematicis quid affinxisse, sequentia observare non erit injucundum.

20. Tradere mathematicos, mathesin esse scientiam scientiarum, quæ certis & infallibilibus nitatur principiis, ex quibus certissimæ & evidentissimæ conclusiones oriuntur, ex neotericorum scriptis constat, cum tamen Pythagoras, Plato, aliique insignes mathematici erubuerint mathesin scientiis annumerare. t)

21.

chronologia &c. De astronomiæ incertitudine & novo quodam mundi systemate vid. Cuper. *Arcan. Arithm.* p. 20. Contra doctrinam receptam de magnitudine solis nota objectio Epicuri. Adde *aufgefangene Brieffe* p. 312. *neuen Agenten* n. 201. p. 28. De chronologia hypotheses noviores Scaligeri Petavii &c. vide ap. Clerc. *Bibl. choisie* T. 2. p. 171. seq. De geographia sacra eund. *ibid.* p. 305. seq.

s) Vide *infra* n. 29. seq.

t) De Platone & Pythagora vi-

de Carol. Renaldinum *analytica* part. 3. c. 3. 5. 10. 14. Quos misere refutat Renaldinus, contrarium probans auctoritate Aristotelis & discursibus parum aptis, ubique petentibus, quod erat in principio. Porro Campanella *Tom. 1. lib. 5. c. 2. art. 2. & 3. foli 346. seq.* docet. Mathesin non esse scientiam, sed instrumentum sapientis. Saresberienensis *Policrat.* lib. 2. c. 18. 19. docet Mathesin a sensibus incipere & probabilia tradere.

u) Ini-

21. Quod si vero eos de objecto matheseos quæras, dum de materia insensibili loquuntur, nescias quid velint, ita eorum responſiones ubique sunt contradictoriæ. u)

22. Similis difficultas est de corpore mathematico. Nescias enim, si mathematicorum scripta consideres, an

u) Initio distinguunt *inter mathesin puram* (arithmeticam & geometriam, & *mixtam*; (disciplinas reliquas) deinde de pura sic loquuntur: dicunt, *objectum matheseos esse materiam intelligibilem & insensibilem*. Si vero objicias iis lineas & puncta in papyro, respondent. *Considerare quidem mathesin id quod materiale est, id est, quantitatem, sed abstrahere tamen a sensibilitate, i. e., a motu & mutabilitate*. (Hoc esse ineptum, constat vel ex definitione lineæ rectæ quod sit brevissima inter duo puncta: An enim hæc definitio sine motu concipi potest?) Item dicunt porro: *Mathesin nec sensibilia nec aliquid præter sensibilia considerare, sed ea quæ per se conveniunt magnitudinibus, & extra sensibilia dari non possunt*. (Hic iterum meri sine mente soni: Nam ita considerant mera entia rationis, entia vero rationis non sunt materialia. Et materia insensibilis est materia immateria-

lis. Adde locum Aristotelis ap. Renaldin. *d. Part. 3. c. 5. p. 6. Certitudo mathematica est in iis, quæ non habent materiam*) Porro dicunt: *In mathesi punctum & lineam sensibilem multum juvare imaginationem, sed esse signum saltem lineæ, quam mathematicus in animo consideret*. (Hic nota: ita non differre abstractionem physicam à mathematica, quod tamen volunt mathematici. vid. Renaldin. *d. part. 3. l. 1. c. 2*. Nam & homo, animal &c. quæ sentiuntur, signa sunt universalium, a quibus physicus abstrahit, juxta vulgare: Homo non vidit Hominem &c. Interim nota hanc confessionem *de imaginatione* contra Cartesianos, qui res mathematicas dicunt pertinere ad intellectum purum imaginationi oppositum.) vide Renaldinum *analyt. part 3. l. 1. c. 2. 7. 9*. De imaginatione confer eund. iterum *d. part. 3. lib. 3. c. 8. p. 120* Plura ad probationem theses pertinentia pete ex

an id sit ens, an non ens, crassum, an subtile, visibile an invisibile? w)

23. Porro quod mathesis contineat multas subtilitates, quæ nullum habent usum in vita civili, ipsi fatentur, vel certe si negarent, fateri cogentur, dum sæpissime mathematicas suas demonstrationes & mechanicas experientias opponunt. x)

24. Vice versa multa sunt evidentia in experientia sensuali, cujus nullam demonstrationem accuratam & veram dare possunt mathematici. y)

25.

Vossio de scientiis mathematicis. Tschirnhauf. medic. mentis. Marii Bettini *Ærario Philosoph. Mathem. Clerici Logica Part. 3. cap. 13. quod adeo non bene convenit cum capit. præcedent. 12.* Forte melius respondissent mathematici, si dixissent: Mathesin versari circa quantitatem spirituales i. e. invisibilem, cujus signa sint visibilia. Sed hoc cum ipsorum hypothesi physica de essentia corporis consistente in extensione non poterat conciliari.

w) Pertinent huc, quæ disputat Empiricus p. 84. In præcedentibus jam objecerat Sextus Empiricus de puncto: Punctum est aut *Corpus* aut incorporeum &c. Hic Renaldinus d. P. 3. l. 1. c. 15. p. 27. recte monet, Empiricum loco *res corpus* dicere debuisse *corporeum*. Etenim punctum etiam non sit corpus, esse

tamen corporeum, quia ad id pertineat, quod revera sit corporeum, Sed quid si Empiricus instet & assumat hunc terminum *corporeum*, ac sic urgeat. Si punctum est corporeum, erit vel materiale vel immateriale; si est materiale, non procedit hypothesis, quod mathesis versetur circa ea, quæ non sunt materialia, si est immateriale, erit incorporeum &c. Quid hic respondebit Renaldinus?

x) v. gr. in quaestione de portione inter lineam rectam & curvam seu inter diametrum circuli & peripheriam, ubi mechanicè differentia evidens est ut inter 1, & 3.

y) Bettinus *Tom. 1. ærarii philosoph. mathem. p. m. 257.* ista recenset: in circulo heptagonum regulare atque alias omnes figuras re-

gu-

25. Cum autem primum & infallibile veritatis criterium sit evidentia sensualis, tanquam prima quædam veritas nec demonstratione indigens, nec demonstrabilis, facile patet, mathesin, quatenus ejus prima fundamenta sunt tales veritates primæ, scientiæ quidem æquipollere, scientiam tamen non esse; quatenus autem evidentiam sensuam opponitur, necessario falsa docere, adeoque tales doctrinas jure in dubium vocari, cum veritas veritati nequeat opponi.

26. Etenim quemadmodum impossibile est, ut ex certo veris principiis sequantur falsa; ita disciplina, quæ ex falsis vel impossibilibus principiis propositiones suas deducit, nomine scientiæ indigna est. Talem autem esse mathesin, inde clarum est quod mathematici fateantur, mathesin abstrahere etiam a possibili, & quod tamen ipsi mathematici inter genera demonstrationum, quibus utuntur, admittant etiam deductionem ad absurdum seu impossibile. z)

27.

gulares inscribere, circulari peripheriæ rectam æqualem designare, circulum quadrare, (hæc exempla etiam pertinent *adv. præc.*) cubum duplicare, duas medias proportionales demonstrative geometricè invenire &c. Imo quid verbis opus, ipsum principium vulgatum in doctrina trigonometriæ: *trianguli tres angulos esse æquales duobus rectis* etsi evidentissimum & verissimum, geometricè demonstrari nequit, quicquid etiam se hic torquet

Renaldinus *d. Part. 3. lib. 1. cap. 10. 11. 12.* Quid evidentius, quam globum majorem non transire per foramen minus. Sed cedo demonstrationem vel rationem geometricam. Vide Suenteri *Mathematicæ Græcæstunden Part. 3. propos. 20.*

z) Bettinus *Ærar. Philos. Mathematicæ. proleg. cap. 6. §. 6. & 8.* ex Proclo docet, finem matheseos esse contemplationem, non operationem, quia sæpe numero etiam eo-

FUI

27. Porro, quod res sensibus perceptas ac monstratas, aut certe statim ac monstratæ sunt, evidentes definiverint, aut definire voluerint, & definitionibus suis magis obscuraverint, & dubias reddiderint, patet ex singulis eorum definitionibus & quæ circa illas ab ipsis mathematicis, etiam contra principem eorum Euclidem, disputari solent. a)

28.

rum, quæ fieri nequeunt, problemata proponat. Addit postea, abstrahere philosophum geometram non solum a quantitate sensibili, & ab operatione problematica geometrica, sed abstrahere etiam a possibili, sive in geometrica operatione, sive in materia sensibili &c. Quod vero in demonstrando geometræ utantur sæpius deductione ad absurdum, ex eorum demonstrationibus constat & jam supra notatum est *ad tb. 12. n. 3.* Confer Renaldinum *d. lib. 1. Part. 3. c. n. f. 13.* Aperte autem contradictionem involvit, velle demonstrare impossibilia, & velle alios refutare per deductionem ad impossibile.

a) Sic Euclides *punctum* definit, cujus pars nulla est. Hoc vero pacto anima humana & omnis spiritus foret punctum, quod absurdum. Sed curgenus in hac definitione non posuit Euclides? Quia nullum habuit, quod poneret. Si

dixisset *quantitas*, fuisset contradictio, *quantitas sine partibus*. Alii ut Renaldinus, &c. putarunt se dubium evafuros, si loco generis ponant *signum*. Sed signum est alicujus rei signum & in ratiocinatione æquipollet rei signatæ. Cujus ergo signum erit punctum? Res iterum deveniet ad *quantitatem*, vel quid simile. Quatuor diversas definitiones *lineæ rectæ* dederunt Euclides, Plato, Proclus, Archimedes. Ex his elige, cui dicas, tu mihi sola places. Vide Bettinum *in proleg. p. 34. seq.* De definitionibus & existentia *puncti, lineæ, lineæ rectæ, superficiæ* graviter & passim justis rationibus disputat Empiricus *d. c. 19.* adversus mathematicos. Idem *c. 20* prolixè disputat contra existentiam numerorum magnam verisimilitudine, si velis defendere definitionem unitatis Platoniam. Quod existentiam *lineæ rectæ* attinet, facile concedent mathematica-

28. Ulterius ex principiis logicis constat conditionem neque affirmare neque negare, adeoque propositiones conditionales seu hypotheticæ nunquam possunt haberi pro fundamentis demonstrandi propositiones certo veras. At vero disciplinæ mathematicæ sæpe utuntur hypothesibus, maxime vero astronomia, chronologia &c. b)

29. Cum verò plurima loquantur mathematici de infinito mathematico, & demonstrationibus hujus infiniti,

thematici, eam in rebus & substantiis physicis non existere. Quomodo vero certo concipere possimus, in motu corporum dari *motum rectilineum*, cum evidentia sensuum quotidie ostendat, non modo motum naturalem rerum magis inclinare in motum per arcum, & motus etiam violentus in rectum tendens absque arcu non sit. Si ergo linea recta non datur in rerum natura, quomodo asserere possunt novi philosophi, motum naturalem esse rectilineum. Verum enim est, quod convenit cum re & ejus natura. Et intellectus, qui a natura rei abit, non potest jactare demonstrationes & scientiam, sed pro intellectu ægrotante habendus, ut ejus qui mania correptus se putat Cræsum esse, cum sit Iro pauperior. Contra definitionem *anguli*, quam tradit Euclides, vide

(*Thomasi Cantelar, Pars I.*)

non solum dubia Sexti Empirici *d. c. 19. p. m. 86.* sed & autorem artis cogitandi *P. 4. c. 4. p. 411.* Cleric. *p. 3. log. c. 10. n. 5.* Idem autor artis cogitandi *d. p. 4. c. 4.* ostendit definitionem *rationis & proportionis* apud Euclidem se non recte habere. Dubia, quæ idem movet contra Stevini definitionem *numeri* vid. *d. P. 4. c. 5.*

b) Vide ulterius quæ contra hypotheses ejusmodi objicit Sextus Empiricus *d. c. 19. p. 72. 73. 74. v.* gr. quis affirmaret ex propositione, si asinus volat, habet pennas, posse deduci veritates Mathematicas. Qualis vero differentia est inter illud exemplum logicorum frequentissimum, & propositionem mathematicam. *Si linea recta circulum semper in uno puncto saltem tangit, poterit demonstrari appropinquatio duarum linearum in infinitum*

X

sum

niti, tam intuitu divisionis, quam intuitu mobilitatis, cautius considerabit studiosus sapientiæ, an hoc infinitum sit fœtus sanæ rationis, an valde ægrotantis. c)

30. Et cum homini sanæ mentis facile pateat, infinitum non esse objectum demonstrationis scientificæ, cave-

tum nunquam se attingentium. Confer omnino Bettinum in prolegom. c. 6. §. 7. Weigel philos. mathem. part. 2. p. 132. & 382.

c) Equidem communiter mathematici de divisibilitate lineæ & temporis, vel in genere quantitatis finitæ in infinitum, gloriantur, tanquam de re indubitabili. Vid. artem cogitandi p. 4. c. 1. Uti vero gloriationes illæ communiter nituntur præjudicio autoritatis, & falsa hypothesis de incertitudine sensuum, ita non melius poterit ea oppugnari, quam si ostendatur, quantæ absurditates evidentissimæ ex doctrina infiniti illius oriantur; v. gr. nullam dari extensionem, nullum dari motum. vid. omnino Bælium *Diction. Critic. sub voce Zenon. p. m. 1267. seq.* Nec possunt de ea divisibilitate loqui mathematici citra apertam contradictionem. Renaldinus *d. part. 3. analyt. lib. 3. cap. 8. p. 10.* latius probare vult, non dari indivisibilia geometrica. Sententiam, quam probare sustinet, ita explicat *cap. 8. p. 121. Alii -.- cautius*

*loquentes - - indivisibilia reipsa non dari crediderunt, sed mentis cogitatione tantum obtineri putarunt. Dum enim aliquid absolute indivisibile terminans lineam ejusque partes conjungens imaginamur, habemus punctum. - - Posterior ista sententia mihi semper ad veritatem summopere accedere visa est, juxta quam propterea e medio essent tollenda hujusmodi indivisibilia in quantitate & re quanta, solumque concedenda partes in infinitum geometricæ si non physice divisibiles, per quas tota quantitas continuetur ac terminetur absque aliis indivisibilibus. Vides igitur: punctum simul est geometricæ indivisibile, simul geometricæ divisibile in infinitum, & secundum Renaldinum unum ex altero sequitur, seu unum alteri æquipollet, & huic tamen discursui substituitur totum *cap. 8. p. 9. 10.* apud Renaldinum. Parum ab similis est discursus Weigelii *d. part. 2. p. 383.* ubi hoc infinitum vocat nihil, quasi
*infi-**

cavebit ulterius, ne patiatur se decipi a modestioribus, qui infinitum hic dicunt æquipollere *indefinito*, cum infinitum & indefinitum valde differant, & etiam ab his, terminus infiniti præ termino indefiniti adhibeatur, ne cogantur fateri ignorantiam suam. d)

31. His cautelis probe observatis facile percipiet studiosus sapientiæ, mathematicos, dum ex illa doctrina infiniti deducunt appropinquationem duarum linearum in infinitum, sine contactu, docere impossibilia, & quæ repugnant sensui communi.

32. Cum vero falsa & impossibilia non possint fluere ex vero principio, jure merito cautus matheos studiosus

infinite finitum. Similis contradictio evidens est *totum finitum* habere *partes infinitas*. Non cogitarunt mathematici fines intellectus in abstrahendo. Uti enim in abstractione logica stultus esset, qui v. gr. substantiam abstraheret ab accidente & tamen definiret, quod sit subjectum accidentium, item qui abstraheret ens ab existentia & essentia, & tamen definiret, quod haberet existentiam & essentiam, item totum a partibus, & tamen id totum definiret, quod habet partes &c. Ita etiam impertinens est, in toto concipere *partem minimam*, & tamen hanc partem minimam, tam intuitu lineæ quam temporis iterum concipere, ut totum, quod habet partes, &c.

d) Ita terminum infiniti explicat Bettinus *Ærarii philos. mathem. tom. 1. p. 289.* Cautelam ipsam sic demonstro. Finitum & infinitum sunt contradictoria. Hæc medium non admittunt. Ergo indefinitum est vel finitum vel infinitum. Si revera infinitum, etiam indefiniti demonstratio non dabitur. Si finitum, falsum, quod sit synonymum infiniti. At usu communi indefinitum est finiti species illa, & quo certus sum, *quod sit finitum, sed ubi aut quot fines habeat, ignoro.* Igitur nec hujus indefiniti demonstratio dabitur, quia termini ignorantur: quam ignorantiam ne aperte cogantur mathematici ex definitione indefiniti

dius dubitabit de veritate principiorum unde deducitur illa propositio de duabus lineis. e)

33. Neque patietur sibi imponi exemplis, quibus mathematici utuntur ad demonstrandam assertionis suæ evidentiam. Quod si quis enim paululum attentius attendat ista exempla, facile apparebit, in illorum explicatio-
ne falsum aliquod axioma, vel falsum aliquod factum præsupponi. f)

34. Dabit etiam ea observatio occasionem ostenden-
di genesin errorum & quomodo unus ex altero fit ortus, & refutandi evidenter & palpabiliter primum falsum vel etiam singulos errores inde deductos. g)

35. Un-

niti fateri, malunt adhibere termi-
num infiniti.

e) Ut adeo mirer sagacem a-
lias Joh. Clericum falsitatem hujus
doctrinæ non olfecisse, sed eadem
uti in meditatione de veritate re-
rum spiritualium. *part. 2. de l' in-
credulité c. 7. p. 272.* Age dividant
distantiam linearum in tot partes,
quot velint, dicant motum linea-
rum appropinquantium horæ vel
diei spatio etiam per minutissimas
partes distantia: necesse est, ut da-
ta distantia & dato spatio motus di-
urni vel horarii secundum princi-
pia arithmetica ipsum tempus ap-
propinquationis intimæ seu con-
tactus demonstratur.

f) Exempla talia vide apud

Schwenkerum in *mathematischem
Erquickstunden part. 2. propos.
31. 32.* Sturmium *Mathes. enucl. fig.
110. ad latus pag. 222. explicatam p.
227.* Weigelii *Philos. Mathem.
part. 2. fig. 158. ad latus p. 364. ex-
plicatam p. 382.* In his plerum-
que supponitur, circuli partes sin-
gulas seu puncta deviare in curvi-
tatem, aut supponitur, perpetuæ
appropinquatio aut impossibilitas
contactus, quæ supposita falsa esse
facile apparebit ei, qui ista exempla
sibi proponet in spatio majore,
quam sunt illa folia & horum mi-
nutæ particula, in quibus ea depin-
gi solent a mathematicis.

g) Primum falsum videtur in eo
consistere, quod statuunt, lineam
tangen-

35. Unde jam facile, etiam percipi potest falsitas doctrinæ variorum paradoxorum ex hypothefibus modo notatis deductorum. h)

36. Sensibilissime vero istarum subtilissimarum meditationum de minutis infinitis vanitas concipi potest, si quis consideret, in omnibus istis doctrinis de appropinquatione infinita duarum linearum fere semper in-

tangentem circumulum semper tangere saltem in uno puncto, ut quod fere mathematici supponunt, non probant, vid. Weigel. *part. 2. philosoph. mathem. p. 172*. Ex hoc deduxerunt postea (2) quod in omni circulo circumferentiæ incurvetur in singulis punctis circulis, item (3) quod perpendicularis supra medio lineæ rectæ ducta sola sit brevissima, reliquæ vero omnes ex eodem puncto lineæ perpendicularis ad utrumque latus ductæ lineæ etiam si ad perpendicularem maxime appropinquent, sint longiores perpendiculari. Primi suppositi falsitas patet v. gr. ex pluribus globis marmoreis diversæ magnitudinis liquidis coloribus tinctis, qui si imponantur tabulæ marmoreæ, puncta ex globis in tabulam signata majora erunt, quo majores sunt globi: Secundæ (& primæ) propositionis falsitas apparet, si quis ex

duobus centris, quorum unum propius est lineæ tangenti, alterum vero valde remotum ducat duo segmenta circuloꝝ lineam illam tangentium. Tertia falsitas erit conspicua, si alterum extremum lineæ perpendicularis sit valde remotum ab altera lineæ recta.

h) v. g. quod circumferentiæ circuli, in qua, tanquam lineæ, nulla latitudo concipitur, constet tamen ex tribus diversis conceptibus concavitate & curvitate, quæ medium habeat rectum. Vid. Bettin. *p. 86*, quod item intellectus humanus possit scire proportionem accuratam inter lineam rectam & curvam, item quod generatio linearum curvarum, quæ infinita sunt, demonstrari possit. Cum tamen evidens sit, sentiri quidem, in lineæ incurvata curvum majus esse concavo, se proportionem illius diversa magnitudinis non intelligi.

X 3


Porro

includi diminutionem motus in singulis propositionibus, ubi necessario supponitur divisibilitas lineæ in infinitum, & ita probatur idem per idem. i)

37. Adhuc sensibilibus observata nostra probantur, si quis rem physicis exemplis illustret, ac in originem harum meditationum inquirat. Deprehendet enim veritates tales

Porro evidens est, quod lineæ curvæ sint infinitæ, infiniti autem nulla datur demonstratio. Vidē litem circa doctrinas de quadratura circuli lineis curvis & tangentibus, quæ intercessit illustri auctori medicinæ mentis cum celeberrimo G. G. L. (*in actis eruditorum anni 1686. p. 289. f. 292. seq. ann. 1687. p. 524. seq.* & locis ibidem citatis ulterius) & cum Fabro de Duillier (*in Biblioth. universal de anno 1687. p. 25. seq.*) Adde Detlevi Cluveri monitum ad geometras *in dictis actis anni 1687. p. 586. seq. ubi pag. 587.* diserte asserit in perquirenda magnitudine corporum curvilineorum tot fere errores in mathematicorum libris inveniri, quot propositiones ad eorundem dimensionem adduci soleant.

i) Evidens res erit in exemplo. Fiat angulus rectus a. b. c. ducatur linea recta ab a. ad c. In hac linea a c. *appropinquabit a in infinitum* ad punctum b, si singulis



horis diminuatur velocitas motus ejus proportionem dimidia v. gr. prima hora movebitur ab a ad punctum d, tanquam dimidium lineæ ab. secunda hora ad punctum e, tanquam dimidium lineæ db. tertia hora ad punctum f. tanquam dimidium lineæ e. b. quarta ad punctum g, tanquam dimidium lineæ f. b. *Et ita in infinitum.* Hic enim

tales mathematicas ortum debere sophismatibus antiquioris dialecticæ. k)

38. Neque ægre ferre poterunt mathematici, quod circa tales minutias ipsis dubia moveamus, quia in his minutiis ipsam mathefin quærunt, quotquot (mathefin scientiis mechanicis opponunt & præferunt, atque has ob neglectum harum minutiarum contemnunt.

39. Quod vero hæ subtilitates mathematicæ nullum habeant usum, facile ex inductione patet, cum nullus

enim ad probandam appropinquationem infinitam supponitur lineolam remanentem g. b. adhuc in infinitum dividi posse, quod uti fieri nequit physice, ut ipsi fatentur, & evidentia sensus docet, ita nec fieri nequit mathematice salvis principiis ratiocinandi per ea quæ dicta sunt ad n. 29. circa finem, & sic probant idem per idem. *Corf. supra notata ad n. 12.* ubi notavimus, Empiricum jam suo tempore objecisse hanc probationem ejusdem per idem mathematicis.

k) Assumam exemplum quod in cogit. mensuris germanicis ann. 1689. p. 399. ex autore de la philosophie du Prince sed paululum obscurius excerpfi. Dentur canis & lepus, quoque velocitas eam habeat proportionem, ut velocitas leporis sit dimidio minor velocitate canis. Supponatur jam utrumque animal

semper currere per lineam rectam & leporem a cane distare 100. passibus dum uterque simul incipit currere. Hic dicunt, si canis est in puncto, ubi lepus incepit currere, lepus jam distat a cane 50. passus. Si canis hos 50. passus æquavit, lepus ipsum præcedet 25. passus. Tum porro novo cursu $21\frac{1}{2}$. tum $6\frac{1}{4}$. tum $3\frac{1}{8}$. tum $\frac{19}{16}$. tum $\frac{7}{4}$. tum $\frac{27}{8}$. tum $\frac{15}{4}$. & sic in infinitum. Dico mathematicum divisionibus suis infinitis non posse momentum, in quo canis leporem capere possit, invenire, etiamsi per centum annos in istis operationibus mathematicis se exerceat, dum interea temporis, si rei veritatem inspicias, lepus jam diu a cane captus, assatus, comestus, & digestus est. Ortum vero debere has doctrinas mathematicas sophismatibus veteris dia-

lus sit ejus usus in praxi œconomica, civili, ecclesiastica. l)

40. Neque usum habent in ulla disciplina quatuor facultatum academicarum, non in physica, non in philosophia morali, non in medicina, non in jurisprudentia, non in theologia. m)

41. At inquit sufficit, quod his meditationibus acuatur & perficiatur intellectus. Imo vero, quia hæc acu-

dialecticæ, patet ex recensione sophisnatum illorum apud Menagium ad Diog. Laërtium lib. 2. num. 108. p. 121. seq. Reperitur inter illa Achilles (p. 123.) cujus & Aristoteles meminit *Physic. lib. 6. c. 14.* & Simplicius ac Themistius ad d. l. *Aristot.* item Diog. Laërt. in *Zenone Eleate lib. 9. n. 29.* Solvere vult Achillem hunc Zenonis Cartesius *P. 1. Epist. 118.* sed rationibus vix persuadentibus, cum in verbis finalibus illius epistolæ aperta lateat contradictio. Unde vero dicatur Achilles, patet ex descriptione acutissimi Bælii in *diction. Crit. voce Zenon. lit. e. Supposons une tortue a 20. pas devant Achille, & limitons la vitesse de ce heros a la proportion d'un a 20. Pendant, qu'il fera 20. pas, la tortue en fera un; Elle sera donc plus avancée que lui. Pendant qu'il fera le 21. pas, elle gagnera la 20. par-*

tie du 21. & pendant qu'il gagnera cette 20. partie, elle parcourra la 20. partie de la partie 21. & ainsi de suite &c. Vides hic similem plane hunc casum Achillis hujus cum casu nostro de cane & lepore, & cum casu illo mathematico *n. preced.* ut non ovum ovo similius esse possit.

l) Respicio hic ad communem distinctionem statuum præcipuorum in republica. Nihil acquirat scientia harum minutiarum patrum familias, princeps, ecclesia, non moratos & pacificos, multo minus christianos reddet hæc scientia.

m) Quin potius, ut jam recte observavit doctissimus Clericus *Part. 3. c. 3. n. 11. seq.* Subtilissimi mathematici in dijudicandis his doctrinis fere ineptissime judicant, ob rationes ibi recensitas. Tantum abest, ut quorundam mathematicorum gloriatio locum inveniat

acumina sensui communi repugnant, potius intellectus corrumpitur. n)

42. Cum tamen studiosus juris & prudentiæ civilis normam actionum suarum debeat metiri ex eo, quod regulariter solet fieri, inde constat, eum operam daturum, ut profunda & subtilia illa studia mathematica evitet. o)

43. Ut hætenus dicta in summam contrahamus, non negliget studiosus juris doctrinas mathematicas, sed iis sedulo incumbet, non tamen ulterius, quam sensibilis usus physicus vel mechanicus, aut civilis id postulat, ac, ut maxime operam det, ut veritatem doctrinæ mathematicæ magis sensu comprehendat, quam

ut

niat, alios persuadere intendentium, ac si algebra speciosa, sit clavis aperiendi maximas difficultates, etiam theologicas & juridicas. Quod vero Schwenterus *Part. 3. der Mathematischen Erquickstunden n. 15.* putat, in scientiis non videndum esse, an veritas sit utilis, id jam supra prolixius occupavimus *cap. 1.* Porro usus, quem idem ex Faulhabero affert de æternitatis imaginatione, discursum parum aptum ad persuadendum continet, sed potius petentem principium.

r.) Conf. dicta superius *n. 25.* Huc pertinet prolixior sed elegans discursus Plutarchi contra infini-

(*Thomasii Cantuar. Pars I.*)

tum mathematicum in tractatu de notionibus communibus contra Stoicos *p. m. 433 - 436.* ubi *p. 435.* idem exemplum de testudine cum Adraști equo currente, exagitat. Si acus cuspidem nimis acuas, uti ea vix poteris. Non male Poiretus, de eruditione solida, dum docet, animum quasi mutari in res cum gaudio & attentione cogitatas, asseruit, animum mathematici (scilicet talibus subtilitatibus immerfi) mutari in $X + a - b$. quia nimirum in meditationibus algebraicis profundioribus signorum horum maximus usus.

o) Non loquor de omni homine aut studiose, multo minus de

Y

Pre.

ut prolixis & sæpe tædiosis demonstrationibus Euclideis adfuescat. p)

44. Arithmetiæ & Geometriæ principia præ reliquis discet, sic ut in Arithmeticis etiam ad evidentiam sensualem deducantur regulæ dari solitæ in computatione fractionum, regulæ trium, extractionum radice quadratæ & cubicæ, inventionis logarithmorum &c.

45. Musicæ, Astronomiæ &c. operam dabit mediocriter, si in talibus studiis delectationem inveniat.

46. Autorem eliget perspicuum, meliori ordine utentem, quam Euclides, & ad amorem subtilitatum non seducentem. q)

47. Doctorem quæret eruditum & qui doctrinas Mathematicas etiam subtiliores calleat, quo in docendo sit expeditior nec se confundat, in docendo præterea fidellem, affabilem & patientem.

Cap. XII.

CAUTELÆ CIRCA STUDIUM METAPHYSICES.

I.

Metaphysica veterum & metaphysica hodierna multum differunt. Illa erat theologia naturalis, in cuius

Professoribus Mathematicis, quorum interest, hoc seculo, quo subtilia illa studia valde commendantur, ea scire, ut eo melius inutilitatem eorum demonstrare valeant.

p) Demonstrationes mathematicas illas esse optimas, quæ ex ipsa figurarum mathematicarum spe-

culatione se intellectui insinuant, vel exemplo Pascalii probatur, qui ita sine doctore principia doctrinæ mathematicæ ipse didicit *vid. Bællii Diction. critique voce Pascal. lit. c.*

q) Talis est Sturmii *Mathesis* enu-

jus prima parte vel proœmio tractabatur de ente in genere & ejus attributis. Hodierna illud proœmium solum metaphysicæ nomine sed male insignivit, & ab ea separavit theologiam naturalem, de qua in nova & veteribus incognita disciplina tractant, quam pnevmaticam vocant, quia in ea præter DEum etiam de angelis & anima separata agunt. a)

2. Hoc vero supposito constat, metaphysicam scholasticam parum prodesse studiosis juris, imo a scholasticis ipsis potius venditatur esse instrumentum theologiæ. Unde vulgatum: Ubi definit metaphysica ibi incipit theologia, scilicet polemica illa & hæretifex. Etenim pleræque quæstiones inter hæreticos & orthodoxos sunt de rebus metaphysicæ scholasticæ. b)

3. Modestiores igitur spuriam illam metaphysicam vocarunt, convenientiori nomine, ontologiam, ut Claubergius & Clericus, cujus usus etiam non est nullus, sed tamen intuitu studii juris non adeo magnus. c)

4. Quia

enucleata, quamvis adhuc magis commendare vellem ejus tabellas mathematicas in folio.

a) Commentarii loco hic esse poterit *historia metaphysices sub-iuncta patris questionibus metaphysicis.*

b) Ergo non opus studioso juris Scherzeriano *Vademecum*, ut quod inservit potius studiosis theologiæ illius polemicæ. Nec *metaphysica* Velthemii, etsi hic magno conatu magnas egerit nu-

gas, dum voluit usum illius metaphysicæ ostendere in studio juris. Vide quæ latius ea de re disserui in *prefatione notarum ad Stravichium*,

c) Claubergius terminos illos ontologiæ sapius explicavit ex perspicuo usu ipsius locutionis vulgaris. Clerici ontologia eam ob rem est commendanda, quod subinde notet inutilitatem disputationum scholasticarum,

4. Quia tamen in illis ontologiis tractantur termini, quibus ut technicis utuntur doctores fere in omnibus facultatibus, inde non plane carere poterit studiosus juris eorum noticia, sed seliget lexicon tale philosophicum, quod & brevissimum est, & exemplis perspicuis abundat. d)

5. Potissimum ob autores juris, qui systemata juridica tractant methodo causarum, quæ methodus, uti jurisprudentiam invasit ex doctrina Ramistica, e) ita & hodiernum regnat in scholis juris, et si ea facile carere quis possit. f)

6. Pnevumaticam quod attinet, convenientius est de natura spiritus agere ante doctrinam de materia, ut adeo physica magis nomen mereatur metapnevumaticæ, quam pnevumatica nomen metaphysicæ. g)

7. Laborat vero eo insigni defectu pnevumatica vulgaris, quod nihil solidi ibi tractetur de spiritu in genere. h)

8. Nec sufficit, si dicas, spiritum in genere esse substantiam cogitantem. Nam est mera petitio principii. Per-

d) Tales sunt *questiones metaphysicæ* patris.

e) De qua supra egimus in cap. 10.

f) Ea methodo utitur etiam compendium Lauterbachianum. *conf. supra c. 10. n. 24.*

g) Nam potissima doctrina physica est de motu corporum naturalium. Sed hæc non potest in-

telligi sine principio agente, id est spiritu. Veteres post physicam tractabant de Deo solum in sua metaphysica, non de spiritu in genere, unde recte prius tractabant de creatura & ente finito, antequam de ente infinito agerent.

h) Hoc defectu etiam laborat *pneumatologia* Clerici, quod plane nihil tractet de spiritu in genere. Scho-

Pertinet equidem cogitatio tanquam actio ad operationes spirituales, sed non omnis actio est cogitatio. i)

9. Quod vero omnes sectæ philosophorum gentilium essentiam spiritus posuerint in cogitatione, factum videtur partim, quod materiæ tribuerint vim motricem, adeoque corpus & materiam erronee habuerint pro synonymis, cum ens mere passivum non possit habere in se vim motricem tanquam activam. k)

10. Partim quod hominem crediderint esse creaturam nobilissimam, & de Deo etiam more merè humano philosophati fuerint. l)

11. At vero studioso juris multum interest possidere genuinam doctrinam de essentia spiritus, non quatenus est legum humanarum interpres, sed quatenus est studiosus sapientiæ, quia sine hac doctrina non potest rite progredi in studio sapientiæ. m)

12. Ergo cum in sectis philosophiæ gentilis frustra quæraturs doctrina vera de essentia spiritus, studiosus

Scholastici vero, imo & Cartesiani putant satis fecisse, si dicant, spiritum esse substantiam immaterialem. Sed terminus immaterialis docet, quid res non sit, non quid sit.

i) Latius id monstravi in *tentamine de essentia spiritus*. Summa credit. Materia est ens pure passivum. Spiritus est oppositus materiæ. Opposita vero habent opposita prædicata. Principio pas-

sivo opponitur non principium cogitans in specie, sed activum in genere &c.

k) Unde in *disso tractatu* deduximus consecrarium, quod omne corpus constet ex materia & spiritu.

l) Prius rejecimus jam supra *cap. 1.*

m) Confer quæ supra diximus *c. 6. n. 25. 30.*

sus sapientiæ eam quæret rectius in libro scripturæ, conjuncto cum libro naturæ & cognitionis sui ipsius. n)

13. In scriptura vero diserte essentia spiritus collocatur in virtute & potentia actrice, simulque clarum est, virtutem & potentiam hanc non esse accidens, sed substantiale quidpiam. o)

14. Porro in scripturis diserte differentia inter spiritualia & materialia ponitur in invisibilitate & visibilitate. Ut ita invisibilia sint spiritualia & visibilia materialia ac vice versa. p)

15. Imo etiam lumen & aër in scriptura tanquam res spirituales considerantur non tanquam corporeæ. q)

16. Tantum vero abest, ut hactenus recensitæ doctrinæ de natura spiritus contradicentes doctrinæ communi philosophiæ gentilis, rationi repugnent, ut ne quidem rationem transcendant, sed ex dictamine rectæ ratio-

n) Per tradita supra cap. 2. n. 72. seq.

o) Prius probatur per textus *Luc. I, 17.* verb. ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει *Luc. IV, 14.* verb. ἐν τῇ δυνάμει τοῦ πνεύματος ἁγίου. *Job. VI, 63.* verb. τὸ πνεῦμα ἐστὶ τὸ ζωοποιεῖν. *Act. X, 38.* verb. πνεύματι ἁγίῳ καὶ δυνάμει *Rom. VIII, 10.* verbis. τὸ δὲ πνεῦμα ζωῆς. *Jac. II, ult.* verb. τὸ σῶμα χάρις πνεύματος κενόν. Posterior ex textibus. *Matth. XXVI, 64.* verbis: ἐν δεξιῶν τῆς δυνάμεως & *Luc. VI, 19.* verbis: ἔτ. δυναμὶς παρ' αὐτῶ ἐξήρχετο & *Luc. VIII, 46.* ubi similis locutio.

p) 2. Cor. IV, ult. Coloss. I, 16.

q) Quod lumen attinet, patet hoc ex *Gen. I, v. 5. juncto vers. 14.* item ex 1. *Job. I, 5.* Id vero notissimum est, ebraeorum tuach & grecorum πνεῦμα, quorum utrumque spiritum denotat; prædicari etiam de aëre & vento. Unde Christus in disputatione cum Nicodemò dicit. Τὸ πνεῦμα πρὸς Spiritus spirat, i. e. ventus flat. Adeoque in genere nota: quæ in scriptura dicuntur ruach & pneuma, ea etiam revera sunt spiritualia, etsi in aliis

tionis demonstratione evidente, mathematicis ostensionibus haud cedente doceri queant. r)

17. Fluit autem sua sponte ex haecenus dictis, quod quemadmodum falsum est, essentiam spiritus in genere esse cogitationem, ita etiam falsum sit, quod omnes spiritus cogitent. s)

18. Unde jam studioso sapientiae parum etiam proderit theologia naturalis scholastica. t)

19. Interim Jcti valde interest, ne de DEO habeat conceptus erroneos. u)

20.

aliis linguis alia nomina acceperint, aut qualitates corporeae de iis praedicentur, ob regnantes in aliis linguis hypotheses philosophiae paganarum.

r) Vide jam dicta *ad n. s.* His adde sequentia: potentia mere passiva non potest per se subsistere, implicaret enim. At potentia activa est ens per se subsistens & etiam subsistentiam potentiae passivae perficiens. Materia omnis, quae debitam magnitudinem habet, & sufficiens lumen, potest videri & vice versa. Omnes potentiae actrices sunt invisibiles, etsi materia visibilis sit instrumentum aut signum potentiae activae. Lumen & aër sunt invisibilia. Quicquid non possum concipere sine actione, id est spirituale. At quis lumen & aërem

sine actione concipere poterit? &c.

s) Jam ad species spirituum.

t) Quia dato uno absurdo sequuntur plura: quia scholastici ex primo errore adacti sunt, ut essentiam DEI collocaverint in cogitando: quia scholastici miscuerunt supranaturalia philosophiae: quia distinctionibus suis doctrinam de attributis divinis magis obscurarunt quam explicarunt. &c.

u) Non solum quia studiosus sapientiae, sed & quia studiosus juris, & prudentiae civilis. Atheismus pariter & superstitio sunt characteres extremae stultitiae. Leges omnium rerum publicarum supponunt notitiam & cultum Dei. Litigia Cleri sunt saepe de conceptibus theologiae naturalis. Ad Jctum vero in republica pertinet dare

con-

20. Quicumque DEum profitentur, loquuntur de ente infinito. At ens infinitum non potest comprehendi ab intellectu finito. w)

21. Ergo præstat de DEO & ejus essentia fovere cogitationes simplices & non irrationales, quam quærere accuratam definitionem essentiaë divinæ, quæ pariat scientiam aut certitudinem mathematicam. x)

22. Si scripturam seponas, & quid de DEO, ente infinito, rationabiliter prædicare possis, a præjudiciis vacuus consideres, deprehendes, te vix ulterius posse procedere, quam: DEus est causa prima omnium rerum, non formalis, sed efficiens ac conservans, adeoque essentialiter distincta ab illis, & a seipso tantum essentiam habens & existentiam. y)

23. At, inquiunt, causæ conceptus est conceptus relativus. Vellem scire, quid sit DEus in se, quid sit, si eum considerem ante creationem? stulta quæstio, quæ id quærir, quod invenire nequit. z)

24.

consilia de litibus istis dirimendis, ne turbent remp. sed non recte dabit, nisi habeat conceptus genuinos de Deo.

w) Pertinet huc pulcherrimus locus Damasceni, *orthod. fidei lib. 1. cap. 4.*

x) Definire infinitum contradictionem involvit.

y) Latius id monstravi *part. 1. Ethices cap. 3.* ubi simul ostendi, quod hæ veritates, quamvis sim-

plices, non tamen sint steriles, sed utiles in doctrina morali-observationes producant. Et utinam hic substitissent scholastici, id est, in via causalitatis, & non addidissent intricatissimas doctrinas viæ perfectionis & eminentiæ, quibus theologiam naturalem magis obscurarunt. Dixi ea de re *lib. 1. Inst. Jurispr. div.*

z) Nescimus essentias spirituum creatorum, corporum, quæ sunt

præ

24. Quod si ergo de actionibus causæ primæ ante creationem intellectus nil concipit, nihil etiam potest concipere de potentiis ejus, seu quid Deus potuisset facere. Est enim æqualis stultitia talia quærere. a)

25. Quod si igitur ex me quæras, quem conceptum habeam de omnipotentia divina, dicam, securissimam esse responsum, DEUM omnia posse, quæ velit. b)

26. Nec est, quod dicas, istam definitionem non exhaurire conceptum omnipotentia, cum non recipietur, Deum enim non omnia velle, quæ possit. Nam ego respondebo, istam quæstionem, an Deus plura possit facere, quam velit, æquipollere illi, quid Deus fecerit ante creationem, certe nullum habere usum in studio sapientia. c)

27. Atque adeo deducet hæc observatio studiosum sapientia, ut magis sit sollicitus de eo, quid Deus voluerit,

præ oculis, imo ipsius animæ nostræ, & volumus scire essentiam entis infiniti. Non inepte adeo respondisse fertur, ni fallor Augustinus, Deum gehennam parasse pro his curiosulis. Unde cavillari sunt aperte sententiam meam adversarii, dum alibi dixi, Deum ante creationem fuisse æternum nihil, quasi voluisssem definitionem Dei dare, quasi Deum pro non ente haberem, cum tamen quilibet impartialis sentiat, me id voluisse innuere, quod intellectus meus de illo ente æterno nihil possit concipere

(Thomas Aquinas, Peri 1.)

ante creationem.

a) Unde abstinere debuissent Sociniani ab illa quæstione: an Deus potuisset homines aliter servare quam per satisfactionem Christi.

b) Etsi enim in Deo concipiam Dei omnipotentiam aliter, quam ejus voluntatem; sufficit tamen, quod in Deo voluntas & omnipotentia non sint distincta. Imo credo etiam, neminem negaturum esse hoc assertum.

c) Quid profunt quæstiones scholasticæ: an Deus potuisset plures mundos, an chimæram, an homi-

Z

mi-

rit, quam quid potuerit. Atque adeo non solum confu-
let rationem suam & librum naturæ, sed & præterea scri-
pturam sacram, tanquam multa revelantem de volunta-
te Dei, ad quæ sola ratio non pertingit.

28. Hic vero deprehendet utrobique, quod Deus
nunquam voluerit contradictoria. d)

29. Ergo etiam recte sentitur, quod Deus contradi-
ctoria facere non possit. e)

30. Nam non solum recta ratio, quam Deus cordi-
bus omnium hominum inscripsit, dicitur: contradicto-
ria nec vera esse, nec fieri posse; id est, nec esse objectum
veritatis, nec potentia.

31. Sed & apud saniores Christianos quarumcun-
que sectarum id fundamenti loco positum fuit in explica-
tione scripturæ sacræ; ita explicationem sc. faciendam
esse ne sequatur absurdum. Nihil autem absurdius con-
tradictione. f)

32. Cave tamen, ne hanc veritatem extendas latius
quam debet. Valet enim saltem in creaturis, & quid
Deus

minem cum capite taurino &c.
creare.

d) Dicitur enim recta ratio,
omnipotentiam esse potentiam
omnium non impossibilium. Con-
tradictoria vero ex dictamine rati-
onis sunt impossibilia. Scriptura
vero nusquam dicit, quod Deus
contradictoria velit.

e) Consentunt hodie in ex re
philosophi omnium trium religi-
onum, etsi olim hæc doctrina, quod

Deus non possit impossibilia, in
medio tenebrarum regno Parisiis
fuerit damnata. Vide Launojum
de varia fortuna Aristotelis c. 10.
p. m. 95.

f) Ex hoc fundamento olim v.
g. disputatum fuit contra anthro-
pomorphitas, dicta scripturæ de
manibus, oculis, pedibus DEI in-
telligentes proprie. Ex hoc fun-
damento Protestantes oppugnant
Pontificios in dogmate de transub-

stan-

Deus intuitu harum facere possit. Unde hæc doctrina non est extendenda ad doctrinam, qua aliis communicamus conceptus quoscunque nostros circa essentiam DEL. g)

33. Ergo in Deo ipso nec contradictoria sunt, nec similia, sed omnia sunt idem, etsi prædicata de Deo intuitu creaturarum, unde sunt mutuata, involvant contradictionem vel similitudinem. h)

34. Caveat porro studiosus sapientiæ doctrinam scholasticam de miraculis, cum ea studio quasi rem obscurer, ne falsa miracula Cleri pontificii, quibus totum orbem per multa secula decepit, tam facile detegi & deprehendi possent. i)

35.

stantiatione circa explicationem dicti: Hoc est corpus meum, &c.

g) Cum enim hanc tanquam entis infiniti non possimus capere, & omnis propositio de subiecto prædicet aliquid latius vel æquale subiecto; infinitum vero nec latius habeat nec æquale, cogimur cogitationes nostras de Deo efferre per prædicata a creaturis finitis desumpta, quas si distinctius velis explicare, res redibit ad contradictionem. Ita v. g. æternitas dicitur tempus sine principio & fine, aut in quo nec prius est, nec posterius. Deus dicitur esse circulus, cujus punctum ubique, peripheria nusquam. Confer dicta supra ad n. 23.

h) Proderit hæc observatio studioso sapientiæ in controversia intricatissima cum Socinianis de trinitate. Possunt enim facillime omnes Socinianorum objectiones refutari, si dicamus 1, quod tria sint unum, esse contradictionem quidem in creaturis, non in Deo, 2. contradictionem hanc pertinere ad creaturas visibiles, in invisibilibus vero quotidie deprehendi, trinitatem esse unitatem *Vide tentamen de natura Spiritus cap. 7. lb. 94--134.*

i) Occasionem obscuritati & confusione etiam dedit quæstio de differentia potentiæ divinæ & diabolicæ, scilicet an & diabolus possit

Z 2

lit

35. Studiosus sapientiæ in similibus quæstionibus de miraculis ante omnia tentat, an causas prætensi miraculi concipiat, an minus. Priori casu rem non pro miraculo, sed eos, qui talia credunt, pro deceptoribus vel deceptis habet

36. Quorum vero causam ignorat, in iis cautus est, ne propterea statim ea habeat pro miraculis, quia multæ res naturales quotidie occurrunt, quarum causas ignoramus, & quia ars humana adhuc magis illudit hominibus. k)

37. Neque opus habet studiosus sapientiæ miraculis, ad credendas veritates rationabiles, siue humanæ sint siue divinæ, (neque enim divinæ rationi repugnant.) Scilicet miracula, docente etiam scriptura, sunt propter incredulos, & qui nondum calcarunt viam sapientiæ.

38. Ergo & ex suæ philosophiæ principiis Iustus certo persuasus est, quod Deus semper & quotiescunque vult, miracula facere possit. l)

39. Interim hæc philosophia non est sufficiens ad persuadendum, ut hoc vel illud factum sit miraculum, aut

fit miracula facere. Ubi variæ distinctiones adhibitæ nihil significantes vel æque obscuræ. 1. inter facere contra naturam & supra naturam, 2. inter facere supra naturam & præter naturam, 3. inter miracula & admiranda. Tum vero, ubi de miraculis Cleri quæstio fuit, populus fuit persuasus, quod multa naturalia aut moralia, vel politi-

ca, si modo non fuerint quotidie obvia, sint miracula, &c.

k) Prioris exemplum esto ignis, glacies, magnes &c. posterioris, die Taschen-Spieler, Eyerma-cher, Charten-Künste.

l) Nam conceptus causæ primæ omnium rerum involvit maximam miraculum.

m)

ut ut Deus hoc vel illud per modum miraculi facere voluerit.

40. Imo ex historia tam sacra quam profana observat, quod multa facta pro miraculis divinis a sacerdotibus paganis & Clero pontificio fuerint venditata, quæ nihil minus fuerunt.

41. Imo quod ipsa facta, quæ ut miraculorum exempla dantur, sint dubiæ fidei vel interpretationis.

42. Quare prudens JCtus, dum hæc omnia probe perpendet, tutissimum judicat, si de rebus, circa quas justæ dubitandirationes se offerunt, an, & quomodo factæ fuerint, judicium suum suspendat, ac rem Deo committat. m)

43. Porro etiam ex conceptu causæ primæ fluit, quod Deus sit ens æternum, invisibile, amabile, seu fons omnis boni, & omniscium. n)

44. Interim tamen, cum attributa Dei tanquam entis infiniti, non possint non esse infinita, & vero infiniti nulla detur definitio, hinc cavet studiosus juris, ne frustra quærat definitiones horum attributorum, aut ne nimis eas quærendo, conceptus horum attributorum plane perdat. o)

45.

m) Ita enim duo extrema evitat, ne sit nimis credulus; & ne in tempestive calumniatur, aut irrideat dissentientes.

n) Quia causa prima non potest in tempore orta esse. Nec infinitum potest esse visibile, & quia omne bonum profluit a causa prima. Porro malum physicum non

repugnat conceptui causæ primæ, malum vero morale, tanquam physicum non ens, & aberratio ab ordine naturæ, profluit vel ab homine, vel a spiritu aliquo creato. Denique omnis scientia humana est donum causæ primæ.

o) Ergo æternitatis definitio frustra quæritur, item omniscientia,

Z 3

45. Porro conceptus ubiquitatis, divinæ fluit ex conceptu infinitatis, necesse enim est, ut ens infinitum repleat omnia.

46. Et cum præterea hic conceptus omnipræsentia divinæ valde incitet & augeat reverentiam divini numinis, hinc vix imaginari liceret, quomodo solertissimus & profundus Cartesius Deum & omnem substantiam spirituales nullibi existere potuerit docere, nisi eo fuisset adactus ex amore hypotheseos parum solidæ. p)

47. Maxime vero cavebit studiosus sapientiæ, ne inhæreat doctrinis scholasticis de sanctitate divina, ad nil aliud utili, quam ut homines seducat ad superstitionem monachalem, vel ad entusiasmum. q)

48.

tiz. Et quæro, an rem declarent, an implicent, qui docent æternitatem sic concipiendam esse, ut omnia ibi sint simul. An omniscientiam, qui modo de Deo prædicant cogitationem proprie dictam, modo cognitionem intuitivam, quæ cum conceptu cogitationis consistere nequit. Similia notanda de bonitate Dei, si ejus definitionem velis expedire secundum conceptum bonitatis, quatenus de hominibus aut creaturis aliis prædicatur.

p) sc. ex hypothesi, quod nullum spatium possit esse corpore vacuum, & quod adeo materia sit infinita.

q) Sancti & Sanctitatis termini maxime sunt ambigui. Sacer & Sanctus in usu sermonis latini & jure Romano, item in græco ἅγιος & ἱερός differunt. Vid. Inst. de R. D. Pasoris *Lexicon græcum his vocibus*. At in ebræo una vox sacrum & sanctum denotat. Proprie significat in Ebræo destinari, separari. (Derivative autem usurpatur de eo, qui pie vivit, i. e. benignitatis & misericordie opera exercet, vide Buxtorffii *Lexic. p. m.*, 243. 659.) unde correspondet Sancti in ebræo significatio significationi latinæ sacri. Græcum vero ἅγιος magis conveniret cum Sancto Romanorum, si vera est derivat.

48. Ad superstitionem monachalem, dum scholastici partim ex sanctitate fecerunt idolum, quod nemo nisi ipsi intelligeret & quod pro lubitu explicarunt, videlicet ut populi actiones pro lubitu dirigerent. r)

49. Partim doctrinam de sanctificatione sabbathi applicarunt ad cultum religiosum i. e. ceremonialem & actiones ptre monachales aut monachis proficuas contra sensum legis Mosaicæ. s)

50. Ad enthusiasmum seu platonismum, dum sanctificationem explicarunt per unionem cum Deo, aut viam ad istam unionem. t)

51. Imo

rivatio Pasoris *in d. voce*. Unde postea interpretes scripturæ varias acceptiones *Sancti* notarunt, vid. Chytr. *in exod. f. 289*. quamvis forte sine ratione, si modo distinguisent inter significationem primitivam & derivatam. Vid. pluribus Spencerum *de LL. Hebraeorum ritualibus Part. 1. in Indice, voce Sanctus*.

r) Respicio ad doctrinam, qua principia juris naturæ voluerunt deducere ex convenientia cum sanctitate divina, tanquam lege æterna ipsius Dei, de quibus ineptiis plura dixi *lib. 1. inst. jurisprud. divine*. Hoc ideo factum, ut ipsi soli iudices manerent de moralitate actionum & Laici cogerentur ad anguem observare eorum nugæ,

traditas in libris de justitiâ & jure, aut de casibus conscientiæ. Quasi scilicet ipsi soli scirent, in quo consistat illa Sanctitas divina, cum ipsi scilicet essent soli Sancti, laici contra homines profani. His nugis abjectis studiosus sapientiæ potius respicit ad voluntatem divinam, quatenus ea revelata est homini, partim per lumen scripturæ, partim per lumen naturæ, & intuitu actionum id pro sancto judicabit, quod Deus vult, & id Deum velle credet, quod est sanctum.

s) Quod latius & palpabiliter ostendit Spencerus *d. l. lib. 1. c. 4.*

t) Vide, quæ de hac sanctificatione notavit Delrio *ad Senecam p. m. 453*. Conf. dicta supra *ad cap. 10. n. 25.* Unde mystici, ubi de sanctifica-

fica-

51. Imo & ad turbas quietis publicæ tendit hæc monachalis doctrina de sanctitate, dum inculcant, sanctum esse id, quod separatum est, adeoque eum, qui sanctus esse cupit, se separare debere ab aliis hominibus, eosque tanquam profanos & impuros contemnere. u)

52. Cavebit etiam studiosus sapientiæ a theologia naturali, seu doctrina de attributis divinis, Judaica, nili quatenus ea diserte fundata est in scriptura sacra, quia alias facile ad enthusiasmum aut magiam, i. e. stultissimam imaginationem seduci poterit. w)

53. Eadem cautela adhibenda circa doctrinam Judæorum de angelis. Nam & hæc est pars doctrinæ cabbalisticæ de DEO & divisionis mundorum in sephirothicum, aziluthicum & jezirathicum. x)

54. Utrum Judæi doctrinam suam de angelis ab ethnicis, an vero ethnici suam a Judæis hauserint, cum distinctione explicandum. Quatenus in doctrina Judæi-

ficatione loquuntur, cautissime legendi. Inseci tali Enthusiasmo jam erant Judæi. Vide, quæ de eorum doctrina de sanctificatione eleganter tradit Lightfoot in *Hor. Hebr. ad Matth. c. 15. p. m. 367.*

u) Est hoc fundamentum non solum totius monachismi sed & illorum, qui theologia mystica abutuntur. Ipsi audivimus ad inculcandum plebi hæc arcana papistica, talia docentes abusos esse dicto Evangelistæ *Marc. VII. 23.* cum tamen hæc doctrina aperte repugnet

doctrinæ Christi & Apostolorum, *Matth. IX. 11. XI. 19. Luc. V. 30. VII. 34. 1. Cor. IX. 9.*

w) Vide Reuchlin, *de Cabbala, Autorem Cabbala denudata.* Glasium de *Philologia Sacra lib. 2. p. 1. tract. 2. Sect. 3. Art. 7. p. 389.* Conf. Hieron. *t. 3. epist. sol. 17.* & dicta superius *cap. 6. n. 20. 29.*

x) Magna diligentia collegit Beckerus in *tractatu de mundo fascino* doctrinas philosophiæ gentilis & judaicæ de angelis, illius *lib. 1. cap. 2. sequ.* hujus *cap. 12. & 13.*

y)

daica sunt assertiones, quæ in sacra scriptura fundamentum habent, ea ab ethnica philosophia non descendunt. At vero quatenus eorum cabbala etiam in hoc capite multas ineptias continet, id adscribendam erit philosophiæ gentili. y)

55. Ergo circa doctrinam de angelis præprimis caveat studiosus juris, ne ultra ea, quæ scriptura de angelis tradit, quicquam pro vero aut verosimili admittat, cum sola ratio sibi relicta ne quidem de existentia angelorum certi quid tradere possit, tantum abest, ut hominem instruat, in quo consistat essentia angelorum. z)

56. Ergo maxime cavebita pneumatica scholastica, ut quæ tota, quanta, quanta est, ex phantasmatis paganæ philosophiæ desumpta est, & dicta scripturæ sacræ ad ista tradita maxima tortura applicat. a)

57. Quare operam dabit studiosus juris, ut secundum regulas veræ critices textus scripturæ qui communiter

y) Conf. dicta superius *cap. 6. n. 19. seq. 51. seq.* ita v. g. decem nomina classium angelicarum extant in scripturis, de quibus vid. Beckerum *d. l. 1. c. 12. p. 60. & lib. 2. c. 8. Reuchlin. lib. 3. de arte Cabal. f. 752.*

z) Non dico, quod doctrina de angelis repugnet rationi, sed quod ratio eam ignoret. Adeoque angelologia tota est articulus fidei. Conf. omnino Beckerum *lib. 2. c. 6.* qui tamen caute legendus & vitan-

(*Thomasii Causlor. Pars I.*)

duus est, quoad contortas explanationes textuum scripturæ sacræ de angelis.

a) Hinc tota Pneumatica scholastica valde differt a Pneumatica judaica. Nota est tortura doctrinæ Pauli de thronis, dominationibus &c. (in qua videtur esse adumbratio doctrinæ judaicæ græcis verbis exposita) ad hierarchiam angelorum scholasticam: quæ nulum alium in finem videtur inventa, quam ad stabiliendam ecclesi-

Aa

siasti-

niter de angelis exponuntur, ipse expendat, an loquantur de spiritibus, an de hominibus seu legatis & nunciis, quorum nomen in lingua hebraica pariter & græca cum angelis commune est. b)

58. Neque mirandum adeo, quod scholastica pneumatica subinde exhibeat ridiculas plane & palpabiles ineptias loco doctrinarum seriarum & utilium, v. gr. de loquela angelorum. c)

59. Cavendum porro studioso jûris, ne pneumatica scholastica ipsum seducat ad falsos vanosque conceptus de veneficis & diaboli potestate, unde non potest non reipublicæ quies turbari, præprimis, si JCtus talia præjudicia, ut indubias veritates admittat. d)

60. Cavendum autem est ex altera parte a doctrina Cartesiana, docente spiritus nullibi esse, neque inter DEum & animam humanam spiritus medios admit-

ten-

stasticam Cleri Hierarchiam & firmandum papatum.

b) Scholastica Pneumatica ex non observata hac cautela multos errores eosque communes intulit Christianismo, & simul conceptus superstitiosos & phantasticos de angelis. Ita nota est communis explicatio dicti apostolici, *1. Cor. XI. 10.* de angelis, quæ nullum sensum rationalem habet, sed valde superstitiosum. At si de nunciis i. e. evangelii prædicatoribus explices, nulla difficultas est. *conf. Clericum ad Hammond. d. l. qui*

difficultatem agnoscit & ex varia lectione eam emendare studet.

c) Scilicet sermo est de locutione angelorum inter se, sine respectu ad corpus assumptum, quo mediante alias hominibus locuti sunt. Ineptias scholasticorum inter se de hac locutione, velut in synopsis videre licet in *dissertatione Lipsiensis anno 1678. sub præsidio Valentini Alberti habita.*

d) Commentarii loco hic esse poterit disputatio nostra *de crimine magiæ.*

e)

tente, sed motum creaturarum omnium immediate Deo adscribente. e)

61. Etenim facillimus inde transitus est ad negationem existentiae omnium angelorum tam bonorum quam malorum. f)

62. Igitur potius operam dabit studiosus juris, ut in scriptura sacra quærat doctrinam non de essentia sed de operationibus angelorum, h. e. de custodia proborum per angelos bonos, & insidiis angelorum malorum, item de operationibus utrorumque in corda & cogitationes humanas.

63. Ut videlicet hac doctrina probe cognita non confundat motus cordis sui bonos, quatenus naturales sunt, cum motibus angelicis, multo minus cum motibus divinis, aut motus cordis malos cum motibus diabolicis. g)

64. Ad hoc vero evitandum optimum erit conjungere cum lectione scripturæ considerationem intimam naturæ & voluntatis humanæ, & cavere sibi a lectione librorum mysticorum, præprimis autem S. Theresiæ

e) Repugnat enim hæc philosophandi ratio scripturæ sacre, non solum bonos & malos angelos diserte adstruenti, sed & utrisque varias motuum causas mediatas tribuenti. Præterea etiam repugnat sanæ philosophiæ, quæ eo ipso, dum existentiam angelorum se ignorare profitetur, declarat, quod angelorum existentia & virtutes non repugnent rationi, nec negari possint.

f) Quod facile patet ei, qui paulo attentius considerat, in quos errores Beckerus ex istis principiis philosophiæ Cartesianæ sit lapsus. Ne putes, nos Beckerum, (dum supra aliquoties eum allegavimus, ubi doctrinas sanas habet,) commendare juventuti.

g) Est hoc præjudicium fere universale, ista confundere. vid. Joh. de Hispania *error. popul. sect.*

1. cap. 3.

A a 2

h)

resia & similibus, item ab iis, qui finem sapientiæ statuunt unionem cum Deo etiam in hac vita. h)

65. Porro attentata lectio scripturæ persuadebit studiosum sapientiæ, existere diabolum, ac quidem esse substantiam, mala extra & intra hominem operantem. i)

66. Sed uti tamen studiosus sapientiæ attente inspicit, an scriptura de diabolo tanquam angelo, an tanquam homine calumniatore loquatur, ita & cavet idem, ne in applicatione doctrinæ sacræ de operationibus diaboli præcipitanter agat.

67. Cavebit communem errorem, quasi scilicet omnia, quæ physici hæctenus ignorarunt, & cujus rationem secundum principia suæ physicæ dare nequeunt, aut quæ istis principiis repugnant, statim sint opera diaboli, aut quasi, qui istas operationes docent, etsi hominibus proficuas, sint homines, qui pactum inierint cum diabolo. k)

68. Equidem persuasus est studiosus juris, ex scriptura & historiis, item ex jure, dari magos & veneficos utriusque sexus multos. l)

69. Sed non persuasus est, dari spectra, dari magos aut

h) Etsi enim in scriptis Theresiæ multa loca agant de discernendis motibus angelicis a diabolicis & divinis, omnia tamen illa non nisi eo tendunt, ut stabiliatur papatus, i. e. directorium Cleri in conscientias Laicorum & dominatus absolutus.

i) Vel exemplum dæmoniorum in suis Gergesenorum transeuntium docet, dæmonia non esse acci-

dentia sed substantias.

k) Nota controversia superioris seculi de unguento armario. Nota condemnatio ad ignem in Hispania agyrtæ, cujus equus multa miranda (ignorantibus) faciebat.

l) Huc pertinent constitutiones de veneficis & magis ex jure Justiniano, vid. Struv. *Ex. 48. sb. 58. 59. 60.*

m)

aut veneficos pactum ineuntes cum diabolo, aut corpus cum ipso miscentes.

70. Quin potius ex consideratione intimiore malitiæ humanæ & lectione historiarum persuasus est, quod plurimæ narrationes de spectris, imo omnes de NB. talibus veneficis, fictæ sint, vel ad timorem incutiendum timidioribus, vel ad periculum creandum innocentibus, vel etiam ad emungendos pecunia incautiores.

71. Imo scit originem fabulæ de diabolo pacta ineunte cum sagis, scit, eam inventum esse cleri papalis, fraudibus canonistarum & credulitate legulejorum stabilitum, ac tortura irrationali confirmatum. m)

72. Tantum abest, ut sibi persuadeat, eos omnes cum diabolo tale pactum iniisse, qui hæc pacta negarent, aut diabolorum reliquas operationes, vel etiam existentiam diabolorum, eamque opinionem propagare intendant. n)

73. Aut ut a negatione diaboli inferat, sic errantes etiam negare Deum aut providentiam divinam. o)

74.

m) Jus Romanum, imo totum jus canonicum, cujus doctores creamus, ignorat illud veneficii erimen. Inventor ejus extat in apocrypho libro 7. decretalium. Ex canonistis videantur Torrelanca, Delrio, &c. præprimis commendandus autor *causionis criminalis* &c.

n) Communis est hic zelus intempestivus etiam nostris, dum fabulas suas defendere nequeunt,

peculiariter notatus contra Poiratum *in dissert. nostra ad ejus tractatum de eruditione solida*. Et revera, qui genium doctrinæ Cartesianæ novit, qui Beckeri scripta legit & expendit, quovis pignore certare poterit, Beckerum nihil minus fuisse quam magum.

o) Nam uti philosophia Cartesianæ nullos, spiritus medios inter Deum & animam humanam agnoscit, & tamen Deum non negat,

Aa 3

ita

74. Circa tertiam partem pneumaticæ scholasticæ de anima separata cavebit studiosus juris doctrinas ibi traditas, ut omnia miscentes, vera falsis, articulos fidei cum ratiocinationibus sæpe ineptis.

75. Potius firmiter persuasus erit, doctrinam hanc ex sola scriptura petendam, tanquam articulum fidei, adeoque non pertinere ad philosophiam. p)

76. Unde etiam sequitur, in pneumatica scholastica, aut alia quacunque parte philosophiæ inepte, agi de immortalitate animæ, resurrectione corporis & vita æterna. q)

77. Observabit porro studiosus sapientiæ, scripturam sacram de animabus separatis docere, quod quiescant, nunquam quod cogitent. r)

78.

ita etiam falsitatem hujus consequentiæ ostendit Bælius *in diction. erit. voce Ruggeri p. 985.* & simul docuit, ne quidem ordine inverso a negatione Dei ad negationem diaboli universaliter inferri posse.

p) Id quidem comprehendit philosophia, animam hominis non redigi in nihilum, neque mortem de anima sola neque de corpore solo accurate prædicari, sed de toto homine, ut vel ex definitione mortis patet. Cæterum an anima separatum, ut substantia existat, an vera uniatur cum spiritibus reliquis, aut deglutiatur quasi ab aëre vel æthere, id ratio sibi relicta i-

gnorat, adeoque nec causam habet negandi ea, quæ scriptura de anima separata tradit.

q) Ob eandem rationem. Intelligo autem per immortalitatem animæ, ut vulgo sumitur, existentiam substantialem separatam.

r) *Es. LVII. 2. Apoc. XIV. 13. Conf. I. Sap. 1. seq.* plura loca vide allegata apud Calvoer. *de fissuris Sionis lib. 16. c. 1. p. 435. seq.* unde plurimi ex patribus docuerunt, dormire animas. Sed tamen papatus eos, qui cum scriptura senserunt, hæreticorum nomine diffamavit, ne videlicet, si hæc doctrina reciperetur, divitiarum acquisitio, quas

78. Certus erit, de cogitationibus animæ separatæ non magis quid distinctim doceri posse, quod rectæ conveniat rationi, quam de loquela angelorum. s)

79. Tandem studiosus juris in doctrina pneumatices operam dabit, ut distinctum conceptum formet de atheismo, superstitione, hæresi. t)

80. Sed & cavebit, ne homines innocentes atheismi accusatos confundat cum nocentibus. u)

81.

quas ex fabulis suis de sanctis & purgatorio sibi comparant monachi, impedimentum pateretur. Hos igitur an caute sequantur plurimi ex nostris, ptychopannychiam inter dogmata heterodoxa recensentes, sagaciores judicent. Vide interrim Calvoer d. l.

s) Nam cogitationis conceptum sine cerebro nullum habeo. *conf. c. s. n. 8. seq.*

t) Ne scilicet distinctos hos conceptus, ut sæpe fieri solet, confundat. De atheismo & superstitione fusius dicemus infra c. ult. Breviter sic dicendum. Religio, cujus oppositum atheismus, est vel vera, vel falsa seu superstitio. Omnis religio supponit revelationes, falsas tantum *ethnicismus*. Veram i. e. vetus *foedus Judæismus*, utrumque *foedus Christianismus*. Ex his tribus religionibus mixtus est *Mahometismus*. In christiana

religione autem porro sunt varii dissensus circa interpretationem scripturæ & traditiones ecclesiasticas. Unde divisio in religionem *orthodoxam* seu dominantem & *heterodoxam*, item *hæresin*, seu dominantem vel ejectam. Ista omnia confundunt hæretifices. Vide v. g. Augusti Pfeifferi *Theses Antiatheisticas Lipsienses*.

u) Erasmus atheismi accusatus a monachis. *Clerc. biblioth. choise L. 1. p. 397*. Plura exempla innocentium atheorum exhibet idem *ibid. tom. 2. p. 15*. Ciceronis libros de natura deorum principaliter ad stabiliendum atheismum factos esse putat Jaquelotius *de existentia Dei p. 132*. Thomam Campanellam sine justa causa atheismi accusari ex lectione tractatus ejus *de arcanis atheismi* ipse convictus sum. Idem patebit ei, qui Julii Cæsaris Vanini *amphitheatrum divina sapientie per-*

81. Neque tamen putabit ex altera parte quasi nulli dentur athei speculativi, quin imo sibi persuadebit, tales esse plurimos. w)

82. Uri vero hujus mali plures sunt causæ, ita earum non infimæ sunt, partim, quod in theologia naturali doctrina communis de DEO & essentia spirituali comprehendat tot falsas & contradictorias assertiones.

83. Partim, quod in intellectus histrionicus stultorum incomprehensibilem DEI essentiam velit comprehendere scientia mathematica & frustra quærat definitionem entis infiniti. x)

84. Cavebit porro, ne putet, atheos posse convinci, si quis directo eorum errorem impugnet per disputationes & libros. y)

85.

perleget, imo ex hoc ipso tractatu deprehendet, causam unicam, quod Vaninus per calumnias & mendacia adversariorum, ut atheus crematus fuerit, esse, quod Vaninus ausus fuerit in dicto & aliis tractatibus theologiam scholasticam & aliquas earum ineptias palpabiliter ostendere, sed cum nimio fastu & jactatione. Conf. de hac materia pluribus Sam. Parkerum *de Deo dissert. 1. utriusque editionis*. Arnoldi *Rezer. Histotie*, ubi de Vanino, Campanella, & cæ, qui ante aliquot annos in Polonia tanquam atheus crematus fuit, agit. Lucianum ab atheismi imputatio-

ne liberavit *erudita dissertatio Jenæ sub præsid. D. Treuneri habita.*

w) Priorem sententiam defendit, ni fallor, Zieglerus ad Grotium alicubi. Plures dari docebit experientia. Talis fuit Spinoza haud dubie. At quam multi sunt ubique Spinofistæ?

x) Ad n. §2. & §3. commentarii loco esse poterit autoris *des verführischen Atheisten Hauffens cap. 6.*

y) Nam athei prope accedunt ad scepticos. Negant principia omnibus hominibus communia de causa prima sapientissima & benignissima, non ex stupiditate, sed ex nimia

85. Sed cavebit tamen, ne consilia det de stultis his miserrimis igne & gladio persequendis. z)

86. Nam non credit tantum, sed & scit studiosus juris, repugnare juri naturæ, ut homo sitiatur sanguinem quorumcunque errantium, & regulas æqui & boni velle, ut Deum oret, ut & horum, uti omnium errantium misereatur, eosque in viam salutis reducat. a)

87. Scit etiam ad conversionem atheorum multum tribuere, si fontes hujus capitalis erroris cum moderatione & amice ostendantur miserrimis istis. b)

88.

nimia subtilitate intellectus. Contra negantem autem principia non est disputandum. Accedit, quod non pauci eorum, qui contra atheos disputant, suis subtilibus & inanibus principiis, atheis occasionem dederint ad istum stultissimum errorem.

z) Nam origo hujus sententiæ debetur papatui & hujus doctrinæ de hæreticis interficiendis. Apud protestantes postea illa retenta est ad pallianda odia cleri rixantis, ne videlicet sibi contradicerent in disputatione de hæreticis non interficiendis contra pontificios. Ergo quem voluerunt cremari, dixerunt, non esse hæreticum, sed atheum. Jam non disquiro, an athei sint tolerandi in republica. Id enim altiore requirit indaginem. Neque hoc suaserim principi. Ne-

(*Thomasii Cancellar. Pars I.*)

que tamen status belgicos dixerim imprudenter fecisse, dum tolerarunt Spinosam.

a) Dissentiunt communiter etiam modestiores, etiam Pufendorfius *de habitu religionis*. Sed isti non senserunt arcanum latens papismi subtilis. Ad probandam thesin multum juvat consideratio, quod, etsi athei intuitu DEI poenæ æternæ sint obnoxii, intuitu tamen hominum, pure theoretici, qui honeste vivunt, ut Spinoza, mereantur misericordiam. Quia seducti hypothesebus falsæ philosophiæ Deum nimis subtiliter & bona fide quærentes, quærendo inconveniænti modo, insensibiliter amiserunt.

b) v. gr. monstrandum erit perspicue atheis, intellectum non omnia vera comprehendere, tantum abest, ut omnia demonstrare possit.

B b

88. Porro ex dictis illud observabit, etsi Cartesius & Cartesiani non nisi summa injuria ad atheos referantur, interim tamen in Cartesiana philosophia cautissime esse procedendum, si quis atheismum theoreticum evitare velit. c)

89. Item, quod Cartesii demonstratio de Deo non sufficiat ad convincendum atheum, cum ne quidem satisfiat Deum credentibus. d)

90. Ex historia vero philosophica & ecclesiastica observabit, jam ante aliquot annorum myriades usitatum

possit. Etsi verum sit, ea, quæ clare & distincte percipio, esse vera, falsum tamen esse, quicquid clare & distincte non percipio, est falsum; falsam item esse doctrinam communem de essentia spiritus in genere. Si Deus perfecte definiri posset, non esset ens infinitum, i. e. non esset Deus, denique Dei operationes & bonitatem magis corde sentiri, quam intellectu comprehendere posse. Item ostendenda ipsis erunt absurditates, quæ sequuntur ex doctrina atheistarum de mundo casu facto, aut de mundi æternitate, aut de unica substantia &c.

c) Cartesium atheismi accusant communiter defensores theologiæ scholasticæ, tam in belgio, quam in germania superiore. Ut quibus aqua hæret, dum audiunt de prin-

cipio Cartesii, dubitandum esse, si quis velit ad viam sapientiæ pervenire. Injuriam vero fieri Cartesio & Cartesianis patet ex Cartesii meditationibus & methodo probandi Deum, ex refutationibus Spinosismi per principia Cartesiana. Interim incautiores Cartesianos difficulter evitare atheismum vel exemplum Spinosæ docet, & doctrina, de Deo immediate visibilia movente, sive ministerio spirituum invisibilium; item de dubitatione de omnibus &c.

d) Propositio: cujus ideam habeo, id existit, non est universalis: Nam & chimæræ & montis aurei ideam habeo. Deinde summa perfectio est terminus obscurus, relativus, qui nequaquam sufficiens est ad formandam aut denotandam ideam claram & distinctam &c.

e) Pos-

tum fuisse, ut sophistæ illis omnibus, qui superstitioni se opposuerunt, calumniam atheismi impegerint. e)

91. Denique circa comparationem atheismi & superstitionis notabit, eam quæstionem magis curiosam esse quam utilem, interim tamen cavebit, ne nimis propter eos, qui superstitionem pejorem esse docent, condemnet, aut in eos zelo intempestivo invehatur. f)

Cap. XIII.

CAUTELÆ CIRCA STUDIUM PHYSICUM,

§. I.

Physica communiter definitur scientia corporis naturalis. Sub voce autem corporis naturalis Aristoteles

e) Posset ingens horum catalogus recenseri. Conf. *allegata ad n. 8.* De Christianis vide *vindicias* Kortholti *contra Paganos*. Huc pertinent Rotthii *atheistica Thomastica* & quæ alibi in controversia cum Rotthio dicta sunt. Breviter, qualis est conceptus pietatis, talis & atheismi. At pietas communiter, etiam hodie, etiam inter protestantes est, sputa theologorum scholasticorum lingere, eorumque honorem & commoda omnibus viribus promovere. Er-

go & atheismus est, si quis doceat, hæc esse opera stultitiæ.

f) Sapientiæ studiose utraq; stultitia, ut æque periculosa vitanda. Cæterum, qui quæstionem hanc tractant, magis respiciunt ad damna totius reipubl. vide *pensées diverses sur la Comete*. Judicium Seckendorffii de hoc autore *in statu christiani*. Controversiæ auctori ab aliis motæ, de quibus ipse agit *in novo tomo*, Pro Balio addatur Verulamius *Sermon. fidel. c. 17. Oper. f. 1166.*

teles tantum intelligebat corpora sublunaria, alii etiam corpora cœlestia. a)

2. Equidem apud veteres tot fuere hypotheserum rerum naturalium ortu & causis, quot sectæ. b)

3. Hodie vero tot fere sunt hypotheserum, quot autores. c)

4. Præ reliquis commendandi libelli physici Claubergii, Clerici, Sturmii, Fluddii, Comenii, d'Espagner, Helmontii. d)

5. Hic vero ante omnia caveat studiosus sapientiæ, ne physicam habeat pro scientiâ. e)

6. Aut si scientiam nominare placeat, operam dabit, ut

a) Vide *physicas questiones Patris*. Astronomia hodierna non exhaustit doctrinam de natura astrorum, sed saltem de magnitudine, situ, motu, unde commodius refertur ad mathesin.

b) Consideremus saltem eas, quas præcipuas diximus *cap. 6. n. 40*. Consensum earum & dissentium in doctrina de formatione mundi exposuit Pater *de origin. hist. phil.* & in *dissert. var. ad doctrin. de stoïca mundi exustione*. Plato equidem præter doctrinam de duobus principiis parum curabat doctrinam physicam, ideis potius generalioribus & subtilioribus adherens. De physica Epicurea vid. *lib. 10*, Laërtii, & *comment. Gassen-*

di. De Stoïca Senecam & Lipsium, de Aristotelica Patris questiones physicas.

c) Postquam videlicet nasutiores olfecerunt, physicam Aristotelicam parum prodesse.

d) Non quod singuli sint legendi studiosis juris, sed quod varias ob causas eorum diligentia & cura laudem mereatur, cujus ulterior declaratio reservanda magis discursum aut scholis privatissimis.

e) Scientia est rem per causas cognoscere; at in physica non cognoscimus effectum per causas, sed causam per effectus. Unde hic maxime a sensationibus incipiendum, & observationibus, ut Clericus facit, non a parte generali, uti

Ari-

ut recordetur, scientiam hanc esse hypotheticam, id est, principiis dubiis subnixam. f)

7. Equidem physica aristotelico-scholastica ab institutis academiis ad nostra usque tempora fere regnavit in Europa. Sed jam in academiis protestantium pene e-dentula est. g)

8. Contra Cartesiana hodie floret, post varias lites a Voëtio aliisque ipsi motas in Belgio, Anglia & Germania protestante. h)

9. Neque tamen nulla est autoritas philosophiæ & physici Gassendi, seu Epicureæ ad principia Christianismi utcunque attemperatæ, præprimis in Gallia. i)

10. Conveniunt physica Cartesiana & Gassendistica, quod utraque oppugnet Aristotelicam, utraque principia

Aristotelici, & Cartesiani ac reliqui. *conf. Clerici Log. Part. 3. c. 5. §. 4.*

f) Conditiō enim nihil ponit in esse, ergo nec demonstrationis scientificæ fundamentum esse poterit. At vero omnes physicas niti hypothesibus jam dictum *n. 2, 3.* ut taceam hypotheses diversissimas & oppositas de systemate mundi. *confer. Cleric. Log. d. l. §. 5. item cap. ult. §. 5. 6. & 7. & phys. lib. 1.*

g) Nam apud pontificios floret adhuc, certe in academiis. Ineptias ejus jam diu aggressus est Teophrastus, Fluddus, Helmont, &c. sed contra hos regnum

tenebrarum strenue se defendit ac obtinuit, forte ob mores & obscuritatem Theophrasti & Helmontii. Contra Cartesius, Hobbes, &c. ob civilius vitæ genus & scientias mathematicas obtinuerunt.

h) Historiam motuum contra Cartesium ex parte vide in Bailleti *vita Cartesii ejusque compendio conf. Gerh. de Vries dissertationem adjunctam dissertationi Anti-Cartesiane Gassendi.* Eminentiam potissimum debet medicis, in Belgio Theologis Coccejani &c.

i) Præprimis post *synopsin ejus* a Bernierio medico in lingua gallica editam. Nam opera ipsius Gas-

cipia rerum materialia formet, utraque animæ essentiam in cogitatione constituat.

11. Differunt, quod Gassendus originem mundi ex compositione atomorum, Cartesius ex divisione vorticum deducat, quod Gassendus vacuum admittat, Cartesius vero putet, se animæ immaterialitatem evidenter demonstrasse. k)

12. Etsi vero non indignæ sint hæ noviores physicæ, ut eas percurrat studiosus sapientiæ, quatenus utraque ineptias physicæ scholasticæ palpandas tradit, cavebit tamen utramque studiosus juris, ne eum seducant a semita sapientiæ. l)

13. Etenim utraque supponit certas aut potius incertas hypotheses, physicæ Mosaicæ contradicentes & tamen utraque scientiam jaçtat.

14. Utraque ex possibilitate deducere vult effectus naturales. m)

15. Utraque nimis abutitur canone, quod effectus testetur de causa. n)

16. Utraque falso supponit, ac si ex cognitione effectus

fendi & rariora sunt, & ob prolixitatem nimis tædiofa.

k) Vide Gassendi *exercitationes paradoxas contra Aristotelem*, item *metaphysicam disquisitionem Anti-Cartesianam*. Hæc enixe commendanda, quia & omnia, quæ hæcenus contra Cartesianam philosophiam disputavimus, & in hoc capite notavimus insigniter confir-

mat.

l) Potissimum tamen de Cartesianâ, tanquam apud nos frequentiore, erimus solliciti in sequentibus.

m) Contra axioma: quod a potentia ad actum non liceat inferre.

n) Utpote, qui non debet separari ab altero, quod unius rei plures possint esse causæ.

o) Iq-

etus semper quis pervenire possit ad scientiam causæ. o)

17. Porro valde suspectum reddit physicorum jactantiam de scientia physica exemplum medicinæ. Hæc etiam ab effectibus rerum incepit, & ad causas processit. Sed tamen omnes fatentur, medicinam non esse scientiam, sed artem conjecturalem. p)

18. Utrum tamen hæc ingenua medicorum confessio adscribenda sit horum humilitati magis, an sagacitati, aliis discutiendum relinquo. Certe causa, cur physici exemplum non sumserint a medicis aperta est, quod medici, si medicinam scientiam dixissent, hæc confessio ipsis periculum parasset, quod timendum non habent physici, ut adeo non sit mirandum, cur physici & noviores & antiquiores ægerrime ferant, si quis titulum scientiæ huic doctrinæ deneget. q)

19.

o) Infinita exempla contrarium evincunt. v. gr. Deprehendit pater familias lapidem, quo ejus vitra vel fenestræ fractæ sunt &c. Nec est, quod dicas, hos esse effectus arbitrarios, quorum non sit universalis & communis causa ut naturalium. Nam hoc est petere principium. Causæ naturales sunt invisibiles. Visibile ducit quidem ad cognitionem confusam aut verosimilem invisibilem, nunquam ad scientificam.

p) Ergo & physica non quidem ars est, quia nihil efficit, sed con-

jecturalis tamen speculatio. Breviter: aut physica non est scientia, aut & medicina foret scientia, quod tamen absurdum est.

q) Nam si medicina esset scientifica, ignominia medici major esset, imo pœnas humanas etiam metuendas haberet, si medicamenta ejus non sequeretur effectus promissus, quam si medicina saltem conjecturis nititur. At physicus tales de causis rerum sibi fingit hypotheses, ut iidem effectus ex singulis hypothesis, et si oppositis sequantur, aut si quando-

que

19. Igitur studiosus sapientiæ caveat, ab omnibus physicis tam novis quam antiquioribus, qui conjecturas suas jactant esse veritates infallibiles, ex paucioribus seligat, qui modestiores sunt. r)

20. Neque inutile adeo erit inquirere in fontes præjudiciorum aut capitales errores physicæ illius jactabundæ. Atque hic præcipue isti se offerunt. s)

21. Quod putaverint, vires intellectus humani esse majores, ac tantas, ut causas rerum naturalium, id est, res invisibiles scire possit, item, quod putaverint, rem revera ita esse, quomodo eam concipit intellectus. t)

22. Quod noviores physici in reformatione veteris errorem fundamentalem intactam reliquerint, quasi nimirum essentia corporis consistat in extensione. u)

23. Quod partim nimis abstraxerint in doctrina sua a sensibilibus, & pro more Cartesianorum, etiam in physica, demonstrationes mathematicas & puro intellectu multa jactaverint. w)

24. Partim vero in demonstrationibus suis ubique provocaverint ad experimenta i.e. ad sensibiles, tan-

que fallant, novis fictionibus, quæ in invisibilibus faciles sunt, auditores decipit. Adde, quod physici, si eorum experimenta fallant, regulariter non metuendas habent pœnas humanas, quatenus eæ fallaciæ homines non necant, nec iis damnum dant in re familiari.

r) Ut Clericus *in sua physica pasim*. Confer loca ex ejus *Logi-*

ca supra allegata ad n. 6.

s) Alios adhuc notat Clericus *Log. part. 3. c. 5. §. 8.*

t) At vero errorem harum opinionum jam notavimus supra *cap. 10. n. 28.*

u) Adde. Clerici *Physic. l. 5. c. 2.*

w) Huc pertinent ea, quæ mox *n. 36. sequ.* dicemus.

x)

tanquam fundamenta demonstrationum. x)

25. Ex hætenus recensitis enim erroribus infiniti alii propullularunt, inprimis ex doctrina de extensione tanquam essentia corporis, præsertim cum definiverint ipsam extensionem obscure. y)

26. Eo enim errore admissio sua sponte generatus est alius error, omnia spatia repleta esse corporibus in infinitum, nec dari vacuum.

27. Item alius: spiritus esse nullibi.

28. Item: materiam & corpus esse synonyma.

29. Item: non dari posse attractionem. z)

30. Item: corpus esse ens mere passivum, & tamen habere concreatam vim motricem, nescio quam, & cujus entitatis. a)

31. Item lumen & aërem esse corpora, aut materialia saltem & corporea. Unde postmodum disputatum fuit de figura lucis & aëris. b)

32.

x) Vide modo dicenda n. 41. non.

seq.

y) Modo enim Cartesius corpus vocat subjectum extensionis, modo extensionem, modo extensum. Adde, quod adeo confundant extensionem activam & passivam. Unde ex tam subtilibus & obscuris definitionibus ansam sumserunt dissentientes ostendendi, non dari extensionem. Vid. Bælii *Diction. critique sous Ze-*

z) Omne enim corpus movet & movetur per pulsionem.

a) i. e. non definire possunt, an hæc vis motrix sit ens reale, an rationis, substantia, an modus, materiale, an immateriale.

b) Nam lucem & aërem sine extensione non possumus concipere. Nec possunt adeo dici esse nullibi, uti de rebus spiritualibus prædicarunt.

(*Thomasii Cautelar. Pars I.*)

C c

c) Quia

32. Item aërem, imo & lucem esse corpora gravia. c)

33. Item omnia corpora habere poros non visibiles quidem, sed tamen invisibiles. d)

34. Item ignem non habere vim caletaciendi formaliter, sed virtualiter, (ut baculum, quo alter verberatur) aut ignem non urere, sed habere particulas pungentes, & omnes adeo virtutes & qualitates physicas antiquioris physicae esse effectus dependentes a figuris particularum. e)

35. Quæ hæcenus recensita sunt dogmata, erronea esse, uti alibi latius fuit ostensum, ita ea fluere ex principio de extensione forma corporis, vel immediate vel mediantibus erroribus juxta recensitis, aut ex conclusionibus paulo antecedentibus, facile pater. f)

36. Studio nimiae abstractionis, g) debentur inter alia illa dogmata physicae novioris, i) elasticitas eëris. h)

37.

c) Quia omnis materia gravitatem habet, i. e. ad centrum tendit, non ascendit sua sponte.

d) Quia corpus non potest penetrare corpus sine poris: at verum certum est, aërem mediante luce penetrare omnia corpora.

e) Prima propositio hic recensita est quorundam etiam ex antiquioribus, statuentium, qualitates sensibiles non inesse rebus, quæ sentiuntur, sed homini, qui sentit. Reliquæ sunt doctrinae philoso-

phiae novioris.

f) Quid autem nos, & quare de istis omnibus propositionibus statuamus patet ex doctrina vom Wesen des Geistes, potissimum quoad hoc caput ex cap. 1. 3. 4. 5. ubi & ostendimus, quomodo errores hæcenus recensiti sint refutandi.

g) de quo *supra* n. 23.

h) Commentarii loco possunt esse dicta vom Wesen des Geistes c. 2. th. 15. lit. q. & c. 3. th. 19.

i) Cum

37. 2) *Materiae subtilissimae inesse vim motricem, & principium activum.* i)

38. 3) *Deum immediate movere vortices materiae.* k)

39. 4) *Utrum materia prima concipienda sit instar atomorum an instar vorticum.* l)

40. 5) *Plurimae inutiles subtilitates de motu, & ex parte etiam falsae hypotheses.* m)

41. *Sed de demonstratione per experimenta, cum hodie nimis frequens sit, ex alibi dictis praecipua hicerunt in summam contrahenda.* n)

42. *Experimentis illustrari quidem potest veritas cognita, sed nulla veritas ignota inveniri.* o)

43. *Neque adeo mirandum, quod philosophi*
hy-

i) *Cum tamen in genere materia sit ens mere passivum, conf. Wesen des Geistes c. 3. th. 24. & c. 4. th. 29. seq.*

k) *Adde Wesen des Geistes c. 3. th. 8. 9.*

l) *Wesen des Geistes c. 3. th. 4. 5. conf. de doctrina de Atomis. Clerc. Biblioth. choisie tom. 1. art. 3. p. 63. seq.*

m) *v. g. Definitio motus, conf. supra cap. 11. §. 27. in notis, item ratiocinatio subtilissima de minutiis insensibilibus motus. ibid. n. 46.*
47. *Doctrina Cartesiana, quod motus naturalis fiat per lineam rectam.*

ibid. n. 27. in notis conf. Weigel. philos. mathem. part. 2. p. 458. f. Quales absurditates sequantur ex definitione motus, exempla quaedam tradit Baile dict. critique voce Zenon. p. m. 1273.

n) *Vide Versuch vom Wesen des Geistes c. 1. integro.*

o) *Scientia est rerum universalium, experientia singularium. Experimenta monstrant effectus causarum ignotarum, quae per effectus inveniri nequeunt, ideo, quia unius rei plures possunt esse causae.*

C e z

p)

hypothesebus physicis etiam plane contradicentibus utentes, in experimentis plurimis conveniant. p)

44. Quinimo in experimentis potissimum artificialibus, facillime decipi possumus. q)

45. Unde & caveat studiosus physices, ne nimis inclinet ad experimenta artificialia, rariora & pretiosa, sed ut omnia illa, quantum possibile est, reducat ad naturalia & simpliciora; ita tamen, ut etiam non plane negligat illa artificialia. r)

46. Multo minus ergo negliget omnia experimenta, utpote, quæ etsi per tradita non apta sint ad parandam scientiam, tamen sæpe mentem excitant ad inquirendas effectuum naturalium causas per conjecturas, quas eorum consideratio suppeditat. s)

47.

p) Dico in plurimis, non in omnibus. Res fere se eodem modo habet, uti in conclusionibus moralibus e. gr. Hobbesii, Pufendorffii &c.

q) Non attendendo ad singulas circumstantias, aut in inquisitione causarum aliquam circumstantiam experimenti, ut non necessariam non considerando. Aut plane circumstantiam loci, temporis, tempestatis non observando, &c. Ita notum est, in barometris & thermometris, qualem variationem afferat circumstantia aëris & loci altioris. Ita in antlia, si vitrum cum corio & patella unitur, fere ut

circumstantia parum utilis consideratur madefactio corii, &c.

r) Ut scilicet possit intelligere dissentientes, eosque, in experimentis illis plerumque gloriantes, eo facilius refutare. Majoris commentarii loco ad hunc s. esse poterunt, quæ tradidi vom Wesen des Geistes, d. c. 1. n. 18. ad finem capituli.

s) Observationes pariunt experimenta sæpius tentata, sæpius convenientia, unde propositio probabilis oritur. Ad universalem & necessariam propositionem formandam requireretur, experimenta omnia experiri, quæ possibilis

47. Idem ergo sentiendum de historiis animalium, plantarum &c. & eodem modo talia studia æstimanda sunt a studioso physices. t)

48. Conducunt etiam experimenta ad agnoscendam ignorantiam nostram aut fines intellectus nostri in inquisitione causarum. u)

49. Qui usus, uti a studioso sapientiæ insigniter æstimatur, ita cavebit studiosus physices, ne facile sibi imponi patiatur a physicis novioribus, alia omnia sibi potius esse tentanda opinantibus, quam ut fateantur imbecillitatem intellectus humani.

50. Unde ne cogantur in rebus incognitis tacere aut ignorantiam suam vel contradictionem principiorum suorum fateri, excogitarunt entia, nescio quæ, partim inutilia, partim impossibilia & sensui communi repugnantia. w)

51. Quod si vero studiosus physices caute evitarit errores capitales supra x) recensitos, facillime profecta

bilia sunt. At talis experientia non cadit in totum genus humanum, tantum abest, ut in unum hominem cadere possit.

t) Nam & tales historiæ magis nomen observationum merentur quam historiæ. Quis enim historiam v. gr. Galliarum vocaret, si quis digito monstraret homines in Gallia subsistentes, aut eorum picturas exhiberet, aut quis historiam generis humani vocaret Æliani de historia varia librum, |

Huc pertinent ejusdem Æliani & Aristotelis libri de historia animalium.

u) Cum multos effectus experiamur admirandos, i. e. quorum causam scire non possumus.

w) Talia sunt e. gr. particulæ striatæ magnetis, cylindri aërei, elasticitas aëris &c. Confer Wesen des Geistes c. 6. 1b, 25. seq.

x) n. 21, 22, 23, 24.

stea evitabit reliquos inde pullulantes y) & doctrinarum oppositarum veritatem non difficulter agnoscet.

52. Imo vera doctrina de conceptu essentiarum & substantiarum spiritualium præparabit studiosum physices, ne in hos errores incidat. z)

53. His vero suppositis studiosus physices operam dabit, ut quantum natura intellectus sui admittit, cognoscat origines rerum visibilium earumque virtutes & usus.

54. De originibus rerum visibilium illud teneat, quod Deus etiam ante productionem rerum visibilium omnia repleverit, donec initio temporis ex invisibili sua virtute produxerit visibilia & invisibilia. a)

55. De earum virtutibus id observet; quod virtutes invisibiles corporum visibilium operationes suas sensibilibus peragant, & quod hæ operationes visibiles ac qualitates corporum sensibiles signa sint virtutum invisibilium.

56. Item quod virtutes creaturarum se invicem adjuvent. b)

57.

y) n. 25. seq.

z) Vide caput præcedens & totum tractatum de essentia spirituali. Unde etiam diximus supra, physicam debere esse metaphysicam.

a) *Genes. I. v. 1. Jobi 38. Amos 9. v. 2. Ps. 139. 7. Hebr. 11. 3. Roman. 11. 36. 1. Cor. 8. 6. Coloss. 1. 16.* Ubi tamen magis considerandus textus græcus, quam versio Luthe-

ri, quæ ex vitio philosophiæ scholasticæ non ubique aucta est genuine exprimere sensum doctrinæ apostolicæ.

b) Ita virtus luminis aëris, aëris aquæ, aquæ terræ virtutem adjuvat, ita mineralium ac metallorum, item lapidum virtutes plantis, plantarum animalibus, horum hominibus profunt.

c)

57. Vice versa etiam, quod una virtus alteram destruat, major nempe minorem contrariam. c)

58. Quod nullæ insuper virtutes creaturarum hominem felicem efficere queant, aut immortalem, sed potius multæ earum ejus mortem promoveant, aut morbos provocent, vel alio modo eum infelicem reddant.

59. Interim tamen gradus dentur inter virtutes ita noxias, ut una citius noceat, alia tardius. d)

60. Imo quod noxiarum vires impediri possint, per usum & applicationem virium contrariarum, tam in conservanda & recuperanda valetudine, quam etiam in promovenda felicitate animi. e)

61. Quamvis vires salutare creaturarum nunquam tantæ sint, ut immortalem aut perpetuo felicem hominem reddere queant. f)

62. Etsi vero hætenus recensita capita præcipua doctrinæ physicæ & quotidie sensu communi confirmantur, & facile intelligantur, si quis modo caput primum de originibus rerum physicarum teneat, simul tamen observabit studiosus physices, principia ista physica solum in scriptis sacris reperiri, & scriptoribus novioribus quibusdam, qui physicæ hujus Mosaicæ principia &

c) Res clara ex iisdem exemplis.

d) Ubi communiter homines eo errore laborant, ut posteriores, ut plane non noxias, ament, aut negligant & sic non caveant.

e) Sunt enim multæ virtutes physicæ in metallis, herbis &c. le-

nientes affectuum impetuositates, quas, si norint stulti, earum applicationem horrent.

f) Cavendum hic maxime a studio alchymico & simili inquisitione panacæ universalis, immortalem hominem reddentis.

g)

& conclusiones in formam artis reducerunt. g)

63. Intuitu tamen horum caveat studiosus physices, ne in sublimioribus & mysticis eorum doctrinis sapientiam aut scientiam physicam quærat, sed solum in iis, quæ, ut capita hactenus dicta simplicia & plana sunt. h)

64. Caveat etiam, ne hanc simplicitatem principiorum physicorum contemnat, seductus per jactantiam demonstrationum physicarum tam antiquioris quam novioris physicæ gentilis. Nam melius est habere fundamenta simplicia & plana, quam subtilia & obscura, aut centies sibi contradicentia. i)

65.

g) Etenim tradita *n. 54.* ignorant omnes sectæ, & quidem quatuor illæ præcipuæ, duo principia coæterna statuentes. Unde non possunt non conclusiones de virtutibus invisibilibus etiam novioribus philosophis Cartesianis, Gassendistis, &c. ridicula videri, & quasi asyla ignorantia. Etsi quoad rem ipsam ex istis pleræque (scilicet de quibus *n. 56. 60.*) modo ab hoc, modo ab illo philosopho sectarum gentilium dictis egregiis confirmantur, v.gr. dictis a Seneca. Per philosophos, qui physicas suas superstruxerunt physicæ Mosaicæ, intelligo Fluddium, Comenium, d'Espagnet.

h) Nam & Fludd & d'Espa-

gnet, & Comenius & Helmontius talia multa immiscent; & non ipsi non satis cavimus, in *Grund. Sch. ren p. 1. c. 13.* dum *n. 48. & 49.* asseruimus, veram physicam nil aliud esse, quam historiam creationis & lapsus, & petendam esse ex justis interpretibus *capitum priorum 4 geneseos.* Nam tales interpretes parum prodesse, vel Helmontii commentarius in illa capita docere potest. Et physica vera abstrahit ab historia creationis & lapsus, & considerat hominem & corpora naturalia prout nunc existunt. Imo historia creationis & lapsus scripta est in finem theologicum, non philosophicum.

i) Qualia sunt principia physicæ

65. Maxime vero caveat physicas larvatas, principia physica simplicis in titulo jactantes, sed revera occultantes ineptias physicae scholasticae, aut philosophiae novioris principia, vel maxime doctrinae Mosaicae & Apostolicae contraria. k)

66. Praeterea confirmabit in eo studium doctrinae physicae simplicis & planae, quod sapientissimus regum Salomo multa quidem locutus sit de virtutibus rerum naturalium, sed minime tradiderit aut scripserit systema physicae scientificum. l)

67. Hinc facile evitabit errorem philosophiae novioris, quasi physica genuina non debeat sollicita esse de finibus rerum, sed de earum causis efficientibus, & quasi homo de finibus rerum non ita certus esse possit ac de earum causis. m)

68. Praeprimis si cogitet, plus profuisse humano generi inventorem pyxidis nauticae ex observationibus physicae illius simplicis de rerum finibus, etsi causam efficientem, ut magnes ferrum attrahat, strenue ignoraverit, una cum qualitatibus occultis physicae scholasticae, quam subtilissimum inventorem particularum striatarum, ad fingendum causam efficientem, absque inventionem noviusus ex illo novo principio deducti.

69.

ficae Aristotelicae, Stoicae, Gassendisticae, Cartesianae.

k) Talis est Francisci Valesii *philosophia sacra*, N. Amerpoel *Cartesius Mosaizans*. Non autem facilius cavere poterit, quam si certus sit de capitibus supra reconstitutis

n. 53.-61.

l) Conf. dicta superius c. 6. n. 18.

m) Est hic error fundamentalis doctrinae Cartesianae. Adde omnino Clericum *ontologiae cap. 1, n. 4. seq.*

(*Thomasius Cavalari, Pars I.*)

Dd.

n) Vi-

69. Nec est, quod jactes illa nova inventa philosophiæ novioris, decantata a plurimis, 'quæ philosophia & scholastica & Mosaica illa simplicior ignoravit aut certe non curavit. n)

70. Videndum enim primo, an inventa hæc sint ita utilia, ut pyxidis nauticæ, an potius saltem jucunda, rara, pretiosa, cupidines hominum irritantia, & quorum usus potissimum consistit in ornandis principum Myrtothecis. o)

71. Deinde, si quis major eorum inventorum usus est, videndum, an illa inventio debeatur hypothësis illius novæ doctrinæ, & annon æque facile inveniri poterint ex principiis diversis alterius physicæ. p)

72. Principia physica hæcenus posita etsi quemvis manuducant ad cognitionem naturæ & ejus operationum, non tamen diffitendum, unum hominem magis aptum esse ad explicanda remedia naturalia per observationes & experimenta, adeoque & physicum magis nasci quam fieri.

73. Interim tamen magis leget scriptores, qui physicas Mosaicas ediderunt, quarum principia sola scriptura sacra suppeditat, & tum experimentis diligenter operam dabit, magis tamen naturalibus, quam artificialibus, & ex his magis chymicis, quam mechanicis. q)

74.

n) Vide *inventæ novæ, antiquæ* Georgii Paschii *cap. 7.*

o) e.g. Antlia pneumatica experimenta Torricelliana; microscopia, specula caustica, &c.

p) Ita inventa Cartesiano-

& Boyliana forte latuissent, nisi Guericiana inventa ex opposita plano doctrina orta, & Fluddiana utrisque viam monstrassent.

q) Vide dicta supra s. 62. & 9.

45. Experimenta chymica magis ad

74. Uti igitur experimenta chymica & mechanica varie differunt, ita ex hac differentia etiam oritur differentia duarum præcipuarum sectarum physicarum, physicae mechanicae & chymicae, seu corpuscularis & spiritalis, r)

75. Non vero mirandum, quod hæc duæ sectæ inter sectas physicas maxime sint oppositæ, cum principia prima sibi directo contradicant, chymicis operationes physicas causæ immateriali, mechanicis contra ipsi materiæ adscribentibus. s)

76. Et cum doctrina de spiritu universi magis apta sit iis, qui in cognitione sui proficere & ad felicitatem hujus vitæ tendere volunt, quam physica corpuscularis, hinc non mirandum, quod hæc posterior secta priorem, ut a qua hujus contradictiones palpabiliter ostendun-

ad naturalia referenda, quam ad artificialia per ea, quæ dicta sunt im Versuch vom Wesen des Geistes s. 1. th. 18. seq. Unde & supra per artificialia sunt intelligenda mechanica.

r) Philosophia corpuscularis considerat Deum in creatione mundi ut mechanicum artificem summum; cum tamen ars, quanta quanta sit, sit simia naturæ, natura vero sit virtus spiritalis creata. Chymici contra statuunt spiritum universi, unde & physica eorum spiritalis dicitur. Corpuscularis

contra corpora dicit esse infinita, spiritus nullibi &c.

s) Nam Gassendistæ & Cartesiani, etsi etiam dissentiant in multis, ratione tamen principii primi de causa motus utraque secta ad philosophiam corpuscularem pertinet. Ad spiritualem præter modo dictos, Fluddium, Comenium &c. pertinent Theophrastus, Becherus. Ad corpuscularem Gassendus, Cartesius, Illustris Boyleus Anglus. De Theophrasto vide Arnoldi Reher. Historie lib. 16. cap. 22. §§. 15. prioribus.

D d 2

t) Huc

duntur, ferre nequeat, sed maximo odio persequatur, & ubi dominium habet, false irrideat t)

77. Cæterum caveat etiam, ne in nimium studium physicæ chymicæ incidat, ac ne incumbat alchymix, sed potius firmiter credat, non dulciorem esse insaniam, quam studium alchymix adeoque maxime omnium cavendum. u)

78. Atque ut eo melius caveat, diligenter ei inquirenda est historia, an fabula fraternitatis Rosæ crucis. w)

79.

t) Huc pertinent calumniæ, quibus Theophrastum persecuti sunt, & adhuc persequuntur, quanquam ædium in Theophrastum debeatur quoad originem Aristotelicis, quod nempe suo tempore & philosophiam & theologiam scholasticam non false quidem, sed si dicendum, quod res est, Tyrolice pupugerit, & ausus fuerit, de rebus philosophicis scribere in idiomate germanico. Ex novioribus vide Roberti Boyle *chymistam scepticum*, ubi false disputatur contra doctrinam chymicorum, sed ex principiis philosophix corpuscularis.

u) In hanc insaniam non ita facile incidunt mechanici physici, quam chymici, quamvis & tales insani inter illos dentur, præprimis, si de connexionione principiorum plane non sint solliciti. De

alchymia tenendum, non repugnare naturæ transmutationem metallorum, exempla de lapide philosophico & mutatione metallorum in aurum talia esse, quæ non omnia negari possint, sed tamen multa eorum esse talia, quæ dubia adhuc habeant non contemnenda, Præprimis autem separandas esse quæstiones; an metalla mutari possint, & an mutari possint cum lucro. De his, qui se jactant artifices in hac arte, sic tenendum, omnes jactatores esse deceptores, omnium maxime, si sub quocunque etiam titulo pecuniam vel præmia postulent, eos autem, qui hanc observationem contemnunt, haud dubie ab iis decipi, quascunque etiam cautelas alias adhibeant.

w) Potissima de hac fraternitate vid. ap. Arnold. *Recher. Historie lib.*

79. *De vitio*: caveat studiosus juris negligentiam studii physici & neglectum principiorum genuinæ physicae, cum sine iis frigeat studium philosophiæ moralis. x)

80. Caveat physicam Aristotelicam, Gassendistiam, Cartesianam. y)

81. Sed caveat etiam vel maxime studium alchymiae. z)

82. Potius evolvat physicas chymicas, a) & notitiam comparet experimentorum communium chymicorum, b) sed non multum incumbat praxi chymicæ. c) Ratione theoriæ fit quidem chymista scepticus, d) sed non Boylianus. e)

(Cap.

lib. 17. c. 18. desumpta maximam partem ex scriptis ipsi cum in finem a me commodatis. Ipse Cartesius suo tempore putatus est fuisse frater rosæ crucis. *La Vie de des Cartes lib. 1.*

x) Principia genuinæ physicae dedi *supra n. 53--61.* Physica tradit doctrinam de natura omnium corporum, sub quibus homo comprehenditur. Philosophia moralis naturam actionum humanarum. Adde iudicium ipsius Cartesii *in vita eius contracta lib. 2. p. 56.* Ergo ubi desinit Physicus, ibi incipit ethicus. Sed quia hæc communiter negliguntur, ideo & moralia frequentissime physicis oppo-

ni solent, quod cavendum esse latius monstravi *lib. 1. fundam. I. N. & G. capite de natura hominis.*

y) per dicta *n. 6.* & multis sequentibus.

z) per dicta *n. 77.*

a) per dicta *n. 4. & 62.*

b) Quia hæc valde illustrant doctrinam de interna operatione invisibilium in visibilia.

c) Quia hæc requirit totum hominem & facile seducit ad querendum lapidem.

d) i. e. agnoscat, physicam non esse scientiam & pauca nos scire in rebus naturalibus, per dicta *nos. 6. 17. seq.*

e) per dicta ad *n. 76. in fine.*

D d 3

a) Vi.

Cap. XIV. CAUTELÆ CIRCA STUDIUM ETHICUM

I.

QUas hætenus habuimus disciplinas philosophicas vel ad ornamenta vel instrumenta Jurisprudentiæ pertinere, at philosophia de moribus est fundamentum Jurisprudentiæ, unde ante omnia cavebit studiosus juris communem neglectum studii moralis, cavebit dehortationes ab eo theologiæ monachalis & jurisprudentiæ insipientis. a)

2. Porro cum jam incipiat doctrina de cognitione sui ipsius, b) simul cavebit ne amplius ipse desinat simul meditari c) de veritate doctrinæ moralis, adeoque ne doctores quoscunque amplius sequatur ut cæcus.

3. Ut vero scriptura sacra omnes doctrinas, quæ propius ad sapientiam & salutem pertinent, diserte incul-

a) Vide autorum von Licht und Recht. conf. dicta supra ad cap. 10. n. 15. Icti dum observarunt, ethicam Aristotelicam ipsis parum prodesse, & multa præcepta moralia in corpore juris occurrere, ab uno extremo lapsi sunt in alterum i. e. in neglectum & contemptum omnis philosophiæ moralis.

b) Capite 2. diximus sapienti esse tres libros commendandos, scripturæ, naturæ, & cognitionis

sui ipsius. Ad librum naturæ non solum physica sed & omnes reliquæ disciplinæ pertinent, etiam logica. Nam natura humana secundum nostra principia magis in voluntate quam intellectu consistit.

c) Meditatio est necessarium instrumentum sapientis tam in inquirendo vero quam bono. Et debebant academiæ docere artem meditandi, Jam docent artem me-

mo-

culcat, ita & jam in libris fœderis Mosaici omnes doctrinæ genuinæ philosophiæ moralis continentur, ut adeo quis putare debeat, non opus esse ethica doctrina in academiis, cum libri sacri jam inculcentur infantibus. d)

4. Interim quotidiana testatur experientia, nihil minus quam bonos mores a juvenibus transferri ex scholis in academias vitio non doctrinæ, sed præceptorum, i. e. docentium. e)

5. Quod vero in academiis philosophia moralis, quæ docetur, tam rarissimos fructus producat, inter alia f) ratio est, quod ethica scholastica, quæ communiter hactenus fuit proposita, sit ineptissima g) & quod loco scriptorum sacrorum moralium h) inculcare soleant doctri-

morandi, tanquam necessarij instrumenti stultæ eruditionis, fundata in præjudicio autoritatis.

d) Intelligo præprimis proverbialia Salomonis, item Syracidem, qui leguntur in omnibus scholis & prope dixerim ædibus.

e) In proverbiiis, aut Syracide major sapientia, quam in omnibus libris Platoniorum, Stoicorum, Epicureorum, Aristotelicorum. Vitium docentium est, 1. quod putent philosophiam moralem necessario esse systematice tradendam, non vero putent erudire sententias sine ordine systematico. 2. quod onerent memoriam infantum sine intellectu; 3. quod non

faciant selectum inter ea, quæ sunt ad captum infantum & quæ non sunt. 4. quod ipsi præceptores non intelligant viam & potestatem præceptorum, 5. quod si maxime intelligant, cognitio tamen eorum sit mortua non viva, unde exemplo suo plus nocent, quam doctrina profunt.

f) Nam repetendæ hic iterum sunt rationes ad §. præc. indicatæ.

g) Vide quæ disserui ea de re in peculiari programme Lipsiensi, quod extat in *kleinen teutschen Schriften*.

h) Sub prætextu vano, quod non sint systematice scripta: cum tamen parænetica scripta æque profunt.

doctrinas falsas ethnicorum, i) quod ad reliquias papatus referendum. k)

6. Quod ut eo melius percipiatur summatim tenenda historia philosophiæ morum, ejusque fata. l)

7. Modus docendi m) philosophiam morum est vel paræneticus vel dogmaticus vel mythologicus, n) vel ænigmaticus, hieroglyphicus, symbolicus, o) aut emblematicus, vel characteristicus. p)

8. Quæ

sint scientiæ cupidis ac systematica; stultis systematica non plus profuit quam parænetica. conf. *supra c. 6. n. 18. & cap. præced. n. 66.*

i) In eo consistentes, ut homines propriis viribus & ex libertate voluntatis possint virtuosos fieri, idque fiat emendatione intellectus & cognitione veri boni. In hoc omnes quatuor sectæ paganorum conveniunt. Adde omnino Rachelium *introduct. ad philos. moral. Arist. c. 11. p. 107.* ubi ex Synesio fabulam de Osride & Iside huc applicat.

k) Fundatur enim in talibus principiis doctrina papistica de bonis operibus. Unde nec interfuit papistarum, ut in academiis doceretur ethica genuina. Adde Pufendorffium *vom Papst § 34. Historie der Weisheit und Thorheit ab initio.*

l) Pluribus de ea vide Racheli-

um *Introductione in Aristotelis Philosophiam moralem c. 6.* ubi & *cap. 7. & 8.* de nazvis omnium sectarum ethnicarum, etsi Aristoteli sit pro more seculi faventior. Adde le Pere Rapin *Tome 2. sub titulo; Reflexions de la morale p. 381. seqq.* Sed hic autor perpetuis contradictionibus laborat, & nimis Aristotelicus est. Diligentia magna & judicio non minori historiam philosophiæ morali tradit Johannes Barbeyracus *in præfatione ad versionem gallicam Pufendorffii.*

m) Vide Rachelium *d. l. c. 11.*

n) Ut Æsopi & Phædri *fabulae*. Adde Pauli Patris *doctrinas morales ex Palæphati incredibilibus.*

o) Ut Ægyptiorum & Pythagoræ. Vide Pierium Valerianum *de Hieroglyphicis.* Item Pauli Patris *arcana moralia ex Pythagora symbolis.*

p) Huc pertinent Theophrasti

&

8. Quæris, quis alteri præferendus sit? Respondeo, omnes bonos esse & utiles discendi cupidis, stultis parum prodesse optimos. q)

9. Quod igitur philosophiam barbaricam attinet, uti pauca de ea habemus, ita constat, ejus methodum docendi philosophiam moralem fuisse partim paræneticam, partim hieroglyphicam. r)

10. In græcanica *poëta* mythologico, septem sapientes Græciæ parænetico, Pythagoras symbolico docendi genere usi sunt. s)

11. Democriti mentionem nemo fecit, nisi obiter. Credo, quod nec scripserit aliquid in philosophia morum, nec docuerit eam. Interim dignissima lectu sunt, quæ de ejus philosophia morali conservavit Hippocrates, a nobis alibi recensita. t)

12. Sed cum hæcenus memorati philosophiam moralem non nisi obiter tractarent, alii videlicet primario inten-

& Galli de la Chambre *characteres & Icon Animorum* Barclaji, & Scipionis Claromontii *de conjectandis hominum moribus*. Conf. dicta in *Part. 2. Ethices c. 12. n. ult.*

q) Vide jam dicta *ad n. 4. lit. c.* Enigmatica doctrina etiam in sacris memoratur usitata fuisse Salomoni cum Regina Arabiæ disputanti.

r) Conf. *supra c. 6. n. 31. 32. & modo ib. 6. lit. c.* Adde Barbeyrac. *d. l. 5. 6. 11. 12. 13. 14.* Rachel, *d. l. c. 6. pag. 46. seq. & c. 7. p. 65. seq.*

s) Vide Barbeyrac. *d. l. n. 15. 16.*

(*Thomasii Cousinor. Pars I.*)

17. Adde dissertationes Buddei *de septem sapientibus Græciæ.*

t) Vide Hippocratis *Epist. 17. Tom. II. Historiæ sapient. & stultitia cum scholiis nostris insertam p. 81. seq.* Nemo ex philosophis gentilibus stultitiam hominis tam vivis coloribus depinxit, quam Democritus. Obiter ejus mentionem facit Rapin. *d. l.* statim ab initio, sed ex illo Ciceronis loco, ubi dixisse fertur: *quod est ante pedes, nemo videt, & cæli scrutamur plagas.*

Et

11)

intendentes delectationem u) aut superstitionem, w) alii vitam activam & regimen politicum, x) alii doctrinam rerum naturalium, y) non mirandum, quod Socrates tanquam pater philosophiæ morum commendari soleat communiter post Ciceronem. z)

13. Scilicet est primus autor philosophiæ moralis dogmaticæ, non tamen systematicæ. Doctrina ejus etsi facile vincat ethicas systematicas, eo tamen laborat vitio quod emendationem voluntatis solum deducat ex emendatione intellectus. a)

14. Hujus discipulo Cebet Thebano rursus placuit methodus docendi philosophiam morum mythologica, vel si mavis, ænigmatica. Et si fatendum, quod res est, ejus tabula systematibus quibuscunque reliquarum sectarum, si non præferenda, saltem æquiparanda est. b)

15.

u) Ut Poëtæ. Vide *Parrhasiana Tom. I. Conf. supra c. 8. n. 5.*

w) Ut iidem Poëtæ in genealogiis Deorum &c. Notat Barbeyracus *d. l. §. 6.* ministros publicos religionis summe neglexisse studium & doctrinam scientiæ tam nobilis, & religiosi maxime dignæ, idque exemplo sacerdotum paganorum ibi declarat.

x) Ut plerique ex septem sapientibus Græciæ de quibus videndus Laërtius, ut Pythagoras & Pythagorei. vide Schefferum *de Philosophia Italica.*

y) Ut Thales & Democritus. Vide Laërtium.

z) Loca veterum & recentiorum dat Barbeyracus *§. 19. initio.*

a) Socrates nihil scripsit; sed ejus methodum informandi per quæstiones vivide depinxit Xenophon *de memorabilibus Socratis.* Vincit ea methodum systematicam, quia lectores convincit. Vitium ethicæ Socraticæ constat *ex lib. 4. Xenoph. c. 9. p. 272. versio- nis nostræ Germanicæ.* Adde Barbeyr. *d. §. 19.*

b) Vide præfat. Salmastii in *Cebetis.*

15. Platonis philosophia moralis parum satisfaciet ei, qui autoritatis præjudicio non præventus Platonem ex Platone judicat. Uti enim omnia repleta sunt subtilitatibus speculationum inanium & dubiis infinitis, ac nunquam Platoni in mentem venit, ut traderet dogmata moralia systematice connexa, sed potius ut destrueret aliorum dogmata, ita, si in mentem venit, ethica Platonica erit comparanda reipublicæ Platonicae, hoc est, phantasticæ. c)

16. Antisthenes, alter Socratis discipulus, & sectatores ejus Cynici, doctrinam moralem seu virtutis studium magis tactis quam præceptis exprimebant, digni, quos Alexander magnus suspiceret, digni etiam, quos commendaret sapiens, nisi neglectu & contemptu decori virtutem docuissent bestiis, non hominibus dignam. d)

17. Aristoteles, Platonis discipulus, primus systematice videtur tradidisse philosophiam moralem, subtiliter magis, quam utiliter, etsi Rapinus, ut Jesuita, eum præferat reliquis philosophis paganis omnibus, recte propterea notatus à Barbeyraco. e)

18.

*betis Tabulam** 2.*

c) Plura ad meditationem hanc confirmandam suppeditabit Barbeyracus *d. l. §. 20.* quamvis ibi multa hinc inde sint excerpta ex nimis admiratoribus Platonis, Dacierio, Fleurio &c. Confer. Rachel. *d. l. c. 6. p. 53.* & supra *c. 6. n. 69. 70.* Communis admiratio Platonis debetur venerationi intem-

pestivæ erga patres, maxime Augustinum &c.

d) Diogenes Laertius *lib. 6.* Barbeyrac. *§. 22.* Notum dictum Alexandri, si non forem Alexander, optarem ut essem Diogenes.

e) Vide Barbeyrac. *d. l. §. 23.* Ubi etiam in compendio exhibet contenta librorum ethicorum Aristoteles. Inter peculiariora, quæ habet,

E e 2

bet,

18. Zeno Citticus, Cynicorum auditor, doctrinam de decoro doctrinæ Cynicæ miscens, novam fecit sectam Stoicorum, magna & paradoxa de suo sapiente promittentium, sed vana, & quæ in exemplis haud exhibere possent. Affectuum extirpationem commendabant, sed affectus aliter describebant, quam reliqui philosophi. Eorum tradita parænetica magis quam systematica exhibuerunt ex veteribus Seneca, Epictetus, Marcus Antoninus Imperator. f)

19. Arcefilas autor academiæ secundæ, & Carneades tertiæ, ut & Pyrrho autor scepticorum, dum de omnibus dubitabant, fundamenta ut omnis philosophiæ, sic & moralis tollebant, summum bonum ponentes in adimpletione cupiditatum naturalium sine respectu ad honestum & virtutem simul vero statuentes, justis & iniusti conceptus demum oriri ex legibus humanis. g)

20. Epicuri tradita de philosophia morali non systematica quidem, sed ad formandum systema apta, ut & ejus dicta de sapiente, etsi isdem nævis laborent, quibus

bet; illud potissimum est, quod loco quatuor virtutum cardinalium fabricaverit XI. virtutes. In eo vero cum Platone & reliquis errat, quod summum bonum theoreticum i. e. speculationem de rebus divinis præferat practico, contra quem errorem disputavimus *lib. 1. Inst. Jurisprudentia divina.*

f) Adde Barbeyrac. *d. l. S. 26.* & 27. & dissertationes Dni. Budæi *contra Stoicos*, Epicteti en-

chiridion summam ethicæ Stoicæ quasi in nucleo exhibet. Reliquos ejus discursus & disputationes methodo Socratica institutas collegit Atrianus. Marci Antonini libros *ad se ipsum* magis, quam merentur, commendat Dacierius *in præfat. ad versionem Gallicam.* Optimus in eos commentarius est Thomæ Gattakeri.

g) Vid. Barbeyrac. §. 24.

b)

bus reliqua paganorum ethica, nescio tamen, an non pulchra illa & magnifonans ethica Stoicorum magis paradoxa & erronea tradat, quamvis per calumniam Stoicorum ultra meritum male audiat Epicurus cum suis, & plenæ sint ineptiarum disputationes Stoicorum cum Epicureis. h)

21. Ciceronis systema de officiis philosophiam quidem eclecticam sapit ex Stoica & Peripatetica, forte & ex Academica schola, sed sæpius oratorie magis quam logice cohæret, & soliditatem doctrinarum jam alii desiderarunt. Sed quis soliditatem a Cicerone expectet? Plutarchi moralia pulchra sunt, & utinam magis cognita essent; Sed desiderant tamen lectorem jam judicio morali pollentem. i)

22. Quam corruptæ vero & insufficientes sint ethicæ philosophorum paganorum hæctenus recensitæ, nescio tamen, an ulla philosophia morum tam corrupta fuerit, quam Judæorum erat tempore adventus Christi, five ea corruptio adscribenda sit conversationi cum philo-

loso.

h) Epicuri philosophiam conservavit Diogenes Laërtius *lib. 10.* ut & ejus dicta de sapiente. Calumnias Stoicorum item Platoniorum contra Epicurum pete ex Seneca, Cicerone & patribus Stoicæ aut Platonice philosophiæ addictis. In disputationibus plerumque est lusus in terminis (v. gr. affectus) aut cavillatio terminorum, quibus usus est Epicurus, (v. g. vo-

luptatis,) Censura Barbeyraci *d. l. §. 25.* vel potius eorum, quorum verba ibi adducuntur, magis ferit theologiam Epicuri, quam ejus ethicam, & nescio, an, quæcunque sit doctrina ethica, ex eo possit impugnari, quod saltem præ oculis habeat felicitatem præsentis vitæ.

i) Adde Barbeyrac. *d. l. §.*

27.

losophis græcis, sive ambitioni & cupidini dominandi in conscientias pharisaicæ. k)

23. Venit ergo Christus & non solum docuit sanam theologiam, seu doctrinam de felicitate futuri seculi, sed & restauravit veterem & Salomonæam philosophiam moralem. l)

24. Sed non diu duravit hæc emendatio, cum jam viventibus apostolis inventi fuerint corruptores, uti theologiæ, ita & ethicæ Christi, afferentes videlicet ex paganismo & iudaismo fermentum Stoicum & pharisaicum vel quid simile. m)

25. Unde non mirandum, quod patres ecclesiæ paulo remotiorum temporum prope omnes vera eruditione philosophiæ moralis fuerint destituti, quare a lectione eorum cavebit studiosus sapientiæ, vel certe eam nonnisi sub hac cautela instituet. n)

26.

k) Patet hoc ex doctrina Christi contra dogmata pharisaica, Sed nec Essæorum tamen aut Sadducæorum ethica multo melior erat, illa Stoicæ, hæc Epicuræ similis. Adde Barbeyracum *d. l. s. 7.* & supra dicta *c. 6. n. 51. seqq.*

l) Conf. dicta *supra c. 6. n. 58. seq.* Nam præter supernaturalia, quæ Christus docuit, intuitu philosophiæ, rationalem quidem praxi magis, quam doctrina restauravit, ad naturalem in similibus & parabolis velut obiter respexit; at moralem simul cum theologia do-

cuit, utramque tamen parænetice non systematice. Neque enim putandum, doctrinam Christi respicere solam felicitatem seculi futuri, aut non posse consistere cum felicitate hujus vitæ, quam intendit ethica, & agnoscit etiam lumen naturæ. Huc pertinent multa ex doctrina quam refert Matthæus *c. 5. seq. potissimum Matth. V, 4. 5. 6. 7. 17. 21. 22. 27. 28. VI, 2. 25. seq. VII, 12. 28. Ephes. VI, 2. 3. 1. Timoth. IV, 8.*

m) Conf. Barbeyrac. §. 8.

n) Dignissimus est, qui ad distim-

26. Post introductas academias haecenus regnavit & adhuc regnat in plerisque academiis, certe in pontificiis, ethica Aristotelico-scholastica, falsa, insipida, & nil minus quam philosophiæ practicæ nomen merita. o)

27. Quam postea Jesuitæ poliendo adhuc magis periculofam & inutilem reddiderunt. Unde a Jesuitarum philosophia morali, tanquam impia, & ad atheismum insensibiliter ducente quam maxime cavendum. p)

28. Sentientes istos academiarum defectus acutiores, recte quidem fecerunt, quod de eorum emendatione cogitaverint, sed minus prudenter actum, quod hæc emendatio apud alias sectas philosophiæ ethnicæ fuerit quæ sita. Scilicet Stoicorum tradita placuerunt Lipsio & Caspari Scioppio. q)

29. Gassendus & post eum Sorbierius & Rondelius renovarunt philosophiam moralem Epicuri, forte ad
nimi-

stinctius intelligendum hunc paragraphum legatur doctissimus Barbeyracus *d. l. §. 9.* ubi singulorum ecclesiæ patrum, etiam alias maximæ autoritatis, errores aut ignorantias morales notat. *Conf. supra cap. 6. n. 68. seq. & cap. 9. n. 60. seq.*

o) Latius id deduxi in peculiari programmate Lipsiensi in *kleinen teutschen Schrifften.*

p) Vide Montaltii *litteras provinciales* cum additionibus latinis & gallicis editionis latinæ & gallicæ; *la theologie morale des Jesuites,*

la Morale des Jesuites, la Morale Pratique des Jesuites.

q) Lipsio quidem tota philosophia Stoica, Ad philosophiam moralem pertinet *lib. 2. Manud. ad philosophiam Stoicam diff. 13. ad finem.* Paradoxa Stoicorum de sapiente tradit *integro lib. 3.* Caspar Scioppius edidit *elementa Philosophiæ Stoicæ moralis Moguntia 1606.* Rarior est hic liber, quam ut magna mereatur encomia. Et continet saltem excerpta & capita quædam ex Scioppii satyrico majori de recta puerorum institutione. Per-

nimum ejus amorem commoti, quod observassent calumnias Stoicorum & aliorum adversariorum Epicuri. r)

30. Motteus Vayerius, etsi supra s) memorata pericula philosophiæ scepticæ intuitu doctrinæ moralis excusare & extenuare, potissimum comparando eam cum damnis pertinaciæ dogmaticæ, t) voluerit; in ipsa tamen delineatione ethices sequitur magis dogmaticos, u)

31. Cartesii regulæ morales, ut ipse eas non pro veris, sed quasi pro intermisticis venditat; ita fere inanes sunt, & nævos pariter dogmaticæ & scepticæ philosophiæ conjungunt. w)

32.

tinet etiam huc autor libri: *Les caractères de l'homme sans passions selon les sentimens de Senèque.*

r) Bene fecit Petrus Gassendus quod apologiam scripserit pro Epicuro contra Senecam, Ciceronem, & varios ecclesiæ patres. At propterea tamen non opus erat, recoquere falsa principia omnis philosophiæ paganæ. Sed ita comparati sumus, ut quos propter aliorum calumnias injusto odio persecuti sumus, eos detectis calumniis magis, quam par est, amemus. Gassendi *commentarius in lib. 10. Laërtii*, qui de vita Epicuri agit, seorsim est editus cum *Syntagmate Philosophiæ Epicuri Lugduni 1675, in*

folio Synopsis Philosophiæ Gassendi in 8. tomis dedit Franciscus Bernierius Gallice. Adde Mons, du Rondella vie & la Morale d' Epicure.

s) Supra §. 18.

t) *Tom. V. p. 224. 229. seq.*

u) *Tom. VI. p. 217. seq. 258 sub titulo: la Morale du Prince.* Est farrago præceptorum partim Stoicæ, partim & potissimum Aristotelico-scholasticæ philosophiæ.

w) *Dissert. de metodo p. m. 18. seq.* Confer cum prima regula, quæ pro scepticis disserit Mothela Vayer *Tom. 5. p. 224.* Seducit etiam prima regula ad præjudicium autoritatis.

x)

32. Cum vero Cartesiani facile subodorarentur, venerationi philosophiæ Cartesianæ multum detractum iri, si principia ejus saltem usum habeant in philosophia naturali, tentarunt, annon ex illis etiam philosophiam moralem derivare possent. Sed non feliciter. Spinosæ, (qui primus tentamen hoc videtur ausus esse,) ethica in atheismum; Malebranchii contra in enthusiasmum exiit. x)

33. Valde quidem a multis commendari solet ethica Arnoldi Geilingii tanquam pia & genuine Cartesianæ, sed cavenda tamen erit quam maxime studioso sapientiæ tanquam inaniter subtilis & obscura, & tandem in Spinosismum insensibiliter quasi desinens. y)

34. Por-

x) *Ethica* Spinosæ in operibus ejus posthumis multas pulchras conclusiones habet, sed periculosissima principia de substantia unica, Deo &c. Malebranchii *ethica* proditit 1684. sub titulo: *Traité de Morale par l'Auteur de la recherche de la Verité*. Jam occasione tractatus de inquirenda veritate notaverant cautiore, Malebranchii doctrinam miscere Cartesianismo enthusiasmum. Idem de hoc tractatu sciendum esse facile apparebit, si quis saltem summaria capitum perlegat. Anno 1686. proditit alterius anonymi *Essai nouveau de Morale de l'Ame de l'homme*, ubi autor ex principiis Carte-

(*Thomasii Casselar. Pars I.*)

sii de anima & differentia intellectus puri ac imaginationis, primo immortalitatem animæ, tum ex hac atque ex unione animæ cum corpore officia hominis erga Deum, seipsum, ac proximum, tam intuitu hujus vitæ, quam futuræ, maxima cum confusione deducit; nam & doctrinam de vita æterna, inferno, purgatorio hic deprehendes.

y) Vide *prefationem* ad eam nescio cujus Philarethæ, opusculum hoc eximie commendantem. Subtilitatem cape ex excerptis hisce de doctrinis ejus potioribus in tractatu de quatuor virtutibus. Maximam felicitatem & virtutem di-

Ff

„cip

34. Porro etsi Cartesius nobilissimam ethicæ doctrinam de *passionibus animi* solide se demonstrasse opinatus fuerit, infinitis tamen eandem contradictionibus reple-

cit consistere in *amore rationis*.
 „Amor duplex est vel *dilectionis*
 „vel *Effectiois*: *Dilectionis* vel
 „sensibilis seu corporalis item affe-
 „ctionis, vel spiritualis; *Effectiois*
 „vel *benevolentia*, vel *concupi-*
 „*scientia*, vel *obedientia*. Et hic ulti-
 „mus solus huc pertinet, reliqui
 „omnes ad amorem non qua-
 „drant: *Summum bonum* consta-
 „re dicit ex quatuor virtutibus car-
 „dinalibus, *diligentia*, i. e. auscul-
 „tatione rationis, *obedientia*, i. e.
 „executione rationis, *justitia*, i. e.
 „adaquatione rationis, *humilitate*,
 „i. e. sui ipsius incuria. *Diligentia*
 „habet duas partes: *Aversionem* a
 „rebus externis & *conversionem*
 „intra se. Similiter *obedientia com-*
 „*missionem* ejus, quod ratio jubet,
 „& *omissionem* ejus, quod vetat.
 „*Justitia* partes sunt *paritas*, quæ
 „refecat, quod nimis, & *perfectio*,
 „quæ supplet, quod minus est.
 „*Humilitatis*, *inspectio* sui & *de-*
 „*spectio* sui. Sunt etiam *adminicula*
 „singularum virtutum, *Diligentia*,
 „familiaritas cum ratione, *obedien-*
 „*tia*, cautio ab obedientia homi-
 „num, *Justitia* seria essentia rerum

„consideratio secundum nume-
 „rum & mensuram, *humilitatis*,
 „nihil agere propter felicitatem,
 „sed propter obligationem no-
 „stram. *Fructus* diligentia *pru-*
 „*dentia*, obedientia *libertas*, ju-
 „stitia *facieras*, humilitatis *sublimi-*
 „*tas* est. Humilitas hanc habet re-
 „gulam: *Ubi nihil valeo, nihil vo-*
 „*lo*. Prior pars continet *inspectio-*
 „*nem*, posterior sui *despectio-*
 „*nem*. *Inspectio* sui habet 4. partes. Ni-
 „hil valeo ratione actionis, nam
 „nullum corpus efficere valemus,
 „nec movemus etiam corpus
 „nostrum, nescimus enim quomo-
 „do moveatur, nec si sciamus, ea
 „scientia quicquam ad moven-
 „dum facit: multominus move-
 „mus alia corpora: Ex quo sequi-
 „tur, quod nihil extra nos facia-
 „mus. Sequitur nihilominus sub-
 „indè motus, aut conjungitur cum
 „imperio voluntatis, sed alio ali-
 „quo i. e. Deo conjunctionem il-
 „lam procurante. Nihil valeo
 „ratione *passionis*: nam res extra
 „me positæ non possunt speciem
 „sui mihi imprimere, sed alius
 „aliquis i. e. Deus speciem mundi
 „mihi

repletam esse facile ostendi potest, & jam ejus rei specimen illustre dedimus alibi. z)

35. Unde maxime cavendum studioso sapientiæ ab ethicis quibusdam novioribus, doctrinam illam Cartesii de passionibus animi incaute sequentibus. a)

36. Cavendum tamen etiam est ab ethicis, quæ christianarum nomen præ se ferunt. Etsi enim horum autorum fuerit bona intentio, tamen vel confundunt lumen rationis & revelationis, vel inepta ethicæ scholasticæ tradita, aut Cartesianæ doctrinæ insufficientiam sub ethicæ christianæ pallio tegere intendunt. b)

37. Hac

„mihi immittit, & actionem meam
 „in particulas hujus mundi emit-
 „tit. Nihil valeo quoad *ortum*
 „meum. Ignarus sum, quomodo
 „huc venerim, tantum abest, ut vi-
 „mea venerim. Nihil valeo, quoad
 „ad *mortem*. Similiter hic involuntarius
 „sed insuper invitus sum.
 „Et stultus hic aliquid valere volo,
 „lo, ubi me valere nihil scio.
 „Ergo jam nihil volo, sed ex-
 „quorantum, quæ Deus jubet. &c.
 Vides quam insensibiliter in Spinozismum ducaris: i. e. *quod omnia fiant necessario ex necessitate infinitæ & unius substantiæ, unde omnis spontaneitas & imputatio destruitur.* At vero annon ex hoc: *ubi nihil valeo, nihil volo* idem sua sponte sequitur. An si homo nihil agit nec patitur, sed solus Deus

omnia agit & imprimit, habere poteris serium virtutis & peccati conceptum? Et quo modo Deum liberabis a causa peccati? ut alia contradictoria ex his Geulingii subtilitatibus necessario fluentia omit-
 tam.

z) Vide ethicam nostram *part. 2. c. 3. n. 13. sequ. n. 25. sequ. n. 30. c. 4. n. 15-43.*

a) e. gr. ab Henrici Mori *enchiridio ethico*, quod extat *Tom. I. operum ejus philosophicorum*. Nam *lib. 1. c. 6. sequ.* repetit doctrinam istam Cartesii de passionibus animi.

b) Talis utriusque luminis confusio & doctrinæ Cartesianæ incrustatio latet in tractatu anonymi cujus jam *ad n. 31.* fecimus mentionem. Edidit Gregorius

Ff 2

rius

37. Hæc omnia perpendens studiosus juris, sequens stratis omnibus ethicis paganis & paganizantibus meditando naturam hominis secundum lumen rationis & claram doctrinam scripturæ operam dabit, ut doctrinam simplicem & cum sensu cujuslibet communi convenientem cognitionem de vera felicitate hujus vitæ, & mediis ad eam perveniendi sibi parare possit. c)

38. Cavebit, ne omittat in doctrina de bono & malo in genere distinctionem boni in ordinarium & extraordinarium, & ne vitio communi docentium has distinctas & oppositas bonorum species confundat. d)

39. Cavebit, ne de summo bono inanibus quæstionibus paganæ philosophiæ inhæreat, sed tamen operam dabit

sus Grabo *ethicam christianam*, sed 1) loco ethicæ tradit theologiam moralem. 2) Rejicit quidem prolixè ethicam Aristotelicam, sed ipse tamen in illa theologia morali multa habet erronea ex ethica Aristotelica v. g. de intellectu voluntatem regente, de appetitu sensitivo a voluntate differente: de indifferentia iræ & odii hominum. 3) Aliquando exceptiones loco regularum tradit, ut de metu mortis intuitu Christianorum etiam. Aliquando 4) contra doctrinam Christi officia Christianorum metitur ex spiritu Eliæ, non Christi, ut in axiomatico, quod ira sit cor fortitudinis. 5) Ineptam doctrinam de vit-

tute heroica quæ nihil aliud est, quam asyllum ignorantie aut arcænum Cleri Papalis, recoquit. Unde sæpe in exemplis conjunguntur imparia, ut intuitu heroicæ liberalitatis Salomon & Constantinus M. intuitu heroicæ mansuetudinis David & Theodosius &c.

c) Nam vera felicitas æternæ pertinet ad theologiam. Tentavimus autem talem doctrinam proponere in ethica nostra, ex quâ adeo cautelas maxime necessarias hic excerpemus, atque ea, quæ emendationem mereri jam agnoscimus, sincere notabimus.

d) Vid. P. I. *ethices c. 1. n. III. sequ.*

e) Ex-

dabit, ut clarum & distinctum conceptum veri summi boni nanciscatur. e)

40. Cavebit, ne Dei tanquam fontis omnium bonorum in concipiendo summo bono obliviscatur. Sed cavebit etiam, ne multa impertinenter hic de Deo blaterando, aut nimis subtiliter de Deo speculando loco summi boni incidat in summam miseriam & stultitiam. f)

41. Cavebit, ne putet, ad doctrinam de mediis summi boni, qualemcunque vel etiam subtilem discursum de undecim virtutibus Aristotelicis, aut etiam de quatuor virtutibus cardinalibus reliquorum philosophorum sufficere, sed operam tamen dabit, ut naturam amoris rationalis tanquam complexus omnium virtutum & unici medii perveniendi ad summum bonum perspicue & accurate concipiat. g)

42. Id vero non melius procedet, quam si accurate fecernat amoris communis naturam ab amore speciali, & singulas virtutes ad singulas has species pertinentes attente examinet. h)

43. Ca-

e) Expeditum hoc *cap. 2. ibid.*

f) Dixi *cap. 3. ibid.*

g) Vid. *cap. 4. ibid.*

h) Vid. *cap. 5. & 6. sequ.* Ubi potissimum notanda cautela de communibus doctrinis erroneis aut neglectu doctrinarum vitando circa conceptum genuinum de patientia, de beneficiis, & de communione circa differentiam inter amorem æqualem & inæqualem, circa mensuram culturæ sui ipsius;

circa necessitatem amoris rationalis in omnibus societatibus naturalibus. Habes ibi in compendio & ordine debito in paucis foliis, quæ fuisse Seneca sed absque ordine & minus solide de beneficiis differit. Adde Dn. Barbeyrac, *loco supra citato §. 27.* Commendandus etiam autor historiarum Sevarambes, quod quasi per fabulam palpabiliter demonstraverit, communionem bonorum

Ff 3

son

43. Cavebit, ne originem omnis stultitiæ quærat in intellectu, aut in appetitu quodam sensitivo, seu in ente dubii & incerti conceptus. Sed quæret originem mali in ipsa voluntate, eamque ad pauca genera præjudiciorum reducet, & cum præjudiciis intellectus comparabit. i)

44. Cavebit a communi neglectu doctrinæ solidioris de affectibus, cavebit a traditis philosophiæ paganæ & scholasticæ, Gassendisticæ, & Cartesianæ de passionibus animi. k)

45. Ergo ipse potius in subsidium vocabit sensum communem ad inveniendam genuinam affectuum definitionem. l)

46. Cavebit etiam a divisione affectuum vulgari, & secundum definitionem inventam & classe affectuum rejiciet tanquam spurios admirationem Cartesii, & gaudium ac tristitiam ethicæ scholasticæ. m)

47. Quæret postea fontem communem reliquorum affectuum omnium, videlicet amorem. n)

48. Supplebit etiam defectum philosophiæ vulgaris de affectibus, partim inquirendo intimius in naturam & usum spei & metus, partim supplendo affectus vulgo omissos, verbi gratia, curiositatem. o)

49. Por-

non repugnare rationi, nec per se turbare pacem reip.

i) *vid. Part. 2. cap. 1.*

k) *d. Part. 2. cap. 2. De Cartesii libro de passionibus animi modo dictum n. 33.*

l) Exemplum præbui *d. Parte 2.*

6.3.

m) *Per dicta c. 4. d. Partis 2.*

n) *Demonstrationem quare c. 5. d. Partis 2.*

o) *Prius præstiti in Fundamentis juris Naturæ & Gentium. Posteriorius in Specimine jurisprudentiæ judicialis cap. 10. medit. 3. p. 120. sequ.*

p)

49. Porro cavebit ab errore stoicorum, quasi omnes affectus sint mali, sed cavebit tamen simul ab opinione scholasticorum & Cartesii, quasi omnes affectus sint boni aut certe indifferentes etiam v. gr. ira, invidia, otium eruditum, æmulatio, indignatio, zelotypia. p)

50. Simul etiam cavebit ab errore, ac si omnes affectus sint eradicandi, etiam boni. q)

51. Cavebit porro, ne amorem rationalem putet esse specie diversum affectum a voluptate, ambitione & avaritia, naturaliter, ut diversum affectum inditum homini, sed attendendo ad sensum communem deprehendet, voluptatem, avaritiam, & ambitionem esse cupiditatem nimiam in jucunditatis, proprietatis & honoris sive laudis, quæ, si moderata aut temperata sit, amoris rationalis affectio erit. r)

52. In:

p) Secundum tradita in *cap. 6. d. Part. 2.* & potissimum in *c. 13. Adde cogitationes Paschales de ira.*

q) Quem errorem ipsimet erravimus in *dicta part. 2. C. 6. n. 9. § 10.* Falsum enim est, quod ibidem asseruimus, bonos affectus esse bona extraordinaria saltem, (scilicet intuitu hujus vitæ), aut quod amor rationalis esse possit sine affectu.

r) Vide quæ dixi in *fundamentis juris Nat. § Gent. 1. c. 3. n. 77. sequ.* Unde emendandæ doctrinæ alibi positæ, ubi amorem ra-

tionalem semper tanquam affectum infimum naturalem collocavi in examinandis temperamentis hominum v. gr. in *scripto Anti-Tenzeliano c. 5.* & in *der Historie der Weißheit und Thorheit mense XI,* item in *ethica P. 2. cap. 12. n. 34. 37. 39.* Unde expungendi in *sentamine de essentia spiritus capituli 7. paragraphi 189. sequ.* & in *parte 2. ethic. cap. 6. §. 30.* sic legendum: *das Verlangen nach Eigenthum, Ehre und Vergnügen des Leibes ist indifferent.* &c. Impegit in hunc scopulum theologia mystica, in doctrina de via purgationis, unde

52. Interim hac observata cautela non omittet exactam comparationem amoris rationalis cum tribus vitiis dominantibus, voluptate, ambitione, avaritia. s)

53. Sed & comparatione hac instituta operam dabit, ut secundum eam singula vitia capitalia cum suis vitiis concomitantibus, & amorem rationalem cum inde convenientibus virtutibus distinctius consideret, sic enim multas novas veritates inveniet. t)

54. Cum vero nullus hominum sit, qui non cupiditibus vitiosis jucunditatis, honoris, proprietatis, conjunctim laboret, vitia autem illa partim in excessu
partim

unde facillimus est lapsus in enthusiasmum.

s) Est enim saltem gradibus non specie differat amor rationalis a tribus passionibus vitiosis, differt tamen simul operationibus, & per consequens etiam definitione & essentia. Tres autem esse affectus vitiosos dominantes ostendi in *Part. 2. cap. 7. §. 3. seq.* Unde communis sententia scholariorum de septem vitiis capitalibus cavenda, tanquam inanis, & sine fructu miscens affectus dominantes & eorum characteres. Ad hos tres affectus capitales inveniendos sola philosophia Judaica viam monstrat lumini rationis, præjudiciis sectarum Græcarum occupato, etsi nec philosophis

Gentilibus plane fuerint incogniti. Vid. *1. Job. 2. v. 16.* & adde *observ. select. 5. & 6. Tomi III. & IV.* quarum autor est B. Pater. Quod per cupiditatem oculorum in illo dicto intelligatur avaritia, illustrat Lightfoot in *Horis Hebraicis ad Matth. VI. 23. & Luc. XI. 36.* Comparationem exhibui in tabellis *post Cap. 7. Partis II. ethices.* Eminentior tamen & præcedentibus cautelis convenientior est tabula *post cap. 4. Prudentie consultat.* in qua habes synopsis totius scientiæ cognoscendi te & alios quasi in speculo.

t) Prævivimus, quoad hanc meditationem *d. Part. 2. c. 8. 9. 10. 11. 13.* quorum attentata perlectio præ reliquis commendanda,

u)

partim etiam in defectu peccent, & tamen singuli homines mixturas diversissimas affectuum horum vitiosorum habeant, ad probe cognoscendos sui ipsius & aliorum mores studiosus sapientiæ ante omnia operam dabit, ut videat, quales alterationes vitiorum concomitantium oriuntur ex mixtura passionum vitiosarum dominantium. u)

55. Cognito morbo cogitandum de remediis, i. e. de medicina mentis & transitu a stultitia ad sapientiam, ubi ante omnia cavenda est præcipitantia, ne statim ab initio putemus, scopum generalem remediorum esse debere, ut passiones excedentes deprimantur, & amor rationalis elevetur. w)

56. Sed potius intentio generalis medicinæ moralis esse debet, ut passiones excedentes deprimantur, deti-

u) Delineavimus illas *Part. 2. cap. 12.* cuius §. 33. 34. 35. 37. emendandi sunt ad ductum dictorum *bit. n. 50.* & statim dicendorum. Porro in ethica mea non negavi quidem defectum cupiditatum debiturum esse vitium, sed tamen non satis id inculcavi, dum ubique solum de voluptate, avaritia & ambitione tanquam de vitiis tribus capitalibus locutus sum: quæ tamen tria nomina non simul defectum, sed tantum excessum cupiditatum moderatarum denotant. Ergo ulteriorem & distinctiorem meditationem requirit considera-

(*Thomasii Cautelar, Pars I.*)

tio trium passionum a dominantibus oppressarum, quæ per hanc oppressionem vitiosæ sunt: *insensibilitatis*, id est, fugæ omnis jucunditatis: *impudentia*, id est, fugæ omnis honoris, *mendicitatis*, id est, fugæ omnis proprietatis. Operabitur illa meditatio detestationem, & adeo cautelas contra Cynicismum & Monachismum, ut qui multum debent neglectui harum meditationum.

w) Respicio ad doctrinam in *Part. 2. cap. 14. n. 1.* Ubi tum ita docui, scilicet quia docueram, amorem rationalem natura inesse

Gg r omni-

deficientes excitentur, & ita omnes tres cupiditates, quasi ad æquilibrium redigantur, in quo æquilibrium adeo quærendus est corceptus amoris rationalis. x)

57. Isto errore emendato, commendandæ cautelæ sunt circa medicinam ipsam jam alibi fusius expositæ. y)

58. Alius tamen error capitalis cavendus erit de impossibilitate applicationis remediorum cognitorum, unde hic paucis ostendendi ejus fontes. z)

59. Sci-

omnibus hominibus, ut distinctum quidem à reliquis, sed infimum affectum, item vitiositatem affectuum præcipue in excessu cupiditatum trium quærendam esse, non in defectu. His vero nunc emendatis *supra n. 50.* & modo *n. 53.* & hæc conclusio nunc facillime emendabitur.

x) Cum enim singulæ passiones excedentes sibi in plurimis repugnent, & vero per sensibilia exempla eorum, quæ tradidimus *in d. c. 13. P. 2.* mixturæ passionam temperent atque minuunt mutuam illam repugnantiam seu turbulentiam, atque ad statum tranquillitatis paulatim appropinquent, sua sponte sequitur, quod trium illarum cupiditatum, (boni, jucundi, honesti & utilis, seu delectationum corporis, honoris, divitiarum,) potentia, si reducantur ad æquilibrium, inde

oritura sit loco præcedentis pugnae firmissima unio & tranquillitas. Res illustrari potest multis exemplis physicis & chymicis v. gr. miscendo liquores acidos & alcalinos &c.

y) *Vide d. cap. 14. Part. 2.* ubi varii errores notati: præcipue quod communiter homines negligant passionem excedentem deprimere, sed modo inverso deprimant deficientem, & tollant excedentem, aut quod aberrant in cognoscenda passione dominante; &c. *Adde. Fundam. Jur. Nat. & Gent. c. 6. n. 40. seq.*

z) Erravimus hic *in d. Part. 2. cap. ultimo* multis dubiis propositis contra possibilitatem hujus emendationis, unde emendandi *paragraphi priores 16. istius Capituli.* Dubia priorum 4. *paragraphorum* contra libertatem arbitrii facile tol-

59. Scilicet voluntates ipsæ stultorum se non emendare queunt, sed reprimendæ sunt excedentes & deficientes augendæ spe & metu potentiarum externarum, nimirum consilio & imperio sapientis, hoc est exemplis, præmiis, pœnis, cui in stulto ad viam sapientiæ transunte correspondere debet obsequium. *)

60. Non vero utile saltem erit & jucundum studio juris tenere principia genuinæ ethicæ, sed & necessarium, cum ethica sit fundamentum juris naturæ, uti jus naturæ totius jurisprudentiæ. Ergo eo magis neglectum ethices hujus genuinæ cavebit studiosus juris, quo frequentior est. Est autem frequentissimus.

Cap.

tollentur, si accurate distinguas inter libertatem arbitrii & spontaneitatem, quæ duo hæctenus communiter confundit communis ethica. Distinctionis fundamenta monstravimus in *fundamentis Juris Nat. & Gent. c. 1. n. 99. 118. seq. & c. 2. n. 104. seq.* Dubia §. 5. quod non dentur veræ virtutes philosophicæ, facile tolluntur per distinctiones supra propositas *cap. 2. n. 15. & 20.* Id tamen addendum, virtutes philosophicas veras esse, non absolute, quoad summum perfectionis gradum, sed comparate, uti sapientia cadit in homines. *Conf. Fundam. J. N. & G. c. 7. n. 6.* Dubia §. 7. *seq.* ubi sublatis istis prioribus jam sua sponte facile corru-

unt, ita, si quæ restant, tolli poterunt partim per dicenda *n. sequ.* partim, si observes statum hominis stulti non semper esse turbulentum & irritatum passionibus dominantibus, sed quandoque suo modo quietum, si v. gr. cupiditates sint satiata. (Res enim & intuitu animi se habet, uti respectu famis & satietatis corporeæ, aut si objecta non moveant sensus, nec sensus cupiditates. Igitur hoc tempus quietis, vel quasi, adhibendum est ad applicandam medicinam animi, uti v. gr. in febribus tempore intermissionis paroxysmi medicamenta solent cum fructu applicari ægrotantibus.

*) Vide pluribus dicta in *fundamen-*
G g 2

Cap. XV. CAUTELÆ CIRCA STUDIUM DECORI,

1.

Ethica sumitur vel late pro complexu totius philosophiæ moralis, vel strictè pro doctrina de amore rationali seu regulis honesti, quatenus eæ abstrahunt a regulis justitiæ, item decori & utilis ut hic.

2. Atqui jam consideratis regulis honesti tractandum esset, ut alibi a) fecimus, de regulis justii seu studio Juris naturæ. Sed cum jus naturæ sit fundamentum seu prima pars essentialis jurisprudentiæ, ea melius separatur a præcognitis Juris, & reservatur cautelis de ipso juris studio.

3. Ergo ab ethica jam transeundem est ad disciplinam decori. Non enim omne quod licet seu quod justum est in sensu negante, id etiã decorum aut decens est. Ergo necessaria est etiã disciplina decori. b)

4. Unde præprimis cavenda est doctrina Cynicorum, nihil turpe & pudendum esse, quod non sit injustum, quam adeo omnes sectæ reliquæ tanquam erroneam, & reipublicæ valde noxiam jure rejecerunt. c)

5. Et si

*damentis juris Nat. & Gent. c. 2,
4. & 7.*

a) In Grund-Lehren cap. 15.

b) v. g. concumbere cum uxore, excrementa ejicere in præsentia aliorum non injustum est, sed tamen non decorum, item preces re-

citare in latrina aut in medio ludo, &c.

c) Vide Laërtium, qui libro VI. vitas Cynicorum prolixius memorat, & in fine libri dogmatum Cynicorum synopsis exhibet, inter quæ etiã impudentia non expresse nominatur.

5. Etsi vero omnes philosophi exceptis Cynicis decorum aliquod a justo & honesto diversum docuerint aut supposuerint; mirandum tamen, quod hactenus nemo decorum in formam artis, vel disciplinæ redegerit. d)

6. Et quamvis novioribus ac nostris temporibus quidam aliquid in hoc scribendi genere tentaverint, id tamen vel superficialiter factum vel absque debita attentione & iudicio. e)

7. Interim tamen necessaria ac valde utilis est doctrina decori ad vitam civilem, cum sine ea homines aut

minetur, statim tamen ejus initio libri sequentis in vita Zenonis Stoici meminit. Menagius in notis ad d. lib. 7. in fine de tempore, quo secta illa defecerit, quædam non vulgaria collegit. Adde Barbeyracum præfat. ad version. Pufend. §. 21. Motheum Vayerium Tom. V. p. 717. Notum est, Zenonem, (de cujus verecundia plura habet Laërtius in ejus vita lib. 7.) ob concubitum publicum Cratetis cum Hipparchia recessisse a Cynicis, & addito decoro doctrinæ Cynicæ exinde novam sectam Stoicorum condidisse. (Nota tamen: Stoicorum verecundia major in rebus, minor in verbis. Platonici etiam verecundi in verbis. Omnino Cicero lib. 9. Epist. 22.) At reipu-

blicæ valde noxiam esse hanc Cynicorum sectam, exinde patet, quod, qui decorum tollit justo contradistinctum, tollit pudorem & impudentiam stabilit. At impudente homine nihil, ut ita dicam, bestialius. Est enim pudor virtus hominibus peculiaris, cujus simulacrum vix reperies in bestiis.

d) Hoc forte ideo factum, quia creditum, moralia non cadere sub demonstrationem. Vide pluribus de prudent. consult. cap. 3. n. 28-32.

e) Pertinent huc calæ Galateus. Dn. Becman in lineis doctrinae moralis c. 17. Dn. Rechenberg in lineamentis philosophiæ civilis. Wagenfeil de ceremoniis. Weisse von Complimenten. V. thuyssen de pudore. Traité de la Civilité

Gg 3

Traité

aut fiant impudentes & impudentia sua Rempubl. turbent, vel nimis & intempestive pudentes, ita ut ad vitam civilem parum apti sint.

8. Sunt quidem multi variarum linguarum termini decoro affines, sed vix tamen aliud quidquam ejus significationem exæquat. f)

9. Scilicet Decorum est qualitas moralis actionis humanæ, secundum quam homo cum ratione intendit sibi amicos parare. h)

10. Parantur autem amici amore, & factis laudabilibus amorem aliorum testantibus, amor vero declaratur per actiones externas tanquam signa. Signa sunt vel communia omnibus hominibus, vel peculiaria singulis. Illa pertinent ad decorum juris naturæ, hæc ad decorum strictè dictum seu politicum, quatenus politica sumitur late, ut etiam comprehendat doctrinam parandi amicos. i)

II. De-

Traité de la bienfiance. Grobianus &c. Dicendum de singulis. Item de Stephani Gvazzi *de conversatione civili.*

f) Huc pertinet τὸ πρῶτον Græcorum. Germanorum *Erbarkeit, Höflichkeit, Zierlichkeit.* Gallorum *mode, bienfiance, honnêteté, galanterie.* Confer scriptum *primum in nostris scriptis brevioribus Germanicis.* De differentia der *Ehrlichkeit und Erbarkeit* adde *disp. de judicio & censura morum* §. 17.

h) Differt ita ab honesto; ubi homo refertur sine respectu ad alios homines ad motus suos internos, a justo, ubi homo intendit non facere inimicos, ab utili seu prudentia politica, *de qua vid. cap. sequ. §. 1.*

i) Dictum de priori *in Fundam. Jur. Nat. & Gent. c. 6.* Cum enim illa signa communia sint quodammodo naturalia, (*confer Specimen Jurisprud. judic. cap. 8. med. 1. p. 89.*) & ex ipsa natura amoris & dictamine rectæ rationis fluentia, hinc

11. Decorum juris naturæ pariter ut ipsum jus naturæ strictè dictum seu regulæ justi ex communi hominum omnium æqualitate deducitur. Decorum politicum vero varians supponit inæqualitatem hominum qua talem. k)

12. Eadem dicenda sunt de pudore. Est enim pudor metus vituperii ob actiones indecentes & indecoras. Uti impudentia est contemptus decori, id est, carentia omnium desiderii laudis, & omnis metus vituperii.

13. Unde & pudor dividi potest in pudorem naturalem & politicum. Et pariter neglecta fuit hactenus disciplina pudoris, uti disciplina decori.

14. Porro uti decorum est vel verum vel apparens, i. e. virtus fucata, ita & pudor modo virtutis veræ, modo apparentis species est.

15. Scilicet id de pudore adhuc notandum, quod referatur vel ad facta præterita, vel ad futura. Modo enim denotat metum vituperii, quod fecerimus illaudabilia, modo metum, ne ea faciamus. Prior virtus haud est, sed semivirtus. Posterior modo vitium, modo virtutem comitari potest. l)

16. Est

hinc etiam referuntur ad jus naturæ, quia etsi non sint justæ, nec injustæ, justo tamen strictè dicto sunt valde propinquæ. At signa peculiariora dependent a moribus & arbitrio hominum infinitis variante, adeoque sunt extra doctrinam juris naturæ. Quod si termini decori juris Naturæ, & politici non placeant, posses etiam di-

stinguere inter decens & decorum. Neque enim diffitendum est, sub nomine decori plerumque intelligi decorum illud varians.

k) Conf. mox dicenda de definitione hujus decori.

l) Ad priorem pertinet dictam poetæ: *Erubuit, salva res est*. Posterior utrum ad virtutem, an ad vitium referendus, judicandum est

16. Est & pudor rusticus, ortus ex ignorantia decori, potissimum politici, aut ex erronea opinione, ac si decoro debeat cedere obedientia; aut ex nimio timore. m)

17. Ergo studiosus sapientiæ maxime cavebit, ne distinctos istos pudoris & decori conceptus confundat. n)

18. Ex dictis vero facile dijudicari potest, an possit doceri prudentia decori politici, seu an detur disciplina hujus decori? sane infiniti non datur disciplina, & decorum politicum diximus esse infinite varians. o)

19. Sed salva res est. Decorum etiam politicum habet suas observationes, politicam certitudinem parien-

ex eo, an procedat ex amore virtutis, an ex metu pœnæ juxta vulgare: *Oderunt peccare boni &c.*

m) Ita v. gr. homines *timidi*, & conversationis politicæ haud adfueti, in omnibus actionibus, etiam nullo vituperio dignis, erubescunt. Ita ex eadem ignorantia rusticus pudor esset, si v. gr. famulus, cui dominus serio imperat, ut caput tegat, domino sub prætextu impudentiæ obedire nolit.

n) Ita ante plures annos Lipsiæ habebatur dissertatio contra dictum: *quod vir politicus debeat carere religione, pudore, uxore.* Cujus dicti non is sensus est, quem refutare volebat autor, ac si politi-

cus debeat esse atheus, impudens, & scortator, aut adulter. Sed, quod debeat carere superstitione, quæ sæpe nomen religionis mentitur, quod non debeat facere pudenda, & quod debeat carere pudore rustico, (aut quod non debeat esse homo timidus. Denn bey Hoffe kommen die schambafften und blöden Leute nicht fort.) Item quod melius servire possit reipublicæ cœlebs, quam qui curis rei familiaris est illaqueatus.

o) Ita maxime Cicero in hac quæstione fluctuat *de offic. lib. 1. p. m. 173. seqq. Edit. Rachel.* vide *disput. de judicio seu censura morum §. 15. 16.*

P)

rientes, ex ipsa definitione hujus decori deductas, habet suas cautelas, ne falsum decorum & rusticum pudorem confundamus cum veris. p)

20. Ergo ante omnia observet studiosus sapientiæ, decorum verum politicum requirere actiones indifferentes, & caveat ab errore non infrequente, ac si nullæ dentur actiones indifferentes. q)

21. Caveat etiam, ne falso concipiat vulgare dictum, *Sündlich/ Sittlich/* i. e. Non omnia apud omnes esse honesta vel turpia. r) Igitur nec putabit, nullos dari mores publicos vere indecoros, nec tamen statim pro naturaliter ac universaliter indecoris habebit, quæ repugnant moribus aut legibus patriis. s)

22. Ita etiam ex dictamine rectæ rationis orietur justa definitio decori politici, quod sit imitatio rationalis, ex virtute complacentiæ orta, hominum nostri status, qui pro præcipuis aut præstantissimis haberi solent in actio-

p) Res eodem modo se habet, uti latius disseruimus. *de prudentia consultatoria cap. 3. §. 30-39.*

q) Omnes actiones indifferentes sunt, quæ nec regulis honestatis, nec decoro naturali, nec regulis justitiæ repugnant, quas regulas triplices dedimus in *Fundam. 7. N. & G. l. i. c. 6.* Addendæ tamen sunt & aliæ cautelæ ratione intentionis, ratione diversi status politici, quas latius exposuimus *Tom. II. observ. select. 13.*

r) Quod argumentum latius tractat *Æmilius Probus in præ-*

(Thomasi Casseior. Pars I.)

fatione ad librum de vitis excellentium Imperatorum.

s) Ita quoad prius decore scortari, luxuriari, calumniari, decipere &c. sunt actiones repugnantes regulis naturalis decori & justitiæ, etsi moribus corruptis publicis conveniant. Ita quoad posterius alibi in *dissert. de potestate legislativa statuum imperii contra jus commune §. 33-43.* fusius docuimus, quam frequens sit hic error, & quod abstrahendo a lege civili non sint injusti & turpes mores, qui magi-

Hh

actionibus, quæ non repugnant regulis universalis honesti, decori & justiti.

23. Unde facile patet, quod si vel unum horum requisitorum deficiat, inde oriatur decorum fucatum, aut rusticum, vel aperte falsum. t)

24. Oriuntur vero ex ista definitione observationes variæ nec injucundæ nec inutiles, v. gr. quod extra societatem non sit accurata denominatio decori & indecori. u)

25. Item, quod in vita solitaria, seu, ubi homo solus est, possit in ejusmodi actionibus vivere pro lubitu absque affectatione intempestiva decori, & absque metu impudentiæ vel indecori. x)

26. Item, quod in societate maxime æquali & amica, eadem observatio locum habeat. y)

27. Item quod in societate æque sapientum, aut ubi

magistratibus addicunt bona furto ablata, aut bona naufragorum, item qui puniunt necem hominis proprii multa pecuniaria, aut plane non puniunt.

t) Scilicet si vel imitatio illa oriatur ex cupidine voluptatis, ambitionis aut avaritiæ, vel si imitemur actiones hominum in statu superiore vel inferiore positurum; aut imitemur actiones hominum vilium & minus præstantium in nostro statu, vel imitemur actiones repugnantes regulis memoratis.

u) Quia ibi nulla potest esse imitatio actionum aliorum homi-

num.

x) Fluit enim ex observatione præcedente. Ita v. gr. si solus sis, regula illa vel maxime locum habebit: *Naturalia non sunt turpia.*

y) Quia quo major est amicitia rationalis, eo magis desinit virtus complacentiæ, uti docuimus *parte 1. Ethices in capite de virtutibus amicitia communis*, & quia ibi non sunt præstantiores, quos imitemur. Ita v. gr. in societate conjugali non habentur pro indecoris illæ actiones, ob quas male audiebant Cynici publice talia facientes. *

z) Quia

ubi concipitur, quod omnes æque perfecti sint, etiam cessat decorum & indecorum. z)

28. Item quod societates, quæ majori decoro & ceremoniis habent opus, sint imperfectiores, i. e. ex sapientibus & insipientibus mixtæ. a)

29. Item quod divisio communis gentium in barbaras & moratiores perverse intelligatur, ac si moratiores sint perfectiores, magis sapientes & minus stulti, cum tamen potius res sit invertenda. b)

30. Item quod communi etiam errori adscribendum sit, quod homines perfectionem humanam magis quærant in decoro, quam in honesto, adeoque decorum hone-

z) Quia sapientes inter se amici sunt, & ibi etiam cessat imitatio superiorum.

a) Ex doctrina oppositorum.

b) De origine hujus distinctionis jam quædam supra dicta sunt *cap. 6. §. 31.* Scilicet Barbari olim opponebantur Græcis & Romanis &c. quia videlicet Græci putabant, suos mores esse præferendos omnium populorum moribus contra observationem *n. 21.* Unde postea cum Barbaris gentibus tanquam efferatis non una aliqua gens, sed plures gentes sub nomine moratiores coeperunt opponi, (quæ oppositio videtur Romanis debere originem.) Barbari vocati sunt, apud quos parum decori politici

invenitur, moratiores, ubi multum. Erravit hunc errorem etiam Grotius *de J. B. & P. lib. 1. c. 1. §. 12. n. 2. & in proleg. §. 46.* Esse vero errorem patet ex observatione præcedente, & quod exempla populi Judaici & veterum Germanorum probent, quo simpliciores & pauciores sunt mores populi, eo minora stultitiæ irritamenta ibi reperiuntur, & eo minus frequentia ibi sunt vitia. Contra scripta Senecæ, Martialis, Juvenalis, Persii, monstrabunt contrarium de moratoribus Romanis. Ex dictis intelligitur, eaque simul illustrat locus Buchananii *Res. Scot. lib. 2. p. 61.* *Qui a Latinis Barbari vocantur, a Scotis Galli, a Germanis*
H h 2 Walsch

honestati & justitiæ præferant, cum tamen res potius sit invertenda. c)

31. Porro, dum imitationis in definitione decori facta fuit mentio, locus datur meditationi, quod homo vel maxime d) sit animal, cui inclinatio alios imitandi est indita, ita ut naturaliter e) unus homo sit simia alterius, & hæc imitatio sua natura est indifferens, f) etsi haud dubie inclinatio hominis major sit ad imitandum malum quam bonum. g)

32. Ex eo, quod diximus, decorum oriri ex imitatione præcellentis seu præstantissimi hominum nostri status

Walsch dicuntur. Forte addere posses, a *Gallis Hispani.*

c) Fluit ille error ex præcedente. Esse errorem patet exinde, quia secundum doctrinam *Fundam. J. N. & G.* homines injusti sunt maxime stulti, honesti contra maxime sapientes, unde decorum & indecorum pertinet ad medie sapientes & insipientes.

d) Nam & in animalibus est imitatio: Ita hircus cornuferentem cornu ferit, vitulus, capreolus equus præsalientem aut præcurrentem sequitur. Reliqua tamen animalia fere sui similia imitantur, Simia præ reliquis hominem.

e) Ita v. gr. infans imitatur alium, si digitum per flammam moveat. Ita oscitante uno &c. Res sensu patet, etsi ratio dari nequeat.

Est enim harmonia ejusmodi in loco motiva. Ita moto pede extrorsum per circumulum, manus vel brachium facillime extrorsum moveri potest, introrsum vix ac ne vix quidem. Ita lacrymæ excitant lacrymas, risus risum &c.

f) Natura homini imitationem hanc impressit, tanquam medium evadendi ex stultitia per imitationem sapientum.

g) Quia & homo a natura stultus est, & stultorum plura sunt exempla, quam sapientum, & major adeo inclinatio ad imitandum prava exempla, quam bona. Unde in *Parte II. Erbices c. 1.* unum ex primariis præjudiciis voluntatis est præjudicium stultæ imitationis.

h)

status, fluunt observationes sequentes. Autorem decori intuitu actionis indifferentis, quam alii imitantur, proprie nec decore nec indecore facere. h)

33. Mores hominum valde variare pro diversitate statuum, i) imo & variare debere. k)

34. Indecorum esse, si quis imitetur mores non sui, sed alieni status. l)

35. Indecorum & impertinens esse, si docentes velint instruere studiosos, ut omnes homines, salva tamen statuum differentia debeant vivere secundum communes vivendi regulas. m)

36. Dixi

h) Non decore, quia ille non habet, quem imitetur, non indecore, quia ipsum imitantur alii, ipse neminem. Ita v. g. Princeps, qui primus gestat pileum novæ figuræ a more hactenus recepto longe differentis, nec decore facit, nec indecore &c.

i) Ita alii mores principum, nobilium, civium, rusticorum, militum, studioforum, masculorum, foeminarum, senum, virorum, juvenum, ecclesiasticorum, politico-rum, &c.

k) Quia variatio statuum dependet a moribus. Intuitu enim naturæ humanæ sunt æquales.

l) Si inferioris, hoc indecorum vilioris, si superioris, superbientis animi indicium est. Nec indecorus solum, sed quandoque etiam

injustus est ejusmodi saltus, poenis coercendus, si vel adsint leges sumptuarie, vel saltus sit nimius ad statum multo superiorem. Interim hoc indecorum est frequentissimum, scil. posterioris generis, & eo ipso luxus vestium, cibi & potus, titulorum, ceremoniarum magis magisque crescit, exemplis pravis mutuo se irritantibus superioribus & inferioribus. Principes & docentes irritant inferiores multiplicando ceremonias aulicas & ecclesiasticas. Inferiores irritant superiores, dum rusticus vult vivere ut civis, civis ut nobilis &c. Alibi ostendimus *cap. 8. Specim. jurispr. judic.* causam confusionis statuum deberi clero pontificio.

m) Propter dicta n. 33. Ita Monachi indecore docent, perfectio-

Hh 3

1713

36. Dixi porro imitationem in decoro debere oriri ex virtute complacentiæ. Etenim decorum non magis patitur coactionem, quam amor & gratitudo. n)

37. Imo tantum abest, ut decorum affectatum & coactum nomen decori retineat, ut ne quidem maneat decorum, sed statim fiat indecorum, aut ridiculum. o)

38. Atque hæc observatio p) simul demonstrat utilitatem, imo necessitatem decori. Ut enim amicitia nunquam foret, si non esset complacentia, ita nec complacentia, nec conservatio amicitiae posset existere sine decoro. q)

39. Ex hac vero demonstratione oritur altera, cur videlicet in definitione decori dixerim, decorum oriri ex imitatione ejus, qui pro præstantissimo habetur, non qui præstantissimus est. Scilicet res ita se habet.

40. Ho-

nem decori christiani consistere in Monachismo. Et præterea hæc stulta doctrina non cohæret cum proprio eorum interesse. Si enim omnes christiani essent monachi, quis sustentaret pigra hæc & inutilia terræ pondera.

n) Res patebit ex late dictis in *Parte I, Ethices capite 9. & de virtutibus amoris communis & specialis*. Prius caput etiam monstrabit, quod decorum ex nulla alia virtute quam ex complacentia deduci queat.

o) Ita v. gr. si quis velit imitari ea, quæ temperamento suo sunt opposita, scil. melancholicus jocos,

hilaris serios mores, tardus velocitatem, velox tarditatem, Gallus grandezam Hispanicam, Hispanus volatilitatem Gallicam &c.

p) *Sc. n. 36.*

q) Complacentia enim consistit in conformatione actionum mearum cum voluntate alterius. Hæc includit imitationem actionum ejus. Amicitia est idem vel le & idem nolle. Qui idem volunt, conformiter agunt. Mores enim diffformes natura sua tædium, & ex tædio odium pariunt. Item amicitia tanquam res invisibilis declaratur mutuo per harmoniam actionum

40. Homines naturaliter habent mores difformes. Ergo nunquam harmonia morum oriretur, nisi unus imitaretur alterum. r)

41. Etsi vero stulti deberent imitari sapientes, ipsa tamen eorum stultitia eos ad hanc imitationem reddit ineptos, & ipsa sapientia adigit sapientem, ut potius stultos imiteretur, non quidem in stultitia, sed in actionibus indifferentibus. s)

42. Ergo nec stultitia nec sapientia sua natura aptæ sunt ad introducendum decorum, sed aliæ differentiaæ statuum humanorum hic quærendæ sunt. t)

43. Ergo in actionibus indifferentibus id quidem certum est, pauperes & viles non posse jure suo postulare, ut eorum actiones imitentur divites & potentes.

44. Et quamvis etiam divites & potentes non habeant jus postulandi a pauperibus & potentia destitutis, ut hi eorum actiones imitentur; convenientius tamen est, ut hi illos imitentur.

45. Nam hi illorum ope & amicitia magis indigent in vita civili, quam illi horum. Et hæc indigentia impellit pauperes & impotentes ut potentum & divitum actiones indifferentes sponte imitentur.

46. Interim nullum est dubium, amorem esse potissimum

num externarum in sensus incurrentium.

r) Posterius fluit ex priore. Prius fufius deductum peculiari capite libri I. de fundament. J. N. & G.

s) Si enim stulti apti essent ad imitandos sapientes, non essent stulti. Et sapiens quærit stultos,

quia sapiens est, eosque amare incipit. Hinc proverbium, Der Klügste giebt nach. Conf Fundam. J. N. & G. c. 4. §. 46. sequ. Colloquium Socratis cum Euthydemo.

t) Fluit hæc observatio ex præcedente, p)

tissimam causam, quæ ad imitationem eorum, quos amamus & veneramur, impellit. u)

47. Unde facile patet, cur in definitione decori mentionem fecerim non dignissimorum & præstantissimorum, sed eorum, qui pro præstantissimis & præcipuis haberi solent. w)

48. Hactenus de definitione. Dividitur Decorum politicum in commune, quod a pluribus gentibus, quas novimus, receptum est, & peculiare, quod pro diversitate gentium, provinciarum, urbium, imo societatum quarumvis variat.

49. Cavebis hic ante omnia, ne confundas decorum politicum commune cum decoro juris naturæ, imprimis cum id fere communiter fiat, dum multi decorum hoc pro jure gentium moratorum venditare soleant. x)

50. Dif-

u) Est hæc causa communis veri & falsi decori, prout amor vel sapiens vel stultus est.

w) Nam 1) sapientes solum amant vere dignos & præstantes. Stulti contra alios quos imitari student, pro talibus habent, etsi non sint. 2) Quod amorem sapientum attinet, simul consideranda est identitas & diversitas status, ne imitando eos, quorum status eminentior est in actionibus indifferentibus, confusio statuum oriatur. 3) Quia dum complacentia sapientes ad imitationem decori

communiter recepti impellit, hæc virtus autem per dicta *lib. 1. Ethices* pertinet ad amorem & benevolentiam communem humani generis. Inde sæpe sapiens imitatur actiones in se indifferentes, sine amicitia speciali, etiamsi origo ipsa illius decori debeatur homini parum sapienti & rationi parum solidæ.

x) Forte ideo, quia Cynici peccarunt contra utrumque decorum, & quia uti decorum juris naturæ proximum est præceptis justitiæ ita & decorum politicum commune
proxi-

50. Differunt enim variis modis. Initio exemplis. Ita Cynicorum masturbaciones & concubitus publici, etiam cum uxore propria, violant decorum juris naturæ. Contra quod iidem Cynici non sollicitè tegerent partes pudendas, quod alvum & vesicam in conspectu cuiusque exonerarent, quod publice ederent ac biberent, ac alia opera naturæ facerent, in his violabant pudorem politicum communem.

51. Differunt regulis & principiis. Principia decori naturalis exposuimus alibi. y) Decorum politicum commune potissimum in eo fundatur, ut quilibet naturales defectus pariter & adscititios occultet, & ne talia committat, quæ aliis nauseam excitare solent. z)

52. Differunt etiam intuitu immutabilitatis. Decorum juris naturæ etsi non plane in omnibus exemplis sit immutabile, admittit tamen in quibusdam aliquas limitationes, sed paucas. a) At decorum commune politicum ratione plurium circumstantiarum limitationes habet. b)

53. Interim tamen & decorum politicum peculiariter adhuc magis ab arbitrio hominum dependet, & pro ob-

proximum est decoro juris naturæ.

y) *De Fundamentis J. N. & G.*

z) Nam sine hac occultatione & omissione non potest conservari existimatio communis, sed si contra facias, contemptus oriri solet.

a) Quia scilicet est fons præ-

(*Thomasi Causelar, Pars I.*)

ceptorum affirmativorum, quæ natura sua plures limitationes admittunt, quam negativa, quod scholastici dicunt, obligare semper, sed non ad semper.

b) Ita in decoro naturali masturbatio & concubitus publicus semper & apud omnes, quas novimus, gentes, turpis est. De limita-

Li

tioni-

objecto habet actiones magis indifferentes, quam quæ objectum sunt decori politici communis. c)

54. Quod si vero intuitu decori politici peculiaris unus populus alterius decorum in multis capitibus imitetur, tacite fatetur, quod illum populum magis æstimet, quam se ipsum. d)

55. Unde facile patet, quod per ejusmodi imitationem alter ille populus non acquirat imperium in populum imitantem. Sed tamen, quod hæc imitatio sit aptissimus modus ad amittendam libertatem. e)

56. Porro cavebit, ne sub prætextu nimio fucatæ sapientiæ impingat in regulam communis decori, (sive naturalis, sive politici, sive utriusque,) aliter verandum esse cum superioribus, aliter cum paribus, aliter cum inferioribus. Unde nova nascitur divisio decori. f)

57. Et

tionibus paucis in aliis exemplis diximus in *Fundament. J. N. & G.* At decorum politicum commune multas exceptiones habet intuitu gentium, quæ barbaræ vocantur & nudæ incedunt, item ratione operum naturæ & cibi ac potus in publico, quæ exceptiones etiam locum habent apud gentes moratiores, respectu personarum vilioris conditionis. Ita v.g. apud gentes, moratas etiam non erit turpe, si vulneratus in locis secretioribus partes illas medico aut chirurgo detegat, si a latronibus spoliatus vestibus, ad alios confugiat homines &c.

c) Per rationes §. *præced.*

d) Uti princeps v. gr. si imitetur quoad decorum aliquem ex ministris suis, vel actiones foeminae cujusdam. Ratio thescos dependet *n. 46. 47.* De nostra imitatione decori Gallici dixi in tr. primo der teutschen Kleinen Schriffien.

e) Uti exigua differentia est inter reverentiam & subjectionem, certe facillimus transitus ab illa ad hanc.

f) Impingebant in hanc cautelam Cynici, impingunt hodiernum Quackeri. Et revera, qui divisionem hanc tollunt, tollunt ipsum decorum; g)

57. Et singula quidem decora hæc habent suas virtutes, sua vitia. Superioribus debetur decora veneratio & reverentia, paribus decora comitas & urbanitas, inferioribus decora humanitas ac benevolentia. g)

58. Est & alia regula communis decori, novam decori divisionem suppeditans, tot esse variantis decori species, quot sunt status variantes. h)

59. Cavebis igitur, ne putes, summariam decori regulam eam esse, ut homines imitentur decorum unius status. i)

60. Scilicet ostendit recta ratio, decori communis regula, quod status superiores in civitate & inter superiores illi, qui docentes dicuntur, & inter docentes illi, qui genuinam ac præterea perpetuam felicitatem ac sapientiam docent, secundum præcepta communia decori a pluribus actionibus in se indifferensibus abstinere debeant, quam homines aliorum statuum.

61. De-

g) Hinc facile conjicere poteris, quænam sint vitia his virtutibus opposita. 1) Rusticitas & servilis adulatio, 2) austeritas ac morositas & scurrilis ac ridicula familiaritas. 3) elatio superba, & intempestiva familiaritas. Etsi vero Monachi, & qui sapientiam monachicam sequuntur, in ipsa praxi, tam intra, quam extra monasteria sua declarent, aliud decorum postulare superiores, aliud inferiores, media tamen species a non paucis tollitur, decorum scilicet erga pares, eo ipso dum tollitur comis urbanitas,

& loco ejus commendatur austera morositas, & omnis risus a viro sapiente jubetur abesse, non cachinnus saltem, sed & omnis hilaritas & jocus.

h) Fluit suo modo etiam ex observatione præcedente. Nam ex pluralitate statuum oritur superioritas, inferioritas & paritas.

i) Est hic error Papismi & Monachismi, unice inculcantium decorum Clericale & Monachale tanquam ad felicitatem summam i. e. æternam summe necessarium.

I i 2

Cum

61. Denique ex principiis communis decori decorum dividi potest in tot classes, quot sunt actiones humanae & membra ad actiones destinata. k)

62. Ubi iterum præter virtutes n. 57. inculcatas præcipuum momentum & utramque faciunt paginam observatio proportionis & cautela de vitanda spurcitiæ & vilitate. l)

63. De decoro particulari, etsi ideo, quia particulare & infinite varians est, regulæ dari nequeant, dari tamen possunt regulæ circa ejus doctrinam observandæ, quæ saltem docebunt, quomodo in hac doctrina per compendium m) quasi felicissime progredi possimus.

64. Oppositum decori est indecorum, quod & ipsum in aliis linguis non ita aptum vocabulum habet, quo exprimi accurate possit. n)

65. Non confundendum tamen indecorum cum non

Cum tamen si omnes essent Clerici & Monachi, nemo Clericus & Monachus foret. Conf. supra n. 35. & adde omnino c. Duo sunt genera c. 12. qu. 1.

k) Nam & de membris hominis prædicatur decorum & indecorum, ut de facie & partibus ejus, manibus, pedibus, &c. Quod actiones attingit, aliud decorum est in vestitu, cibo, potu, habitatione, suppellectile, &c. aliud in motu pedum & totius corporis, in ludis, exercitiis corporis &c. aliud in sermone, in modo & materia sermonis, aliud

in actionibus honorem aut humanitatem testantibus, aut etiam petita a nobis officia denegantibus, aliud in gaudio & tristitia, aliud in amore & odio &c.

l) Uno verbo, ne quid nimise ne quid turpiter. Turpe enim, vile, spurcum, obscœnam hic vere coincidunt.

m) Etliche Handgriffe, de quibus mox n. 72.

n) Conf. supra n. 8. Huc pertinet Schande, Grobheit, Unedbarkeit.

non decoro, quod medium est inter decorum & indecorum, & solum carentiam decori, non vero statim positionem indecori infert. o)

66. Ad opposita indecori partim, partim ad fructus & signa decori pertinet pudor, de quo jam superius quædam sunt monita. p)

67. Est tamen pudor latior decoro, quia ejus oppositum sunt non solum actiones indecoræ, sed & injustæ & inhonestæ.

68. Ergo pudoris intuitu cavenda duo extrema, ne pudorem seponamus in factis injustis, & ne pudorem restringamus ad solas actiones injustas, q)

69. Cavendum etiam est singularitatis vitium, tanquam generali virtuti, ex qua omne decorum fluit, maxime oppositum, etsi sæpe sub larva pietatis idem se insinuet. r)

70. Unde sua sponte sequitur, disciplinam decori studioso sapientiæ haudquaquam esse negligendam, sed omni-

o) Non decorum partim ex negligentia inquirendi in decorum, partim ex ignorantia excusabili oriri potest.

p) supra n. 12--16.

q) Prius sæpe vitium aularum est. Posteriorius Cynicorum & suo modo Monachorum.

r) Nam fons omnis decori est virtus complacentiæ n. 22. 36. 47. At singularitas est stultus sui amor, quo quis nemini complacere stu-

det. Est duplex, vel simplex, ubi quis & alios sinit suo arbitrio vivere, ut Cynici faciebant; vel eminentis, ubi quis non solum aliis complacentiam denegat, sed & ab aliis omnibus sui complacentiam exigit, eamque omni modo ac mediis violentis sive apertis sive occultis affectat. Talis singularitas est monachica, quæ quam iniquissima etiam sit, tamen ob multitudinem stultorum multos sub-

omnino & civilitati & conformitati morum eundem dare debere operam. s)

71. Facillime vero discunt decorum politicum ambitiosi, difficillime voluptati dediti, avari modo facillime modo difficulter, prout divitiis abundant vel minus. Voluptuosi vellent quidem discere, sed non afferunt debitam attentionem. Avari attentione non carent, sed desiderio discendi. Ambitiosi & desiderio & attentione pollent. t)

72. Præcepta ipsa doctrinæ u) pauca sunt, sed ratione praxeos non ita facilia. Conversare cum decore viventibus, attende ad eorum mores, imitare eos. w)

73. Præ-

specie summæ sapientiæ vel sanctitatis & pietatis decipit. Simul autem hæc observatio ostendit, impudentiam monachicam Reip. adhuc magis noxiam esse, quam impudentiam Cynicam.

s) Quia oritur hæc disciplina ex virtute complacentiæ. Interim tamen mediocritas sapientis, intuitu politici & peculiaris decori, propior est defectui, ita ut decorum ejus sit simplicius & minus ornatum; intuitu vero decori communis, potissimum naturalis propior est excessui, id est, studet sapiens, ut magis beneficus sit quam tenax, magis hilaris, quam tristis &c. Unde novam habes differentiam inter decorum genuinæ sapi-

entiæ & pseudo-decorum monachicum.

t) Ambitiosi tamen excedunt in decoro externo seu politico. Voluptuosi deficiunt & inclinant ad indecorum. Avari modo ridicule & ad nauseam decori sunt, modo extreme impudentes. Mixtura ambitionis & avaritiæ parit excessum decori, avaritiæ & voluptatis impudentiam; ambitionis & voluptatis, natura aptissimum aliquem reddit ad studium decori.

u) Connexionem quære supra n. 63.

w) Res fere hic se habet, uti supra in poësi & oratoria: Lege, judica, experire. Nisi quod lectio hic non habeat locum, quia mores deco-

73. Præ reliquis autem studiosis, maxime juris studiosus disciplinæ decori operam dare debet. x)

74. Ut vero studiosus juris non solum ex rationibus hæctenus expositis comprehendat necessitatem & utilitatem doctrinæ, sed & cynicis ac monachis defensoribus decori doctrinam impugnantibus & sensum scripturæ sacræ pervertentibus, respondere sciat, paucis ostendendum, doctrinam capituli hujus non contradicere scripturæ, sed multum a scriptura sacra adjuvari.

75. Ita descriptio status integri & lapsus intuitu pudoris perspicue illustrant ea, quæ supra de perfectione & imperfectione societatum intuitu decori annotavimus. y)

76. Ita Paulus dum inculcat, quod omnia factus sit omnibus, Judæis ut Judæus, Græcis ut Græcus, confirmat ea, quæ docuimus de sapientis studio intuitu decori

decorum facientes rarissime scribuntur, & si scribuntur, sunt magis peregrini mores.

x) Nam theologicum decorum sua natura simplicius est, & minime varians. Medicus etiam indecore vivens amatur ab ægrotis, modo cum felici eventu curet. Qui soli philosophiæ & liberalibus artibus dant operam, paucissimi sunt, & si qui sint, scholæ se addicunt, in qua contenti sumus, si moribus non plane indecoris impudentiam juvenum irrent præ-

ceptores. Facultas juridica, uti seminarium est reipublicæ, intuitu multorum statuum civilium, ita decorum civile per eam conservatur, propagatur, augetur; ita juris studioso maxime nocet vita indecora & cynica.

y) Supra §. 24-28. Huc pertinet locus *Genes. II. 25. III. 7.* Unde multo magis in statu vitæ æternæ cessabit omne decorum & indecorum ob summam perfectionem omnium *Matth. 22. 30. 1. Cor. XV. 35-50.*

z))

cori etiam non prudentem originem habentis. 2)

77. Tantum igitur abest, ut disciplina decori repugnet Christianismo, ut potius Quakeri vel ideo maxime exosi & intolerabiles habeantur, quod doctrinam de moribus receptis tollant, & Cynicismum Christianismo immiscere velint. a)

78. Porro cum nostris temporibus acriter agitata & exagitata fuerit doctrina de actionibus mediis & adiaphoris, & vero supposuerimus hoc capite, doctrinam decori spectare ad actiones indifferentes, notandum, quod scriptura doctrinam de actionibus indifferentibus confirmet, dum Salomo in recensione actionum vanarum & vanitatis vanitatum exempla adhibeat omnia de actionibus indifferentibus. b)

79. Similiter nec civilitas morum scripturæ sacræ adver-

2) *Supra n. 70. Paulus 1. Cor. IX. 19. seqv. X. 33.*

a) Vide Croesii *Quakeræ Historie*. Hæc enim inter scripta contra Quækeros modestissime scripta ostendit veritatem assertionis nostræ, & simul docet, quod multæ crudelitates erga Quækeros non fuissent exercitæ, si modo Quakeri aliquo modo decorum commune voluissent observare. Reliqua scripta pleraque contra Quækeros multis calumniis quoad vitam eorum & doctrinam sunt repleta, quod ulterius patebit, si cum illis

scriptis conferas *Systema Quakerianum* Roberti Barclaji.

b) *Eccles. III. 2 - 8.* Conf. *supra c. 2. n. 124. seq.* Nota tamen triplicem controversiam de actionibus adiaphoris. 1) Controversiam cum Pufendorffio, an dentur actiones per se honestæ vel turpes. 2) Eam quam tractavimus in dissert. *de jure Principis circa adiaphora* & an hæc desinant esse talia, si Princeps velit circa ea disponere. 3) Inter Vockerodum & Rotthium quam hic respicio,

c) Chri-

adversa est, neque enim rusticitas aut singularitas est essentialis character Christianismi. c)

80. Retulimus etiam supra inter virtutes decori urbanitatem. Huic doctrinæ nequaquam adversatur dictum Pauli, quo Christianos cavere jubet a jocos & scurrilitatibus. Intelligit enim omnem jocum turpem, quo sæpe stulti sub titulo eutrapeliæ seu urbanitatis utuntur. d)

81. Porro, etsi veri Christiani nequaquam approbent aut commendent fraternitates inter pocula contractas nunquam tamen Christus prohibuit hilarem cum amicis in convictu etiam conversationem, ut quæ non inepta est ad augendam & confirmandam amicitiam.

82. Et quamvis porro regulæ Christianismi postulent, ut omnibus Christianis fraternus amor exhibeatur; non tamen postulant, ut omnes Christiani absque differ-

ren-

c) Christus vestitu utebatur, quo alii homines suæ conditionis, item & Apostoli. Ipse monebat & taxabat pharisæum, quod consuetam morum civilitatem ipsi non exhibuisset *Luc. VII. 44. seq.* Et notanda differentia inter mores rigidiores Johannis & Christi. Johannes enim saltem manucebat ad Christum, neque discipuli Christi debebant prius fuisse discipuli Johannis, aut secundum regulas vivendi Johannes se præparare ad Christianismum. Nec obstant dicta *S. 24. - 28. 75.* Nam Christianismus est status perfectissimus quidem, sed in vita imperfecta, &

(*Thomasii Consular. Pars I.*)

in societate, ubi paucissimi sunt ita perfecti.

d) Pulcher est eam in rem locus theologi Heidelbergensis Fabricii *in tractatu eruditissimo & valde commendando studiosis juris, de ludis scenicis Part. 4. p. m. 224. seq.* Locus Paulinus est *Ephes. V. 4.* Vide ad eundem Hammondum & Clericum. Adde Dannhauerum *Colleg. Decal. Diss. 14. §. 8. p. 761.* Atque huic sententiæ adstipulantur fere patres ecclesiæ, quorum dicta conciliat Thomas Aquinas *Summ. tot. Theol. q. 168. art. 2.* Plura vide in dissert. Excell. Hoppii *de Joco cap. 1. integr.*

K k

•)

rentia status & conditionis se invicem nomine fratrum & fororum compellent & tuizent. e)

83. Ulterius nil ex scriptura afferri potest, quod vestitui elegantiori etiam ad mores consuetos aptato repugnet, & cavendum omnino est, ne putemus, Christianissimum consistere in fordido ac viliori, aut etiam inconsueto & plane singulari amictu, aut Christianissimum

e) Unde & hoc intuitu vitanda duo extrema: Factus Clericalis, paternitatem spirituales loco fraternitatis affectans, & factus Quackorianus, fraternitatem cum superioribus sub specie Christianismi, etiam in conversatione civili, verbis & factis nimis familiaribus, affectans. Ista enim superbia eum majore periculo est conjuncta quæ eum specie Christianæ humilitatis incautos decipit. Adde Arnoldi *Synopsin de fratern. Christi cum adjunctis in der Historie der Weisheit und Thorheit* p. 114-202. quamvis optarem ut non promiscue testimonia ex patribus quibuscunque primorum quatuor vel quinque seculorum fuissent adducta, sed mutationes, quæ singulis etiam prioribus quatuor seculis, potissimum quoad affectatam a Clero paternitatem, factæ sunt, seorsim & distinctius fuissent annotata, Vide ibi præ reliquis

p. 116. 135. 136. Primis seculis ecclesia virgo erat, Sponsus Christus, & Apostoli, si alios nomine infantum appellarent, vel respiciebant eorum infantiam in sapientia, vel tertium comparationis non quærebant in generatione activa, sed in partu, ut Paulus de Onesimo loquens *Philem. 1. v. 16.* & ad eum paraphrasin Hammondii. Vide omnino Pasorem voce *γενναω*. Ut adeo fallat Schrevelius in voce *Genero*. Adde, quod vix probabile sit, Onesimum desisse post conversionem esse servum Philemonis, aut Philemonem eum titulo fratris compellasse, eum ei tanquam servo quid mandaverit. Vide potissimum *Philem. v. 16.* Postea vero ecclesia fiebat mater, & episcopi patres, & sic ex virgine sponsa Christi fiebat adultera. Et inconveniens locutio *Rev. Pater, Frater.* &c.

f)

frum saltem requirere talem singularitatem. f)

84. Eadem tenenda sunt de reliquis decori speciebus, ut hic tædiofa repetitione non sit opus. g)

85. Interim non negandum, imitationem nimis accuratam decori, ejusque defensionem affectatam ac nimis seriam, indicium esse amoris parum rationabilis, & multo magis Christianismi tepidi. h)

86. Porro & id fluit ex doctrina nostra, quod, etsi imbecilles & incipientes in studio sapientiæ jure stricto postulare nequeant, ut alii mores indifferentes, qui ipsis scandalum præbent, omittant; adeoque alii non peccent contra regulas justitiæ, si non obstante illo scandalo libertate sua utantur, haud dubie tamen laudabilius omnino agant, & non solum amori rationali ac charitati Christianæ convenientius, qui ex complacentia erga errantes actiones tales, unde illi scandalizantur, omittunt.

87. Interim tamen inter omissionem actionum consuetarum & imitationem actionum singularium, ea est differentia, quod regulæ decori ad illam magis obligent quam ad hanc.

88. Quamvis utroque casu propter infinitam variationem circumstantiarum non possint dari specialissimæ regulæ, sed praxis relinquenda sit cujusque prudentiæ & conscientiæ,

89. Un.

f) Neque enim unquam leguntur Christus & Apostoli vestitu se distinxisse ab aliis Judæis,

g) Vide *supra* n. 61.

h) Quia virtus complacentiæ, |

ex qua studium decori deducitur, est virtus saltem amoris communis, non vero amoris proprie sic dicti, ut ex parte prima ethicæ nostræ

patet.

Kk 2

i) Quæ

89. Unde cavendum, ne imbecilles mox eum pro hypocrita habeant aut prævaricatore, qui jam libertate sua utitur in actionibus ejusmodi indifferentibus, jam vero eas in gratiam imbecillium omittit. i)

90. Nec illud omittendum, sed attentio-rem considerationem meretur, quod Christus & ejus Apostoli singulares mores in vita civili non introduxerint, nec peculi-ares plane vivendi regulas omnibus indefinite præscripserint. k)

91. Et facile apparet, quod ejusmodi vivendi regulis illimitatis & universalibus non possit promoveri Christianismus, sed potius multa inconvenientia & tranquillitatem communem turbantia inde oriantur. l)

92. Cave etiam, ne vulgari excusatione decipiaris, ac si ejusmodi regulæ sint diætericæ, non vero legales. Nam illa excusatio frustranea est, cum medicus neque universis ægrotantibus eandem diætam præscribat, neque eos quacunquæ, etiam levioræ, poena humana ad servandam diætam adigat. m)

93. Do-

i) Quæ hæcenus n. 86. sequ. dicta sunt, egregie partim confirmari, partim illustrari possunt ex doctrina Pauli de comestione idolothytorum.

k) Aliter enim Christus procedebat: cum pharisæis, aliter cum adultera; aliud præceptum dabat juveni, diviti, avaro & melancholico, aliud discipulis ambitione laborantibus, aliud discipulis dæmoniorum genus, quod

preces & jejunia postulabat, ejicere non valentibus &c.

l) Nam media v. g. voluptatem supprimentia facile augment ambitionem & avaritiam, & sic in reliquis. Tales vero sunt vivendi regulæ monachales, & quæ monachizant.

m) Ubicunquæ vero poena humana est, sive in impositione mali, sive in privatione boni consistens, ibi via legalis est, non Evangelica.

n)

93. Docet insuper partim Historia sacra & ecclesiastica, partim quotidiana experientia, quod Christiani etiam veri, non habeant eosdem plane in omnibus mores, & quod regulæ Christianismi non præcipiant, ut unus alterius mores affectet. n)

94. Tantum vero abest, ut decorum politicum repugnet doctrinæ Christi, ut potius attentio rem meditationem mereatur, quod Christus modeste castigaverit Pharisæum, ob omissam lotionem pedum, quæ ad decorum politicum secundum mores Judæorum pertinebat.

95. Tantum abest, ut affectatio morum honestiorum, imo pietatem singularem testantium Christianismum promoveat, ut potius iterum notari mereatur, quod Salvator majori cura inculcaverit cautelas circa mores sanctitatem pharisaicam affectantes, quam circa mores decori politici.

96. In tantum, ut etsi vita militaris multis cautelis opus habeat, Christus tamen non postulaverit a centurione, ut militiam abdicaret.

97. Consideretur & illud, quod Augustinus, Bernhardus & alii, qui præscriptione certarum vivendi regularum Christianismum promoverè allaborarunt, bonam habuerint intentionem, sed tamen his ipsis vivendi regulis loco Christianismi saltem Monachismum introduxerint.

98. Et quod mores Monachorum potius impedimento sint vero Christianismo, ac valde promoveant hypocrisin pharisaicam.

99. Ex

n) Sic alii sunt mores Christiani- | tristioris &c. Christianismus enim
 a) morum hilaris temperamenti, alii | mores emendat quidem, quatenus
 K k 3 ad



99. Ex his omnibus vero patet, quod Christianismus amor rationalis & scriptura sacra amorem rationalem inculcans, potius suadeant, ut Christiani caveant ejusmodi mores & vivendi regulas monachales, & ut quilibet potius secundum statum & conditionem suam observet decorum politicum, videlicet secundum cautelas varias hoc capite fusius expositas.

Cap. XVI. CAUTELÆ CIRCA STUDIUM PRUDENTIÆ POLITICÆ.

I.

Post regulas decori sequuntur regulæ utilitatis, a) seu doctrina earum partium, ex quibus constat tranquillitas humani generis, b) scilicet carentiæ doloris, paupertatis, ignominia, aut potius veræ indolentiæ, sufficientiæ, existimationis. c)

2. Ergo huc pertinet doctrina de conservanda valetudine tanquam fundamento indolentiæ, de acquirenda re familiari tanquam fundamento sufficientiæ, & de remediis adversus inimicorum injurias & damna tanquam fundamento existimationis.

3. Atque has doctrinas sibi vindicat doctrina politica late sic dicta, quatenus ethicæ, juri naturæ, & doctrinæ

ad stultitiam inclinant, non plane mutat.

a) Ita connecte *juncto* §. 1. 2. 3. *cap. preced.*

b) *Vid. cap. preced. n. 50. in fine.*

c) Atqui hoc est, ad quod respexerunt vel respicere debuerunt doctores, communiter tres classes bonorum facientes, honestum, justum & utile strictè sic dictum.

d)

doctrinæ decori contradistinguitur, d) in strictiori significato saltem tertium caput sibi vindicat, primum remittens ad doctrinam medicam, secundum ad œconomiam. e)

4. Nos uti strictiorem significatum hic intendimus, f) ita tamen cautelas saltem hic trademus, g) non ipsam disciplinam, (tam quoad latum quam strictum significatum) communiter vulgo neglectam, h) cujus neglectus causæ variæ sunt, i) potissimæ quoad significatio-

d) Adde iterum *cap. preced. n. 1. 2. 3.*

e) Consistit enim prudentia politica in regimine civitatis. At regimen civitatis consistit in coërcitione improborum & defensione proborum, i. e. in defensione contra inimicos communes.

f) Nam de primo capite agemus in capite seq. 18. de secundo in capite statim sequente.

g) Et quidem has quoque breviores. Fusius ea de re egimus in *traçt. de Prudentia consultatoria*, & adhuc agemus *de prudentia legislatoria*.

h) Nulla enim a philosophis datur doctrina conservandæ sanitatis, sed hæc tota medicis relinquitur. Nulla doctrina acquirendæ, conservandæ & distribuendæ rei familiaris, sed hæc Agriculis relinquitur aut mercatoribus. Et qui vulgo a quibusdam sub nomi-

ne institutionum œconomicarum confecti sunt tractatus, ob easdem causas hoc nomine indigni sunt, quas exposuimus in *den teutschlein Kleinen Schriften de ethica Aristotelica*. Etiam *œconomica de la Mothe le Vayer* intuitu præceptorum frigida est, *Vid. Tom. VII. p. 8. seq.* Eadem dicenda sunt de plerisque institutionibus politicis. *Adde cap. 3. de prud. consult.* Plerique politicam confundunt cum jure naturali circa doctrinam de jure civitatis. *Huber de jure Civitatis l. 1. Sect. 1. cap. 1.*

i) v. gr. opinio quod veritates subtiles, etsi parum utiles, reddant eruditum & sapientem; quod summum bonum hominis consistat in speculatione; quod perfectio intellectus perficiat voluntatem; quod politica non cadat sub scientiam, ob contingentiam actionum, tam

cationem specialem k) ineptitudo docentium l) & interesse Cleri Papalis. m)

5. Interim etsi suo modo certum sit, prudentiam non posse doceri, cave tamen; ne putes, nullas plane prudentiæ regulas dari posse, sed cogita de regulis paucis & perspicuis, secundum alibi tradita. n)

6. Cave etiam, ne putes, prudentiam politicam sic doceri posse, ut excludatur providentia divina, i. e. ut necessario sequatur effectus, si quis regulas prudentiæ politicæ observaverit. o) Unde scriptores, qui talia aperte inculcant, cum multa cautione legendi. p)

7. Quod

intuitu sanitatis, quam divitiarum & existimationis &c.

k) De causis specialibus neglectus studii medici & œconomici dicemus infra suis locis.

l) Vide elegant. meditat. apud Clerc. *Bibl. Choise T. 1. p. 338.* cur eruditi (theoretici) ob pedantissimum sint inepti ad scribendam doctrinam politicam.

m) Valde enim interest papiſmi politici, ne vera politica inculcetur in academiis. Adde Pufendorff. *de monarch. Papali* §. 34. & quoad utramque causam iterum *cap. 3. Prudent. Consult.*

n) *De prud. Consultat. cap. 2. n. 20. sequ. cap. 3. n. 29. sequ.*

o) Ita comparatum est cum regulis prudentiæ politicæ (etiam laesive dictæ) ut homo cognoscat,

suam culpam esse, si non utendo principiis rectæ rationis morbos aut mortem, paupertatem & damna, ignominiam, contemptum, & bonæ famæ læsionem, item inimicos sibi accersat, non autem vice versa esse suæ prudentiæ effectus, ut observando eas regulas sanitatem conservet, opes & existimationem augeat, inimicos caveat, sed plurima hic adscribenda esse subordinationi circumstantiarum a sola providentia divina dependenti. Adde *Part. 1. Etb. c. 8. n. 7. sequ.* Beverovicij *questionem Epistolicam de vita termino.*

p) Politicam directe atheismum professam scripsit autor, quem cum stricturis debitis sub nomine *Politici Scelerati* edidit Illustr. Pellerus. Plus quam par est, humanæ

pru-

7. Quod igitur remedia adversus inimicos attinet, ante omnia cave, ne putes, avertendos esse inimicos saltem potentes & divites. Nullus inimicus contemnendus. Homo vilissimus & contemptissimus si velit, etiam potentissimum & fortissimum insidiis necare, & ei damna dare potest. r)

8. Commune remedium adversus inimicos est liberalitas tenacitati opposita. s)

9. Sed annon melius esset nullos habere inimicos. Utique, sed utinam possibile esset.

10. Ergo maxime cave, ne affectes neutralitatem, ne assentiaris omnibus, ne omnium amicitiam & benevolentiam affectata humanitate & benevolentia captes. Semper hi mores plures inimicos pepererunt, quam cordata etsi non adeo sapiens sinceritas.

11. Cave, ne ineptum judicium feras de pluralitate & paucitate amicorum. Uti impossibile est, ut quis nul-

prudentiæ hic subinde tribuunt, vel saltem eo alicubi inclinant autores alias celebres, & si cum hac cautione legantur, non parum commendandi, de Calliere von Glück fürnehmer Herren und Edelleute. Autor der Schmiede des Politischen Glücks, & Autor der discurs dreyer Reise Gesehrten in Holland.

r) Acute Seneca, Nil prodest Regi custodia corpori circumposita. Quisquis vitam suam

contemnit, tua Dominus est.

s) Potissimum vero adversus viles. Nam apud hos thalero plus damni ex eorum inimicitia timendi avertere poteris, quam 100. thaleris commodum tuum promoveri apud potentes & divites. Hi enim si avari sint, non sufficiet tua liberalitas eorum avaritiæ, si ambiciosi, plus operabitur veneratio. Si sapientes, pecunia tibi non erit opus. Conf. c. sequ. n. ult.

(Tbonasi Causelar, Part 1.)

L1

t) Etiam

nullos habeat inimicos, ita nec invenies, quem omnes natura oderint, & qui nullos planè habeat amicos. t)

12. Porro ut nemo est, qui omnes amat, ita nemo est, qui omnium sit inimicus. u)

13. Plerumque, si non sèmpèr, qui plurimos amicos vulgo sic dictos habet, habet etiam multos inimicos, & qui multos inimicos habet, habet etiam multos amicos, sed una pars pro diversitate temporum magis apparet. w)

14. Interim non negandum, feliciores esse, qui latent, id est, qui nec multos amicos, nec multos inimicos habent. x)

15. Sed latere nequeunt, qui officia publica gerunt, item doctores sapientiæ. Et de his certum, etiam virtuosissimos, plurimos & potentes inimicos habere posse & solere. y)

16. Sed ea est differentia inter stultos & sapientes, quod stulti metuant inimicos, nec adhibeant-justa media

t) Etiam latrones & inutilissima terræ pondera habent suas societates, suas leges &c.

u) Nam avaritia consistit quidem in carentia amoris humani, at inter hanc & odium æque differentia est ac inter carentiam odii sive amorem communem & inter amorem proprie dictum. Et talis avarus stultis suis actionibus reddit quidem sibi omnes inimicos, aut certe facit, ut nullus possit esse ejus amicus. Interim alii eum non oderunt natura.

w) Versic. notus: *Donec eris felix &c.* Considera omnes viros potentes, scriptores illustres, magnos hæreticos, aulæ ministros, professores famigeratissimos, Ortuinum, Gratianum, Reuchlinum, Erasum, Hutterum, Lutherum, Calvinum &c.

x) Dictum poëtæ: *bene qui latuit, bene vixit.*

y) Exemplum præbent ipse Christus & Apostoli, Socrates, Lutherus, Calvinus, Beza &c.

z) Chri-

dia ad eos reprimendos. Contra sapientia docet, cum fiducia quiete vivere in medio multorum inimicorum, & horum consilia sine violentia avertere.

17. Stulti inimicis nocendo, eosque oppugnando eorum consilia frangere student. Sapiens contra eum finem meliori cum successu obtinet oppugnando cupiditates proprias.

18. Interim non repugnat regulis sapientiæ attendere consilia & actiones inimicorum, eaque secundum præcepta prudentiæ eludere. 2)

19. At hoc prudenter fieri nequit, nisi quis calleat cupiditates & passiones dominantes inimicorum, item eorum arcana, & potentiam nocendi.

20. Suppeditat vero prudentia politica infinita criteria hujus scientiæ, in tantum, ut non solum characteres a libi fusius expositi hic inserviant, sed etiam facies hominum, loquela, gressus, risus, imo & quæcunque fere, etiam minima actio & alias in se indifferens.

21. Quin & silentium, simulatio, dissimulatio indicant animum hominis ejusque affectus.

22. Ac tantum abest, ut hæc doctrina politica repugnet scripturæ, ut potius eadem diserte inculcet, spiritus debere probari. a)

23. Interim cavendum quoad cognitionem humanorum

2) Christus se occultabat, Paulus provocabat, quod resurrectionis causa accusaretur. Idem appellabat ad Cæsarem,

a) Hanc probationem Clerus

papalis ex regulis suis arcanis exposuit de examinatione doctrinæ, cum tamen potius pertineat ad examen vitæ, & cognitionem humanorum intentionum.

norum affectuum ex scriptis eruditorum, ne plus fidamus huic criterio, quam par est. b)

24. Neque etiam expectandum est, ut indicia morum ex quibusvis actionibus humanis specialissime proponantur, cum hoc ob varias rationes politicas non possit commode fieri. c)

25. Quinimo talis doctrina nemini prodesset. Non illi, qui se ipsum non cognoscit, quia tum non posset eam applicare. Nec illi qui se ipsum bene novit, quia hic non opus habet tali doctrina, sed ipse aptus est, tales observationes quotidie invenire.

26. Ergo nemo bonus politicus est, qui non in actionibus suis ostendit, se esse bonum ethicum. d)

27. Cave tamen, ne arbitreris, non dari bonum politicum. Nam hanc calumniam & recta ratio refutat & scriptura. e)

28. Ca-

b) v. gr. Sæpe quidem & scripta indicant genium scribentis, v. gr. vehementiam, ignorantiam, luxuriam, *conf. Bayle diction. sub articulo le Vayeur p. m. 1195. & sub articulo Virgile pag. 1217. seq.* Sed vera & simulata probitas ita dignosci ex scriptis nequit, præmissis si quis stilo moderato & placido utatur. Omnium minime vero animus humanus cognosci potest, ex scriptis autorum alios more consueto exscribentium, & more psittacorum eorum tradita repententium. Ut rursus pateat, quam in-
epte Clerus papalis doctrinam ev-

angelicam de probatione spirituum huc applicare solear.

c) Nam 1. talia indicia multis limitationibus sunt obnoxia. 2. Cum sæpe indicent mores turpes & viles, & tamen talia signa hinc inde deprehendantur, etiam in potentibus occasio daretur ad multas turbas talia docendo. 3. Criteria in *ethica nostra & post cap. 4. prudent. consultatoria* tradita certiora sunt & jam sufficiunt.

d) Non tamen contra omnino bonus ethicus est etiam bonus politicus.

e) E. gr. Abraham, Josephus, Da-

28. Cave etiam, ne putes, te velle prudentiam discere legendo libros politicos autorum, etiam probatissimorum & commendatissimorum. f)

29. Sed unde jam suppeditabuntur media resistendi inimicis, eorum insidias & injurias evadendi? Id quidem, si te, si eos noveris, erit facillimum, & quasi sua sponte se offeret.

30. Et quidem plura se hic offerent remedia. Ex quibus tamen nulla tutiora sunt & magis politica, quibus enervantur vires inimicorum, quam bene facere iisdem, etiam ubi pessime faciunt nobis. g)

31. Tum non sentire damnum & injurias ab inimicis nobis illatas. h)

32. Denique facere officium tuum debite, nec te immiscere alienis. i)

33. At-

Daniel &c. in quorum vita multa politica observare poteris.

f) Dicendum de Graciani *hominine aulico*. Facillime possit conscribi libellus, cujus regulæ pleræque repugnarent regulis Graciani. In Ecclesiaste & Ecclesiastico plures regulæ politicæ latent, quam in Graciano, Tacito, Livio &c.

g) Notum exemplum Augusti & Cinnae. Hoc est, quod apostolus *ad Rom. XII. 10.* vocat, carbones ardentis coacervari in capita inimicorum. Hoc est, ut inimicitiam citissime deponant, uti, qui carbonis in capite sentit, citissime eos dejicit.

h) Quia revera pleræque nos non afficiunt, sed consistunt in opinione hominum, aut in exuperantia affectuum nostrorum. Huc pertinet liber Senecæ & plurimæ pulcra ibidem dicta, *quod injuria non cadat in virum sapientem.* (Id tamen stoicum ibi & phantasticum est, quod docet, nullas plane injurias eidem fieri posse.) Nec nobilius vindictæ genus est. Quis dolet inimicus, quod nos non doleamus, nec melius remedium ejus malitiam in posterum impediendi &c.

i) Sic enim non habebit inimicus,

Li 3

33. Arque hoc ultimum quod attinet, probe tenere quisque debet naturam officii & status sui, quod uti paucissimi sciunt, ita ante omnia operam dabit studiosus juris, ut torrente exemplorum fundamenta prudentiæ hic negligentium non abripiatur. k)

34. Igitur studiosus juris hæcenus & potissimum modo dicta applicabit non solum ad statum suum præsentem, scilicet ad studium juris, secundum cautelas hic traditas se examinando, sed & ad status futuros, præprimis ad eos, ad quos scilicet solent adhiberi studiosi juris præ studiosis reliquarum facultatum in rep. l)

35. Ergo meditabitur de prudentiâ patris familias, tanquam status communis fere & universalis, tam intuitu societatis conjugalis, quam intuitu paternæ & herilis. m)

36. De prudentia doctoris vel Professoris juris, advocati, consulentiis, judicis, scabini, &c. n)

37. De

micus, ut accusando tibi noceri possit.

k) Proderit exactissima consideratio status & officii cujusque, ut sciat quisque, quid ipsi ratione illius status incumbat; quibus mediis ad id opus sit; an ipse capax sit ad actiones ejusmodi & media; an diligentiam hic debitam adhibuerit. Et quomodo negligentia hæcenus commissa sit emendanda &c.

l) Neque hic patietur a doctoribus sapientiæ larvata sibi impo-

ni, ac si studium juris sit Deo displicens, quia videlicet corpus juris contineat leges paganorum. Quasi vero leges paganorum sint rationi rectæ minus convenientes quam multæ leges, Pseudo Christiani Cleri instinctu, sub imperatoribus christianis publicatæ. Quasi Moses & Josephus non fuerint eruditi in omni sapientia Ægyptiorum.

m) Conf. *prud. consult. c. 7.*

n) Huc pertinet etiam doctrina de prudentia circa cautelas. Vide

37. De prudentia consilii aulici, cameralis, consistorialis seu ecclesiastici. o)

38. De prudentia consilii intimi secundum singula regalia principis. p)

39. De prudentia consilii bellici, etsi generales observationes ad regulas methodi *supra n. 33.* notatæ facile etiam deduci possint, de iis tamen in academiis vix cogitabit studiosus juris, quia academiæ debent esse seminaria reipublicæ ad officia pacifica.

40. Inter illa officia pacifica eminent officium principis. Sed de prudentia principis tamen non opus habet ut cogitet studiosus juris, quia ipse manebit subditus: nec opus habet, ut doceat professor, quia docet subditos. q)

41. Neque enim putare debes, prudentiam regis esse complexum prudentiarum reliquarum omnium. Sed potius est plane peculiaris. r)

42. Un-

de *prud. consult. c. 8.* Caveat ne statum professorum juris quærat in dicto Danielis *de doctoribus ad justitiam.* Non magis enim ibi inveniet eos, quam professores theologiæ: item ne responsa juridica vel theologica quærat in *universitate Abel.* Vide *controvers. Spenericum Ministerio Hamburgico, in specie cum Meiero.*

o) Dicendum de origine consilii ecclesiastici, bellici, cameralis in rep. Cainitarum deducta ex dicto Genescos de Jabale, Jubale & Thubalcaino.

p) Quæ ad ulterius excitandas has meditationes faciunt, ea partim jam suppeditata sunt in doctrina *de prudentia consultatoria*, partim suppeditabuntur suo tempore in positionibus *de prudentia legislatoria seu rectoria.*

q) Et, si vel maxime doceat principem, ut sancta est persona principis, ita etiam sancta & arcana debet esse hæc doctrina.

r) Nam consilii principis tanquam ministri multa scire debent, quæ potest ignorare princeps, & mul-

42. Unde & ratio apparet, cur de prudentia ministrissimi non peculiariter aliquid sit docendum vel meditandum. Nam vel is ita dicitur, quo princeps utitur tanquam amico peculiari, & tum eadem esse debet prudentia ministrissimi, quæ principis. s)

43. Vel Princeps ad imperandum est ineptus, & ministrissimus est is, qui nomine & amicitia Regis vel utitur vel abutitur ad agenda ea, quæ ipse putat esse agenda in Republica. Et tum hoc officium non potest includi regulis artis, quia quam prudens etiam talis minister sit, tamen prudentia avertendi suos inimicos nullis cautelis doceri potest, sed ad hoc prudentia humana major requiritur.

44. Præcipue autem in meditationibus circa officia illa varia attendet studiosus juris sequentia. Initio: officium non ornare virum, sed virum ornare officium. t)

45. Porro: In omni officio, quantum etiam sit, politica prudentia opus esse, adeoque in omni officio posse studiosum juris specimen edere suæ vel prudentiæ vel imprudentiæ, u)

46. Igi-

multa scire debet princeps, quæ possunt ignorare ministri. Ipse princeps habet peculiaria media faciendi amicos, separandi inimicos habet peculiare insidias inimicorum,

s) Officium hoc amici regis memoratur jam in ministerio Davidis.

t) Conf. *supra* n. 38. Unde &

Christianus non nimis anxie considerabit, an officium originem forte stultam habeat. Alias enim abstineret a plurimis. Etenim officium non sanctificat etiam Christianum, sed Christianus sanctificat officium.

u) Saltem in uno plura agenda sunt, majora pericula sunt, quam in altero,

w) Illud

46. Igitur vitanda esse circa officia & honores duo extrema; scilicet & ambitum officiorum, & fugam. w)

47. In fuga tamen, uti rarior esse solet, ita etiam facilius quem excusari, præprimis, si agnoscat insufficientiam virium: adeoque in dubio tutius esse fugere honores, quam ambire, vel absque distinctione acceptare.

Cap. XVII.

CAUTELÆ CIRCA STUDIUM OECONOMICUM.

§. I.

DEbebat etiam Oeconomica doceri in Academiis, ejusque certi Professores constitui, sed id & olim neglectum, & hodie negligitur strenue. a)

2. Un-

w) Illud ambitionis, hoc ignavia signum est.

a) Causæ sunt variaz. Olim, quia Aristoteles nullos reliquit liberos oeconomicos, & in prima academiarum origine monachi ultra Aristotelem nihil sapiebant. Forte etiam putatum fuit, eruditum hominem debere omnia alia scire & discere, quam quæ sciant homines plebeji & servi. Unde & communiter agricultura & reliquæ artes ad oeconomicam pertinentes referri solent inter artes illiberales. Forte etiam id ideo factum, ne laici oeconomicæ operam dando, inquirerent in arcana artificia oeco-

nomicae clericalis, & quia plerique boni oeconomi non solent inclinare ad opes suas in pios usus profundendas, sed plerumque vel prodigorum vel Euclionum hoc talentum est &c. Hodie maxime regnat adhuc persuasio, quamvis stultissima, agriculturam & similia fundamenta oeconomica esse artes illiberales. Et cum eruditi & polyhistores, ac omnes speculationibus dediti parum apti sint ad negotia oeconomica gerenda, non solent etiam studii hujus utilitatem, quam ipsi non sentiunt, aliis commendare, conf. plura *infra n. 18.*

M m

b)

(*Thomasii Causelar. Pars I.*)

2. Unde maxime cavere debet studiosus sapientia, ne hic impingat, neve torrente exemplorum se patiat abripi. b)

3. Est vero oeconomica prudentia opes acquirendi & administrandi ad evitandam inopiam & mendicitatem. c)

4. Circa acquisitionem opum maxime cavendum ab otio subtili monachico, & firmiter tenendum, hominem ad laborandum destinatum esse, & qui non laborat, eum indignum esse, ut edat. d)

5. Cave ergo, ne putes, succurrendo ignavis te facere, quod Deo placeat, e) quia ipsorum ignaviam hoc ipso auges.

6. Cave igitur etiam a vulgari conceptu eleemosynarum, quo denotari solent dona vel mendicis vagantibus, vel mendicantibus monachis data, cum neutrae sint eleemosynae verae. f)

7. Ca-

b) Nam non solum ignorant oeconomicam artem eruditi, sed & saepe sunt pessimi oeconomi.

c) Vid. cap. precedens prioribus §§. 4.

d) Eadem impudentia est nolle laborare & tamen ab aliis petere eleemosynas, ac si mendicus nollet ipse cibum scindere & ori inserere, sed a divite peteret, ut ipse hac faceret. *Add. II. Theff. 3. v. 10.*

e) Ein Gottes Lohn verdienen.

f) Vide imprimis, quae scriptura inculcat de eleemosynis. His adde, quod eleemosynae valde commendentur in veteri & nova foedere, & tamen secundum instituta Judaicae reipublicae mendici in ea non tolerarentur. *Deut. XV. 4.* Ex quo sua sponte sequitur, in illa commendatione non habitum fuisse respectum ad mendicos. Quod vero postea eleemosynas monachi ad se applicaverint, factum, quod scripturam torserint, dum se fra-

tres

7. Cave tamen, ne secundum vulgarem conceptum laborem quæras in solis operis manualibus, & otium in solis actionibus hominum crassiori voluptati deditorum, g)

8. Hinc vero jam facile patet, majoris virtutis indicium esse, & magis prodesse Reipublicæ eum, qui secundum conditionem & statum suum largiter vivit, & sic variis hominibus laborantibus prodest, quam eum qui parce vivendo divitias suas dat inutilibus terræ ponderibus mendicis & monachis. h)

9. Sed & porro cave, ne te excuses, quod non possis invenire occasionem laborandi, aut bonam methodum laborandi cum fructu. i)

10. Nec

tres Christi appellarunt, adeoque dicta de examine Christi in extremo judicio ad se applicaverunt. Notum in vulgus est, eandem torturam causam esse, cur Franciscani se appellaverint *Minimos*,

g) Uti enim scriptura sub commendato labore etiam comprehendit regere, docere, ordinare, ita etiam datur otium subtile eruditorum in scientiis vagantium, & spirituale monachorum, qui otiosi sunt in horis & precibus suis. Plura de differentia otii & laboris vide in parte 2. *Erbices* c. 13. n. 11-30. Notandus etiam hic abusus interpretationis monachalis historię Evangelicę de Martha & Maria, ejus

cum sensus sit, spiritualia præferenda esse temporalibus, monachi sensum corruerunt, ac si is esset; monachalia & clericalia, (ut quæ sola spiritualia essent, etiam ubi maxime temporalia sunt) præferenda esse actionibus laicorum (tanquam quæ solæ, omnes & semper essent temporales.)

h) Vide omnino autorem anonymum tractatus gallici, cui titulus: *Lavanite des sciences, ou reflexions d' un philosophe chrétien sur le véritable bonheur p. 4. seqv.* & quæ inde excerptissimè in cogitationibus mensuris *Part. 1. p. 371. seq.*

i) Nunquam deest diligentibus

M m 2

occa

10. Necessit, quod dicas, multa genera laborum esse indecentia. Nihil indecentius mendicatione. k)

11. Cave etiam, ne ignaviam aut stultam superbiam tuam tegere velis inani prætextu, repugnare laborem illum officio, quod gessisti. l)

12. Cave, ne stultam opinionem vulgi ex eruditorum classe sequaris, de præstantia artium liberalium & eruditionis præ artibus manuariis. m)

13. Interim tamen sapiens in casu necessitatis regulariter quærit occasionem laborandi talia ad quæ non sit plane ineptus, n)

14. Qui-

ocasio laborandi. Et qui de methodo laborandi aut studendi sunt anxii, eo ipso aliis palpandum dant amorem ignavia.

k) Imo etiam ipsa misericordia aliorum & beneficentia excitatur, si quis videat, pauperes cupidos esse, ut quibuscunque etiam laboribus se honeste sustentent, quam si quis labores fugiendo artem mendicandi exerceat. Nam uti amor amorem, ita serviendi promptitudo beneficentiam excitat.

l) Nam si gessisti, non amplius geris. Etenim infortunium etiam officia mutat, aut saltem suspendit. Ergo te gere secundum statum præsentem. Et vide, mendicare etiam non convenit cum illo officio, quod gessisti.

m) Cautelam illam ex professo exponit autor tractatus: *la vanité des sciences modo citatus ad n. 8.* Et nota historia apud autorem Schimpffund Ernst de magistro 7. liberalium artium elemosynas petente a futuro. Huc pertinent mores, ni fallor, Turcarum, requiruntium, ut reges etiam artem manuariam discant, ut se in casu necessitatis sustentent. Notum est, eosdem non ferre artem typographicam, ne fame pereant, qui descriptione librorum arabicorum sustentantur.

n) Ita Dionysius Syracusanus regno dejectus ludimagister fiebat. Adde omnino autorem modo citatum pag. 25. seq. & inde excerpta d. l. p. 376.

o) An-

14. Quinimo, si historiam & rectam rationem du-
cem sequatur, deprehendet, agriculturam, quæ ab ætati-
tis pro illiberali habetur, esse artem antiquissimam, nobil-
lissimam & innocentissimam. o)

15. Quare cum sit laborandum, & ita certus viæ
status singulis hominibus sit eligendus; etiam circa ele-
ctionem prudentia opus est & cautelis. Præcipuis intuitu
ipsorum statuum.

16. Ergo quoad agriculturam cave, ne confundas
agricolam cum rustico, differunt enim, certe quoad sen-
sum hodiernum & Germanorum, ut ingenuus & manci-
pium. p)

17. Pertinet ad agriculturam etiam pecuaria, & hic
uterque modus acquirendi est fundamentum reliquorum
modorum acquirendi omnium. q)

18. Cur vero de hac arte tam necessaria & utilissima
nihil doceatur in Academiis; non mirabitur, qui
historiam philosophicam & ecclesiasticam probe callet,
quia scopus Papæ Academias introducens non fuit,
ut

o) *Antiquissima*, exemplo Ada-
mi, Caini, Abelis &c. *Nobilissima*,
exemplo Abrahami, Isaaci, Jacobi,
&c. & in genere Patriarcharum.
Innocentissima, quia vita rustica
est innocentissima, a fastu & luxu
civitatum & urbium maxime diffe-
rens. Pro arte liberali etiam ha-
buit Socrates, unde Xenophon
in oeconomico varia præcepta tra-
dit ad agriculturam pertinentia.

p) Melius res intelligitur in
idiomate germanico. Agricultu-
ra, Landbau, Landnahrung. A-
gricola Landmann. Agricola in-
genuus Landjuncker. Mancipi-
um ein Bauer.

q) Germanice, Landnahrung
besteht in Ackerbau und Vieh-
zucht. Tolle agricolas, pereunt
omnes reliqui itacus fame, siti, fri-
gore, æstu &c. Respectu gradus
& uti-

ut homines fiant sapientes, sed ut imperium ejus in laicos stabiliretur. r)

19. Interim certum est, ad studiosum juris, non solum, quatenus studiosus sapientiæ est, sed & quatenus juri & non aliis facultatibus superioribus dat operam, pertinere, ut fundamenta hujus doctrinæ pauca quidem & perspicua sciat. s)

20. Unde vero doctrina talis petenda? Haud dubie ab artis peritis. Neque defunt hodie libri huc pertinentes. Sed pene copia abundamus. t)

21. Igi-

& utilitatis reipublicæ semper illi status sunt magis necessarii, qui propiores sunt agriculturæ, & ab eruditis habentur pro ignobilioribus. Hinc patet, unde confusio statuum?

r) Confer supra n. 1. Adde causas secundarias; quia primi professores erant monachi, quibus libri dandi erant, quos aliis prælegerent. Et dabantur quidem libri Aristotelis, qui parum aut nihil de arte oeconomica scripserat. Adde quod monachi & Clerus Pontificius magis amarent vitam urbicam quam rusticam, & quod viverent opibus sudore & arte oeconomica Laicorum acquisitis, neque putarent, artem oeconomicam ad se pertinere, sed relinquendam esse Laicis. Unde nec mirandum,

quod & hodiernum viri eruditissimi sæpe sint pessimi oeconomi,

s) Nam studiosus sapientiæ debet cognoscere fundamenta omnium artium toto humano generi utilium. At studiosus juris est etiam lignum, unde fieri solent consilarii camerales. (Nam regulariter theologi, medici, & philosophi ad eas functiones non adhibentur.) Ad consiliorum camerales fundamentum præcipuum est, nosse agriculturam.

t) Olim diu contenti fuimus observationibus rusticorum collectis a Colero. Postquam vero per illustres Baro de Hochberg eam doctrinam dignatus est fusius exponere, & emendare, tot secuti sunt libri huc pertinentes, ut facile bibli-

21. Igitur cave, ne neglectum studii oeconomici excusare velis, aut illud verbo divino repugnare præendas propter monitum Salomonis. u)

22. Porro ex dictis patet, reliquos status omnes civiles ex voluptatis, avaritiæ & ambitionis incremento, vel certe horum vitiorum occasione & ad eorum coërcitionem esse ortos. w)

23. Sed caveat tamen studiosus sapientiæ, ne sibi imponi patiatur vulgari caractere philosophiæ monachalis de statibus civilibus a DEO approbatis & improbatis, ut scilicet videre debeamus, an ejus mentio fiat in scriptura, nec ne. x)

24. Cautius ita procedendum, ex statibus civilibus post agriculturam ortis, illos haud dubie a DEO ordinatos & approbatos esse, quicumque necessarii sunt ad

bibliothecam oeconomicam curiosus comparare possit.

u) *Eccles. XI. v. 4.* Nam ex contextu patet, regem sapientissimum saltem velle admonere, non esse cunctandum, aut, observationes astrologicas in re oeconomica non esse nimis adhibendas.

w) Inde etiam mechanicæ artes, mercatura, potestas civilis, sacerdotia, doctrina artium liberalium, professiones theologicæ, iuridicæ, medicæ, philosophicæ, militares status &c.

x) Nam scriptura etiam mentionem facit rerum turpium, etiam si non diserte improbet, ut incestus Lothi. Et multi possunt esse status hodierni honesti, qui olim fuisse incogniti. Unde quemadmodum v. gr. inepte ad carnifices hodiernos solent applicari facta Benajæ filii Jojadæ; ita etiam intempestivi oppugnatores capillitorum adscititorum parum prudentiæ ostendunt, dum urgent, hujus artis nullam fieri mentionem in Scriptura.

y) Or-

ad affectus hominum stultos coërcendos, & ex via stultitiæ in viam sapientiæ reducendos, reliquos tolerari. y)

25. Porro & id evidens, status omnes, etiam a Deo ordinatos & approbatos malitia humana sic esse corruptos, ut in singulis plurimi sint stulti, pauci sapientes. z)

26. Exinde vero necessario sequitur, statum non sanctificare atque sapientem reddere hominem; sed homines sanctificare statum, & statum illum sanctum dici ac sapientem in quo plurimi sunt sapientes.

27. Sequitur porro, ut doctor inculcans frequentem malitiam & stultitiam hominum, in quocunque statu viventium, non contumelia afficiat, aut contemnat statum, sed statum potius contumelia affici ab istis malitiosis & stultis.

28. Sequitur, ut pœnæ delinquentibus & coërcitio stultis debitæ, inepte supprimantur aut minuantur in honorem illius status. a)

29. Se-

y) Ordinationem & approbationem hic sumo pro Synonymis. Nam præter matrimonium & societatem paternam nullus status a Deo est antecederet ad institutum humanum discrete & specificè præceptus, unde diverso respectu tales status omnes possunt dici ordinationes humanæ & divinæ.

z) Res a nemine negatur, nisi ab iis, qui imbuti sunt philosophiæ monachicæ principiis, utpote secundum quæ excipiendus semper

foret status monachalis, in honorem scilicet. ut loquuntur, Dei, cuius unionem quærunt in monasteriis. Cum tamen huic persuasioni sensus communis & quærelæ tot seculorum, tam ante, quam post reformationem, repugnet.

a) Hæc omnia, etsi palpabilia sint, probe tamen notanda ob præxin contrariam, quam etiam subinde Jcti defendunt in media luce Evangelii, cum tamen sint reliquæ Papismi.

b) Im-

29. Sequitur etiam, antiquissimum olim, nobilissimum & innocentissimum ac summe necessarium statum agricolarum pariter corruptum esse, ut reliquos.

30. Uterius cuilibet sensum communem consulenti patet, conditionem generis humani hodie ita esse comparatam, ut non possibile sit, omnes homines exercere agriculturam, multo minus prudens esse, si omnes relictis reliquis statibus vellent fieri rustici. b)

31. Et id sensus communis docet, quosdam status in vita civili deprehendi, qui juri naturæ, si non quoad regulas justitiæ, tamen quoad regulas honesti vel decori repugnant. c)

32. Item multos status esse, ubi sustentari vix potest, qui ab usum vel adjuvare vel indulgere nolit. d)

33. Item multos esse status, qui aliquem ex tribus passionibus dominantibus quotidie irritant. e)

34. Ergo quis ex ita se habentibus vitæ statibus erit eligendus? Initio unus & certus. f)

35. Deinde nihil faciendum & suscipiendum, ad quod sis inidoneus, & quod abhorreas. g) Ast talia multa sunt intuitu singulorum. Et rarissimi sunt, qui ad omnia apti, & ad omnia prompti.

36. Uti

b) Impegit in hanc observationem olim bonus Carolostadius.

c) Ut leones, meretrices, (ubi videlicet lupanaria tolerantur) caupones, Kartenmacher &c.

d) Ut Wirths-Häuser, Spielteuthe, Spitzenmacherin, Spindstrickerin.

(Thonasi Cautelar. Pars I.)

e) e. gr. Voluptatem ars culinaria, cauponaria; ambitionem officia aulica & sacra, avaritiam mercatura &c.

f) Proverbium: viel Handwercke verderben einen Meister.

g) Quod veteres dicebant invita Minerva fieri.

Nn

h) Stul-

36. Uti igitur non facile quis eligit vitæ genus, quod abhorret, ita & parentes liberos ad electionem talis status imprudenter cogunt. h)

37. Major cautio adhibenda in statibus, ad quos inclinamus, ut non statim eligamus, ad quæ inclinamus, & ad quæ putamus nos esse idoneos. i)

38. Imo etsi firmus idonei, vitanda tamen est electio vitæ, in qua quotidie irritatur passio dominans. k)

39. Et cum adeo juvenes hoc intuitu regulariter sint minus cauti, ad officium parentum pertinet, ut cupiditates cæcas liberorum hac parte humanitate prudenti & amica moderentur.

40. Maximopere verò cavendum & juvenibus & adultis, ne larvatam sapienriam sibi imponere patiantur, commendatione vitæ monachicæ vel si quid simile est. l)

41. Operam igitur dabit etiam studiosus juris, ut circa electionem vitæ generis hætenus dicta examinet. m)

42. Cum

h) Stultum, absquæ consideratione naturæ liberorum, liberos destinare, ut eligant vitæ genus parentum. Quod tamen frequenter fit.

i) Est fere uti in appetitu cibi. Nocent naturæ, quæ naturali natura abhorremus, non statim profunt, quæ appetimus. Initio juvenes ex stultitia multa appetiunt, ad quæ non sunt idonei.

k) Cum hoc modo fit difficilimus transitus a stultitia ad sapientiam.

l) Nam status monachicus nec Deo placet, nec rationi, sed potius utrique repugnat. Et scripturæ adversum est, liberos cogere velle ad vota monastica. Adde, quod vita monastica quotidie valde irritet tria vitia dominantia.

m) v. gr. intuitu praxeos juridicæ,

42. Cum vero vitæ genus eligatur etiam quoad acquisitionem opum, jam tradendæ sunt regulæ certissime ditescendi. Duobus verbis. Labora & fide divinæ providentiæ. n)

43. Cave igitur, ne putes, divitias acquiri tantum accipiendo aut permutando, sed nemo sapiens dives factus sine donis multis & liberalitate. o)

44. Ergo cavenda avaritia, quia magis impedit acquisitionem divitiarum, quam promovet, qui nihil audet donando. p)

45. Simul vero cavenda cura opum & rerum futurarum, anxia videlicet, & quæ avaritiæ signum est. Nam & ipsa magis impedit acquisitionem rerum quam promovet. q)

46. Interim cave, ne putes omnem curam rerum futu-

dicæ, si ad avaritiam valde inclinatur, cavebit auream præxin. Si ad ambitionem, ineptus erit ad magnos progressus in praxi. Multa patiendæ practico, sapius adulationes adhibendæ, & vix adversam famam evitare poterit, etiam honestissime se gubernans.

n) Si velis laborare, non deerit labor, si cum diligentia labores, non deerit præmium, non deerunt laborare cupientibus multi labores, ergo nec deerunt multa præmia. Reliqua relinquenda sunt providentiæ divinæ. Id est, etsi ars ditescendi non possit reduci ad

scientiam mathematicam non tamen paupertate laboravit unquam, qui laborare voluit & fiduciam in Deo posuit.

o) Wer viel gewinnen will, muß viel wagen. Hoc fit in liberalitate. Liberalitas etiam signum est fiduciæ in providentiam divinam.

p) Si vis amari, ama, si vis honorari, honora: si vis donari, dona.

q) Nam illa anxia cura impedit consilia acquirendi & executionem. Et animus talibus curis vacuus regulariter plura acquirit.

N n 2

r) Non

futurarum, quatenus providentiam denotat, esse prohibitam. Dictat enim recta ratio, quædam in futuros usus esse reservanda, modo fiat absque anxietate. r)

47. Sed quoniam avaritia sæpissime utitur pallio pietatis & sanctitatis, cavenda maxime consilia monachica & Jesuitica sub prætextu amoris erga pauperes, cum multa cura & fraudibus corradentia divitias immensas. s)

48. Uno verbo, cave, ne sis prodigus, ne sis fordidus & tenax, sed stude sinceræ liberalitati.

49. Ita

r) Non obstat dictum *1. Tim. 5. v. 8.* uti enim id vulgo inepte applicatur ad curam parentum pro liberis, cum potius sit invertendus sensus *ex vers. 16.* ita aperte loquitur de providentia aut officio præfenti erga parentes & cognatos non de cura rerum futurarum.

s) Quo majores progressus facis in via sapientiæ, eo cautius procedendum est. Video, inquis, multos pauperes eleemosynas merentes. Do ipsis, rogo amicos, ut dent. Colligo ab aliis, distribuo bona fide. Hactenus bene. Subsiste. Et examina cor tuum, (annon his actionibus jam se immiscuerint ambitio & avaritia tua. Etiam avari ex alieno solent esse liberalissimi. Et pauperes solent magis laudare & amare distribuentes

& colligentes, quam dantes eleemosynas.) Sed offert se occasio emendi immobilia in sustentationem pauperum, offerunt se multi ad dona uberrima, bonum est providere etiã pauperibus in futurum. Datur occasio ipsis præscribendi vitæ regulas, ut tandem aliquando Christiani incipiant esse sapientes. Ah abstine. Latet auguis in herba. Hoc modo decepti sunt magni viri, Augustinus, Bernhardus, Ignatius Lojola &c. (Nam & hunc bona fide egiss: æq; ut Augustinum &c. persuasit mihi lectio impartialis ejus vitæ) ortus inde monachismus & Jesuitismus &c. Dic mihi rationem: cur Christus saltem semel aut bis cibavit populum? cur apostoli saltem quotidianas eleemosynas distribuerunt.

Cur

49. Ita insensibiliter œconomicam cum politica connectimus. Est enim tenacitas sua natura apta, ut inimicos pariat. Liberalitas contra amicos facit, aut minimum inimicos placat. t)

Cap. XVIII.

CAUTELÆ CIRCA STUDIUM MEDICUM.

I.

Hic ante omnia cavendum, ne studiosus juris studium medicum plane omittat, tanquam a scopo jurisprudentiæ alienum. Etsi enim medici studii scopus diversus sit a scopo jurisprudentiæ, tamen non est ab eo plane alienus. a) Et præterea studiosus juris meminisse debet, quod simul sit studiosus scientiæ, at vero studi-

Cur non & ipsi instituerunt ptochotrophia, monasteria aut scholas Jesuiticas? vides: apostolorum tempore Christiani vendebant immobilia & distribuebant pecuniam. At monachi & Jesuitæ corradunt pecuniam, ut possint immobilia acquirere &c. Hæc omnia secum bene perpendat studiosus scientiæ, præprimis his temporibus, ne seducatur ab exemplis virorum magnorum, ex bona intentione in hos errores incaute prolapsorum.

t) Conf. dicta cap. præced. n. 3.

reliqua ad hoc caput pertinentia repetè ex *prudencia consultatoria* cap. 8.

a) Finis jurisprudentiæ est mentis sanitas, medicinz, sanitas corporis. Sed uti mens sana sine sanitate corporis & sanitas corporis sine sanitate mentis hominem potius miserum faciunt quam felicem, & potius quilibet operam dare debet, ut sit mens sana in corpore sano, ita patet, quod finis medicinz & jurisprudentiæ non sint alieni a se invicem.

Nⁿ 3

b) Nam

Studium medicum etiam ad doctrinam sapientiæ necessarium est. b)

2. Cavendum etiam, ne quis putet, in eo differre curam animæ nostræ à cura corporis, quod hujus quidem custodiam alteri committere possimus, ita, ut, si secus quid eidem accidat, culpa soli curatori aut custodi, non nobis imputari possit, cum in cura animæ contra se res habeat. c)

3. Atque error præcedens eo magis cavendus, quod magis communis est & frequentissimus. Quid enim stultius concipi poterat, quam quod omnes homines optent ac desiderent vitam longissimam & suavissimam, & tamen non solum negligent curam notitiæ ad hunc finem perveniendi, sed etiam, quod magis stultum est, actionibus suis quotidianis sensibilibiter sanitatem corporis sui & vitam oppugnent. d)

4. Immo adhuc major est stultitia, quod nemo velit esse medicus sui ipsius, & omnes velint curare alios. e)

5. Item, quod homines etiam post morbos difficiles

b) Nam sapientia est doctrina felicitatis humanæ, homo vero & corpore constat & anima: ac egregie falluntur ex antiquis & novis philosophis, qui corpus solum pro carcere animæ habent, qui defectus etiam est theologiæ mysticæ.

c) Nollem hanc doctrinam excidisse illustri Pufendorffio §. 2. de habitu relig. ad rem p. m. 9. Nam cum corpus hominis etiam sit pars

ejus essentialis æque ut anima, patet æque stultum esse illum, qui curam corporis negligit, h. e. nimis secure alii eam committit, quam qui nimis secure alii committit curam animæ.

d) Vid. Bontekoe vom Menschlichen Leben P. 3. §. 1.

e) Nota fabula de eo, qui principi quærenti, quodnam vitæ genus sit maxime frequens & commune,

les exantlatos pristinos mores vivendi recipiant, & sic sanitatem & longævitatē suam de novo oppugnent. f)

6. Scilicet cavenda est studioso sapientiæ communis opinio de morbis & medicina: quasi scilicet morbi sint pœnæ arbitrariæ, præter naturæ ordinem a DEO hominibus impositæ, g) & quasi ars medica consistat in sola expulsiōe morborum, non in conservatiōe sanitatis. h)

7. Utinam vero hos errores tollerent diligenter medici, jam vero ideo vel maxime cavendi sunt errores isti, quia medici non pauci eos plus promovent, quam impediunt, falso sibi persuadentes, medicinam & medi-

cos

respondit, esse professorem artis medicæ & qua ratione id probaverit. Notæ querelæ quotidianæ medicorum de abusu artis medicæ ratione personarum quarumvis ejus exercitium præsentium.

f) Bontekœe. d. l.

g) Non nego, morbos esse pœnā peccati, saltem illud cavendum, ne putemus, morbos regulariter esse pœnas extraordinarias ab absoluto DEI arbitrio pendentes, quas adeo nulla cura humana aut diæta evitare possis. Nam si hoc verum esset, & homines necessario ad singulos morbos essent quasi prædestinati, ita ut necessitate absoluta hi homines his morbis hoc tempore deberent esse subjecti, non

peccarent homines & nihil ipsis imputari posset intuitu morborum, etiā si actiones suas, quocumque etiā modo, absque ulla ratione instituerent.

h) Communis hic est conceptus de medicina, eam esse artem reparandi sanitatem, non conservandi. Et pōsterior hæc assertio fuit ex præcedente, quod morbi non possint evitari ab hominibus, Quamvis falsitatem illius asserti debuisse docere illa ipsa opinio, quod medicina doceat recuperare sanitatem. Nam si quis esset prædestinatus, quomodocumque viveret, ad morbum hunc vel illum, esset etiam prædestinatus ad recuperandam sanitatem aut non recupe-

ran-

cos ad mendicitatem & contemptum reductum iri, si homines reliqui operam darent conservandæ sanitati. i)

8. Ergo ante omnia operam dabit studiosus juris, ut genuinum conceptum de morbis & medicina ipsa sibi comparet: Non vero poterit id facere, nisi simul genuinum conceptum habeat de vita & morte. k)

9. Quod vitam attinet, caveat, ne per eam sibi concipiat ens materiale l) aut pure mechanicum m) neque actus

randam, sive medico utatur, sive minus. Et si medicus non potest conservare sanitatem propter prædestinationem, non potest etiam expellere morbos ob eandem rationem.

i) Aduvavit hunc errorem significatus medicinæ, quatenus nutrimenti ordinis opponitur, nemo enim cibos quotidianos medicinæ nomine insignit, sed medicina est medium, quo reparatur sanitas, ergo etiam medicina pro arte accepta restricta fuit ad solam reparationem sanitatis. Porro communis persuasio est, medicos vivere ex aliena stultitia, medicos esurituros, &c. Neque vitium hoc solorum medicorum est, etiam doctores superiorum facultatum eodem infecti sunt. Deberet jurisprudentia & theologia docere, illa conservationem tranquillitatis exter-

næ per vitam justam, hæc conservationem pacis internæ per vitam piæ; at communiter creditur, jurisprudentiam esse solum habitum reparandi factam injustitiam, theologiam esse habitum docentem remissionem peccatorum seu vitæ impiæ. Nam & similiter sibi persuadent Jcti & theologi, se esurituros, si homines juste & pie viverent. Cum tamen & theologi & Jcti & medici cogitare debuissent, nunquam defuturos stultos, injustos, impios, etiam si quotidie sapientia, justitia, pietas & doceretur, & in praxin deduceretur.

k) Nam medicina tendit ad conservationem vitæ & differentiam mortem, & morbus communiter consideratur, ut medium transcendendi ex statu vitæ ad mortem.

l) Quod faciunt etiam Aristotelici, animam vegetativam, ad cus-
jus

actus vitales credat effectus divinæ potentiaæ immediatos, n) sed alia omnia sibi de vita persuadeat, o) sive vita accipiatur pro potentia, sive pro actu.

10. Nam vita pro potentia sumta est ipsa anima, (seu principium agens immateriae,) quæ viventium corpora ipsa sibi format ac conservit, cogitatione quidem hoc intuitu, sed minime ratione destituta, & secundum vires a DEO concessas apte ac rationabiliter ad hunc scopum obtinendum agens, quæ & alio nomine natura dicitur. Actus autem vitæ est ipsa conservatio corporis organici a destructione, quæ fit per mortem. p)

11. Mors ergo est destructio corporis organici facta per corruptionem succorum & organorum, cui anima amplius resistere nequit. q)

12. Mor-

jus potentiam vitam referunt, statuentes esse materialem,

m) Ut Cartesiani, vitam referentes ad formas accidentales, dependentes a motu pure mechanico succorum internorum per pressionem aëris secundum figuras particularum, ex quibus succi illi constant. Unde & ipsum actum vitæ quærunt in circulatione sanguinis.

n) Quæ sententia iterum communis est Cartesianorum, præter animam rationalem omnes formas substantiales negantium.

o) Confer quoad refutationem errorum in præsentia cautela nota-

(*Thomast Cautelar, Pars 1.*)

torum Excell. Stahlium nostrum in *Theoria Medica vera* p. 147. & p. 506. item in *dissertat. de mechanismo motus sanguinis. Conf. Theor. med. p. 228. item in dissert. de differentia mechanismi & organismi.*

p) Latius ista deduxit idem Dn. Stahl in *Theor. med. p. 119. seq. 125. 216. 537. 552. 101. dissert. de vita, & programmata de differentia rationis & ratiocinationis ad, disput. de febris rationali actione. Conf. indicem ad disputationes Stahlianas sub voce Anima.*

q) Scilicet mixtura corporis animalis

o o

12. Morbus autem est motus insolitus in corpore tendens ad corruptionem illam memoratam, seu uno verbo putrefactionem. r)

13. Cum igitur natura seu anima hominis ipsa resistat morbis, quo usque vires a creatore ipsi concessæ sufficiunt, cavendum est, ne artem medicam quis putet consistere in producenda immortalitate aut longiore vita, quam singulis hominibus a DEO destinata est, s) aut in adjuvanda natura, quatenus ipsa est ad repellendos aut præcavendos morbos sufficiens, multo minus in applicandis medicamentis inutilibus, inanium speculationum successus quærentibus, sed potius in ministerio naturæ, & dictamine regularum, quibus & sanitas conservatur, & longævitas a DEO destinata obtinetur, aut si per morbos utraque oppugnetur, quomodo succur-

malis est sua natura prona ad corruptionem, seu facile corruptibilis. Natura vero, seu vita animalis officium suum in eo exerit, ut causas corruptionis illius per motus secernentes a parte affecta, & excernentes a toto corpore expellat, & ita corruptionem impediat. *Conf. D. Stahl dicta dissert. de vita, & adde aliam ejus dissertationem de morte. Conf. Theor. med. p. 223.*

r) Idem de differentia mixti & vivi p. 21.

s) Quod nulla ratione fieri potest, etsi nec ulla ratio physica dari possit, cur anima corpus sibi for-

mans & reparans ac conservans per plures annos non possit id ulterius ita formare & conservare, sed desinat regulariter per gradus in operationibus vitalibus. *Vid. Dn. Stahl Patbol. p. 602. sequ.* Unde cautius legi meretur hac parte Bontekoe vom Menschlichen Leben *Parte III. S. 4. p. 296.* utpote qui vage & inconstanter hic ratiocinatur, & tamen, si penitus inspicias, plus arti medicæ hic tribuit, quam ejus potentia se exerit. Et notandum, quod ea, quæ ibidem de præcavenda morte violenta disserit, insufficientia esse ostenderit ipse

curratur naturæ vel aberranti, vel operationem externam desideranti. t)

14. His præmissis cavebit studiosus juris, ne contra monita superiora u) æquali intentione & studio juris & studio medicinæ incumbat, sed huic incumbet saltem, quantum ad promovendam propriam sanitatem & conservandam opus erit. x)

15. Ergo operam dabit, ut studeat medicinæ, sed non, ut fiat medicus, hoc enim difficile, illud facile. y)

16. Cum autem medicina sit ars conjecturalis, & su-

ipse ejus singularis interitus. Confer dicta ab eodem P. 2. §. 79. p. 278.

t) Dn. Stahl *Theor. Med. pag. 143. 150. 151. & in dissertationibus de autocratia natura & natura erroribus.*

u) Supra c. 3. n. 15. Nam singulæ facultates requirunt totum hominem. Doctor in omnibus quatuor facultatibus vix pro sapiente & prudente habebitur a sapientibus & prudentibus. Sed hic valiturum esset proverbium, Ex omnibus aliquid, & in totum nihil.

x) Uti supra d. cap. 3. n. 16. diximus, studiosos theologiæ & medicinæ operam dare debet studio jurisprudentiæ.

y) Medicus debet curare infinitos homines infinitis morbis laborantes, quod infinitam attentio-

nem, diligentiam & judicium requirit, unde merito illud Hippocraticum: Ars longa vita brevis. At, qui medicinam saltem addiscit in usus proprios, habet objectum unicum, raro ægrotans, (vide Dn. Stahl *dissert. de infrequentia morborum personali*) cujus adeo intuitu ars brevis erit ad obtinendam vitam longam. Adde & illam differentiam: Medicus operam suam præstare tenetur omnibus & inter eos ut plurimum stultis, quos supra n. 3. 4. 5. descripsimus. At studiosus juris, si simul sit studiosus sapientiæ, eo faciliore methodo & breviori scopum obtinebit, quia si stultus illi individualiter raro ægrotant, adhuc rarius ægrotabit studiosus sapientiæ, cautelas & præcepta hoc capite posita observans.

superius 2) jam in studio artium paucissima præcepta de-
derimus, quatuor verbis constantia, eadem & hic repeti-
mus, & saltem exemplo nostro hoc loco illustrabimus, a)
LEGE, JUDICA, EXPERIRE, EMENDA.

17. I. **LEGE**, non infinitos, nec multos, sed pau-
cos selectos, b) potissimum c) ex novioribus, variarum
hypothesium & sectarum, d) quæ hinc inde regnant. e)

18. Hos

2) Vide supra c. 8. n. 17.

a) Illustrationes hæ & declara-
tiones illorum quatuor præcepto-
rum applicari etiam suo modo po-
terunt ad artes, de quibus superius
cap. 7. §. 8. & 9. actum.

b) Nam pluralitate lectionis &
tempus perditur, omnium rerum
carissimum, & confusio legentis ex
illa oritur.

c) Non exclusis quidem anti-
quioribus, sed tamen non princi-
pali studio lectis, quia recentiores
fere selectiora ex antiquis jam col-
legerunt. Conducat tamen, hi-
storiam medicinæ legisse ad intel-
ligendum ordinem & progressum
variarum hypothesium. Fuit ha-
ctenus inter desiderata historia me-
dica. Dolendum, quod opus ma-
gna diligentia & judicio cœptum
non absolverit Clericus, Medicus.
Commendandus adeo conatus
Barchusii, quod hujus historiæ ad
nostra usque tempora continuatæ

specimen non vulgare nuper edi-
derit, inprimis cum magna æqua-
nimitate singulorum scriptorum
hypotheses absque mordaci censu-
ra retulerit.

d) Nam & illorum doctrinæ le-
gendæ sunt, in quorum scriptis
fundamenta ponuntur non ubique
cohærentia, partim ut expendendo
minus accurate dicta corroboretur
doctrina firmiter cohærens, partim,
ut objectiones horum contra prin-
cipia rectius posita tibi suppeditent
meditationes, quarum ope objecti-
ones istas tollere queas. Et regu-
lariter illi, qui non bene emendant,
subinde tamen suppeditant emen-
danda, de quibus haud cogitasses,
si ab istis non fuisset data occasio,
uti in doctrina civili eam ob rem
Hobbesium commendare solet Pu-
fendorffius.

e) Nam doctrinæ obsoletæ, &
quæ ex hodiernis nullum applau-
sum sibi conciliarunt, sed ob evi-
den-

18. Hos ut intelligas, ante omnia comparabis lexicon medicum, in quo termini artis sunt expositi, f) aut si quispiam peculiaribus aut non communibus utatur terminis, opus erit, ut in ipso Autore definitionem ejus termini quæras. g)

19. Cæterum cum inter terminos technicos medicorum magnum locum occupent nomina partium internarum humani corporis, quæ non tam definitione quam adpectu, & quidem melius adpectu rei ipsius, quam in picturis cognoscuntur; hinc commendanda erit h) etiam juris studioso frequentatio anatomiarum

dentem ratiocinationum levitatem earum insufficientia statim in omnium oculos incurrit, levi saltem perlustratione erunt inspiciendæ. Atque ut exemplum præbeam, quomodo hanc cautelam in hoc paragrapho propositam ipse observaverim, antequam ad meditationem hujus capituli me accingerem, perlegi Baconis de Verulamio *Historiam vite & mortis*, Francisci Mercurii ab Helmont *Observationes circa hominem ejusque morbos*, Cornelii Bontekoe *kurze Abhandlung vom menschlichen Leben, Gesundheit, Krankheit und Tode*, illustris cujusdam Autoris *Medicinam corporis & Collegiarum honoratissimorum FridERICI Hoffmanni ac Georgii Ernesti*

Stahlîi, illius quidem *Fundamenta Medicinæ*, hujus vero *Theoriam Medicinæ* collatis ejus *Disputationibus Medicis in tres partes collectis*.

f) Ita *Lexicon Medicum Græco-Latinum* edidit Bartholomæus Castellus, continuatum postea ab Adriano Ravensteinio ac publicatum Roterodami 1665. Ita 1660, Londini Guilielmus Johnsonus edidit *Lexicon Chymicum*. Nec dubito, quin post illa tempora locupletiora forte Lexica lucem aspexerint.

g) Tales termini sunt v.g. Artheus Helmontii, motus tonicus D. Stahlîi &c.

h) Adde etiam ideo, quia non justam ideam sibi quis formare poterit

rum. i)

20. Sed cavenda tamen est etiam studioso juris, nimium subtilis atque curiosa recentiorum anatomicarum rerum indagatio, utpote quæ ne quidem medicinæ studioso utilis & proficua est. k) An autem ullum aliquem & genuinum usum eadem præstet in studio sapientiæ, hic non disquiro, quamvis valde de jactato a multis usu dubitem. l)

21. II. JUDICA, de autoribus lectis, utrum fundamenta solidæ doctrinæ, quam inculcant, posuerint, utrum
ina-

terit de operatione naturæ in conservanda sanitate & de motibus morbidis, sine cognitione aliqua haud superficialia de situ & sine partium internarum corporis.

i) Quatenus hic monstrantur ipsæ partes, quantum fieri potest, omnes ac singulæ; non quatenus una saltem aut altera pars ad demonstrationem forte novæ hypotheseos profundius examinatur. Ea enim cura propria magis est studiosis medicinz.

k) Vid. Dn. Stahlius *Theor. med. p. 67. seq.* ubi rem exemplo de curiosa anatomicorum inquisitione in intimam structuram musculorum declarat.

l) Nam jam superius *cap. 1. n. 44.* offensum fuit, & ex principiis evidentibus demonstratum, cognitionem omnem nimis subtilem inuti-

lem esse. Quod vero contra afferri solet, & tales indagaciones anatomicas subtiles, etsi earum utilitas nondum satis clare appareat esse tamen aptas, ut inde aliquando utilitas demonstrari possit, ad id respondendum, quando illa utilitas fuerit demonstrata. Nam quod principii loco hic supponitur, quasi nulla veritas pulchra & late fusa, contemni debeat, id principium falsum esse, supra jam fuit ostensum *d. c. 1. n. 5. seq.* Interim maneat suum cuique pulchrum. Per nos licebit. Non metuimus tamen admonitionem, quasi humanum ingenium & juvenum imprimis, hoc præsertim tempore, plus satis a labore alienum, proclive sit ad libidinem, ut vix necesse sit, doctores nos ignorantia fieri, monereque eos, ne nimis boni anatomici

inania, & quæ repugnant cautelis hætenus in præcedentibus capitibus m) & potissimum, ubi de studio physico actum fuit, n) inculcatis. Ergo operam dabis, ne decipiaris a medicis, qui physicæ corpusculari superstruxerunt doctrinam medicam, quatenus illa doctrina ex principiis istius physicæ fuit derivata. o)

22. Cave tamen, ne propterea omnia abjicias, quæ & ab his observata sunt, quatenus evidentia sensuali nituntur, aut ex communi ac certo veritatis principio, non ex domesticis ac erroneis fuere deducta. p)

23. Porro quamcunque hypothefin physicam sup-
posu-

mici fiant. Nam 1) nescio in quo majus lateat vitium studiosorum, sive alieni sint a labore & otio illaudabili dent operam, sive laboriosissimi sint in studiis inanibus & inutilibus, nil nisi vanam ambitionem & dictatoriam quasi eruditionem patientibus. 2) Nequaquam vero Dd, qui dehortantur studiosos a studiis inanibus, calumniam merebuntur, quasi sint doctores ignorantie vitiosæ. Nam ignorantia rerum inutilium utique sapientia est, certe ad sapientiam pertinet. 3) Anatomici nimis boni, ni fallor, ad classem pravorum anatomicorum pertinent, sapiens contentus est bonis anatomicis, & nimis bonorum æstimationem iis relinquit, qui nimis sibi placent.

m) Etiam, quæ in specie de stu-

dio physico non agunt. Exemplum pete ex nota proxime præcedente.

n) *Supra cap. 13.*

o) Quia enim *d. c. 13.* ostensum fuit, principia illa supponere assertiones evidenter falsas & sibi subinde contradicentes, non potest non etiam fieri, quin principia sæpe sint ejus indolis, cujus sunt ipsa principia, i. e. æque sensibilibus falsa, vaga & contradicentia sibi. Jam olim specimen ejus rei dedimus peculiari scripto.

p) Vide modo dicta *lit. d.* Hic enim valet illud: Sæpe etiam est olitor &c. Quare multa fatemur nos debere lectioni Medicinæ corporis, etsi ejus illustris autor alias philosophiam Cartesianam aut certe corpuscularem fuerit professus.

posuerit scriptor, etiamsi alias philosophiæ aut physiciæ spirituali vel animali (ab anima sic dictæ) operam navaverit egregiam, cavebis tamen, ne rebus obscuris diu inhæreas, & in iis te torqueas, sed has tuto sepones, q) ea vero, quæ evidenter falsa sunt, fluctuantia & incerta, aut quæ ex nimio rerum inventarum ac amatarum affectu scripta sunt, ut talia adnotabis, ac si opus erit, rejicies. r)

24. Quod

sus. Nam pleræque observationes istius medicinæ corporis rationi & sensui communi ac experientię rationabili sunt subnixæ.

q) Etiam si obscuritas sit subje-ctiva. Nam quæ non intelligis, etiamsi eadem forte aliis sint clara ac perspicua, de illis certe tute nihil sani & cohærentis efformare poteris. Ergo vix hic provocabimus ad Verulamii *historiam vitæ & mortis*, sed potius ad eam licebit applicare dictum, ni fallor, Socratis, qui cum ab eo peteretur, quid judicaret de scripto, nescio, cujus autoris, respondit, se credere bona esse, etiam, quæ non intellexerit, nam ea, quæ intelligere potuerat, bona fuisse. Similiter non allegabimus Helmontii *observationes circa hominem ejusque morbos*, etsi principium agens immateriale in meditationibus suis supponat, quia fatemur, quod pau-

ca in eo scripta intellexerimus, utrum nostro an scribentis vitio, jam non disquirimus.

r) Sic Bontokoe, qui alias multas egregie bonas observationes habet ad conservandam sanitatem pertinentes, tamen 1) valde fluctuat & parum convenienter ratiocinatur circa quæstionem, an primus motus proveniat a nervis an a venis. *Part. 1. §. 53. p. 99. seq.* 2) Falso asserit *Part. 1. §. 72. p. 131.* quod non omnis motus animalis causa in homine sit anima humana, sed quod sæpius motu mechanico objectorum externorum antecedenter ad voluntatem & intellectum moveantur nervi. Nam confundit rationem & ratiocinationem. *Conf. supra dicta l. p. ad n. 10.* Ita 3) falsum est, quod tradit idem *P. 2. §. 68. p. 257.* hominem non posse nimis somno indulgere, sed potius cavendum esse a vigiliis, quod

24. Quod si vero inveneris Autorem, principiis sanæ philosophiæ subnixum, ei legendo præ reliquis dabis operam, & ut ex ejus traditis plurimum proficias, quantum ad scopum præsentis capituli pertinet, studebis, s)

25. Jam

quod repetit *P. 3. S. 12. p. 318 sequ.* atqui illa assertio non cohæret cum traditis in posteriore loco, quod scilicet monitum de danda somno opera, quantum volueris, tum de raum verum sit, si somnus sit bonus, nec morbosi quid contineat. Sic 4. falsum est, quod dicit *P. 3. S. 8. p. 308. seq.* cibum & potum nequaquam nocere quantitate, sed sola qualitate, & sibi contradicit statim *p. 310.* dum statuit, pravo cibos non nocere, si in parva dosi assumeris. *Conf. eund. p. 323 & 353.* Ita 5) absolute verum non est, dum dicit *P. 3. S. 9. 10.* homines non esse creatos ad saltandum, venandum, equitandum. Et majorem stricturam merentur ea, quæ sequuntur: neque hominem creatum esse ad laborandum, arandum, fodiendum, laborem enim esse peccatum peccati, & nocere sanitati: divites, qui nullo labore corporis indigeant, esse in statu Adami ante lapsum &c. Denique 6) nimii affectus erga tabacum indicia de-

(Whomasi Causelar. Pars I.)

prehendes *P. 3. S. 42. 43.* in nimia commendatione tabaci, quam vix absque risu legere possis. Acque nimia est commendatio potus herbaræ Thee *d. P. 3. S. 51. usque ad S. 66.*

s) Ita valde gaudeo, me talem scriptorem invenisse in experientissimo Stahllo, cum ejus doctrina cum cautelis huc usque traditis maximopere conveniat. Forte in eo dissensus erit, quod principium agens spirituale ego supponam etiam in corporibus, quæ communiter inanimata dicuntur. Sic enim deprehendo, eum alicubi scripsisse: *quod in sterili illa disceptatione, quo discretivo nomine vis motrix & activa res a materia mota & passiva appellanda veniat, certe simplicissimam omnium viam insiterit, qui, ceu usitata rerum immaterialium, & tamen activarum appellatione, spiritus nominaverit, & in hoc quidem minus dixerit (& tamen verum) quam ipse voluerit. In eo vero (cum reliquis) plus, quam*

Pp

de-

25. Jam III. EXPERIRE & quidem initio theoretice, utrum ex lectione & adjudicatione scriptorum medicorum tantum profeceris, ut ex illis breves & per-

debuert, quod talem spiritum non solum omnibus, sed & singulis quibuscunque materiatis rebus assignet. Alii vero frustra de nomine contradicant, cum realem descriptionem amplectantur, nempe, quod illud movens a materia distinctum sit aliquid activum &c. Adde ea, quæ alibi differit in observ. de differentia mixti, texti, aggregati, individui §. 9. 23. 25. & in observ. de divisionis & diffisionis differentia §. 11. 25. seq. Momentum hujus controversiæ in eo videtur consistere, partim an metalla & lapides at media mineralia sub terra crescant per appositionem partium ab extra, an per expansionem ab intra; partim an principium agens immateriale possit agere in materiam immediate, an vero semper ei opus sit ad agendum intermedia alia materia. Quod primam quæstionem attinet, fateor me non habere sufficientem experientiam, ut possim expansionem illam metallorum &c. ab intra probare, nondum tamen legi argumenta satis firmiter probantia communiter assertam augmen-

tationem harum rerum per appositionem ab extra. Quoad secundam quæstionem, video quidem, virum experientissimum asserere, motum, quem ipse habet pro ente immateriali, in diffisionem mixti semper agere mediante alia materia. Sed si de ea re differendum foret ulterius, ante omnia convenire deberemus in conceptu materiæ generali, & an ipse materiam in genere habeat pro ente pure passivo, ut quidem videtur, cum principium agens in genere, quantum quidem ex ejus lectione percipere potui, ubique habeat pro ente immateriali. Nam hoc supposito, non potui non unitationem cujusque vel minimi corporis mixti adscribere principio agenti, & quidem ut probabile est, ab intra. Nec obstarent mihi ipsa individua, seu atomi. Hæc enim una quidem sunt, sed non unita; aut forte accuratius, unitates sunt, monades, ut etiam vocari solent, non unita. Et has unitates secundum mea principia non haberem pro materialibus, sed pro immaterialibus, ex qua-

spicuas sanitatem conservandi & morbos avertendi regulas possis proponere. Præibo & hic exemplo.

26. Ante omnia serio meditaberis, sanam philosophiam esse præparationem ad mortem, t) adeoque mortem non esse timendam sapienti tanquam omnium terribilium terribilissimum, u) sed expectandam quiete

quarum compositione orirentur mixta illa seu minima corpuscula. Video quidem premi hanc meam assertionem ab illa quæstione, quomodo possibile sit, ut ex immaterialibus rebus fierent materialia. Sed hic responderem, id fieri, vel concipiendum esse fieri, eodem modo, quomodo scriptura dicat, ex invisibilibus facta esse visibilia. Et quamvis modum nesciam, dixi tamen jam supra, omnes physicas hypothesas adjunctas habere plurimas difficultates, adeoque non dari scientiam physicam: atque omnium a me dissentientium hypothesas premere difficultates æque graves, aut, ut ego mihi persuadeo, adhuc graviores. Sed quicquid hujus sit, iste dissensus inter nos, quantuscunque, aut quantumcunque etiam sit, non pertinet ad caput præsens, ubi agitur de natura corporis animalis, qua doctrina, ut spero, consentimus.

t) Ipsi Philosophi gentiles Pythagoras & Plato ex sola ratione agnoverunt, philosophiam esse meditationem mortis. Plato in *Phædone*, Seneca, *de brevitate vite* c. 7. *Epist.* 26. Apulejus *de Philosophia*. Plutarchus *de placitis philos. ab initio*. Hieronymus *adversus Rufinum*. Lipsius *manud. ad philos. Stoic. lib. 1. diff. 2.*

u) Indicium est, Aristotelem fuisse hominem maxime delicatum & timidum, (grand poltron) quod pene solus inter philosophos docuerit, mortem esse terribilium terribilissimum. Cum tamen non solum assertum hoc quotidianæ experientiæ repugnet, testanti, quod plurimi homines, etiam stulti, & audaces, mortem revera contemnant, sed & rectæ rationi per statim dicenda. Adde, quod plurima mala, etiam hujus vitæ sint maxime terribilia, & magis terribilia morte. Nostra hæc philosophia fundatur in scriptura sacra. Huc enim

Pp 2

enim

quiete x) tanquam rem magis bonam y) quam malam;

enim pertinent dicta Hiobi III. 21. seq. VII. 15. Jerem. VIII. 3. Syr. XXX. 17. XL. 1. seq. Possem etiam provocare ad exemplum Agagi mortem contemnentis. I. Sam. XV. 32. sed malo ab eo abstinere, quia hic locus est dubiæ interpretationis. Non quod placeat quorundam non infrequens expositio, quasi simulatus fuerit hic contemtus non verus: Hæc enim expositio repugnat versioni Lutheri. Sed quod LXX. interpretes plane aliter describant statum Agagi, cum videlicet tremebundum accessisse ad Samuelem: alii vero textum ebraicum exposuerint, quod Agagus delicatis gressibus ad Samuelem venerit, sibi videlicet falso persuadens, quod periculum mortis recesserit. Vid. Cleric. ad h. l. Quod autem philosophia illa Aristotelica de morte omnium entium terribilissimo ita placuerit theologis scholasticis, non mirandum. Nam valde inserviit hæc hypothesis eorum intentioni, persuadendi divitibus, ne audeant inori absque præsentia Cleri hæredipetæ, cum alias multa legata ad pias causas interiissent. Dico divi-

tibus, nam pauperibus tuto permiserunt dogma veræ philosophiæ, mortem ita grave malum non esse, quia hi videlicet non haberent, quod Clero pontificio darent. Ergo & hoc dogma Aristotelicum, quatenus adhuc regnat in academiis quibusdam protestantium, pertinet ad reliquias Papatus. Sapienti enim nequaquam esse timendam mortem, etiam ut præceptum morale, inculcat Salomo Ecclef. VII. 2. & Syracides XI. 14. & omnino XXI. 5. Imo timorem mortis gravius malum esse ipsa morte, exempla eorum probant, quibus præ mortis timore in una nocte capilli canescentes evaserunt. Imo ipsa tristitia ex ejusmodi metu oriunda tantum abest, ut sanitatem conservet, ut potius mortem acceleret, ex ratione generali, quod tristitia omnis mortem promoveat, quæ doctrina rectæ rationis iterum convenit cum doctrina scripturæ. Syracides XXXVIII. 19. 20. 21. Confer. II. Cor. VII. 10.

x) Ergo duo extrema vitanda: ne mortem ex impatientia appetamus aut acceleremus, & ne timore frustraneo aut cura intempesti-

lam, z) interim DEO rationem esse reddendam de mortis spontanea acceleratione, a) aut neglecta cura sanitatis b) & vitæ.

27. Cum vero mors & morbi accidant hominibus vel præter consuetum naturæ ordinem, ita ut præcaveri nequeant, vel secundum naturæ ordinem ex causis providentiæ humanæ & præcautioni ac arbitrio suo modo subjectis, patet, quod primum genus c) huc non pertineat, sed ibi unica regula sit notanda; Fiat voluntas DEI, ipse faciet.

28. Ordinaria vero morborum causa provenit vel ab ipsa anima, vel a rebus extrinsecis varie sanitatem corporis alterantibus, quatenus earum usus hominis ele-

va eam effugere, aut præter & contra ordinem naturæ eam dif-ferre intendamus.

y) Quatenus videlicet mors est finis vitæ. At vita tota bonum est, ergo & finis ejus. Item, quia est finis vanitatum hujus vitæ ac stultitiæ, cum qua semper sapienti luctandum est usque ad mortem.

z) Huc pertinet *liber 1. Tuscul. quæst.* Ciceronis, & plura Senecæ loca, quæ *in indice* quæres sub voce *mors*. Quanquam hæc omnia cum judicio sint legendæ, cum multas jaçtabundas magis, quam sinceræ doctrinas immiscere soleant Stoici, & jaçtator maximus,

contra in minima etiam fortuna sinistra, muliere timidior, Cicero. Interim nec illud absolute verum, senectutem in se morbum esse, nam & hic multa, si cum judicio seligantur, suppeditabit Cicero, *de senectute*.

a) Unde maxime taxandi Stoici, dum Catonis avtochiriam defendunt, nec defendunt tantum, sed & laudant ac prædicant.

b) Est enim sanitas & vita inter bona Dei maxima. Syrac. XXX. 15. 16.

c) Ut venena, mortes subitæ, violentæ, quas nulla cura humana prævidere poterat, &c.

electioni & arbitrio subest, ut sunt aër, cibus & potus, motus & quies, somnus & vigiliæ &c.

29. Quod ipsam animam attinet, etsi supra d) dixerimus, ipsam animam esse vitam hominis, eamque functionibus suis vitalibus morbis resistere adeoque medicum debere esse naturæ, i. e. animæ ministrum, ut ita videatur parum conveniens esse huic doctrinæ, si jam velimus ipsam animam facere causam morborum; nihil tamen verius esse hoc asserto, docet experientia quotidiana.

30. Scilicet ipsa hominis anima in studio medico considerari potest, vel ut est etiam post lapsum suo modo sana, id est, dictamen rectæ rationis observans, eique obsequens, vel ut ipsa anima ægrotat, id est, passionibus & affectibus est obnoxia. In prima consideratione morbis corporis resistit, in secunda morbos accelerat.

31. Cum vero homines natura ad stultitiam & affectus sint valde proni, & vero evidens sit, per istos affectus homines impelli, ut rebus extrinsecis, quas diximus, pessime utantur, & hoc intuitu cogitationibus suis & intellectu ratiocinante pejus utantur, quam bestię sua anima sensitiva ratiocinatione omni destituta; e) evidens

d) supra §. 10. & 13.

e) Huc pertinet Rorarii tractatus: *quod bestia melius utantur ratione, quam homo*. Et notum etiam est, Stoicos bestiis tribuisse intellectum, adeoque juris naturæ capacia bruta statuisse. *pr. Inst. de J. N. G. & C.* Etsi enim nihil frę-

quentius in Stoicorum scriptis occurrat: quam quod ratio sit hominis proprium bonum. Senec. *epist.* 76. p. m. 447. Lips. *manud. ad philos. Stoic. lib. 3. dissert. 3. tom. 4. oper. p. m. 970.* Nullum tamen est dubium, quin Stoici intellexerint rationem per cogitationes

evidens etiam est, quod bestię rarius ægrotent, quam homo, f) & quod adeo bestię non opus habeant studio medico, ut homines, etiam sapientes.

32. Simul vero apparet, quod frustra medico studio operam daturus sit studiosus sapientię, si sanitatem corporis quęrat absque cura animi, & quod dimidium cępti obtinuerit, si incipiat a cura affectuum humanorum seu morborum animi.

33. Et tanto quidem magis hac meditatione erit opus, quanto evidentior est illa observatio, quod pręcepta omnia secundę classis circa res externas frustra futura sint, quamdiu homo est servus affectuum, cum hoc pacto incapax plane sit, ut illa pręcepta possit in praxin deducere.

34. Quare, etsi hinc inde prostant g) scripta & consilia medica de dięta hominis sani, id est, de usu cibi, potus, aëris, somni, vigiliarum &c. caute tamen & hic se geret studiosus sapientię, partim, quod talia scripta plerumque

ones ratiocinantem, & intellectum theoreticum. At intellectum practicum etiam bestiis tribuerunt, videlicet absque ratiocinatione, connatum videlicet animalibus & insitum. vid. omnino Seneca *epist.* 121. p. m. 671. *conf.* supra §. 10.

f) Adde eruditiss. disputationem Dn. Stahlī *de frequentia morborum in corpore humano prębrutis*, in primis *ib.* 48. *sequ.* ubi latius demonstrat, quod ratio ho-

minis corrupta & affectibus obnoxia plerorumque morborum causa sit. *conf.* quę differit Helmontius *de homine & morbis ejus* §. 92. ubi docet, vitam esse unicam morborum causam.

g) Quamvis & hæc sint valde rara, quia jam supra notatum fuit §. 6. & 7. quod communiter medici magis sint solliciti de expulsionem morborum, quam de conservanda sanitate.

h) Pote-

que negligent inculcationem præcepti primarii de curandis affectibus, h) partim quod scriptores ejusmodi consiliorum magis indulserint hic cupiditatibus propriis, quam ut ex genuinis & evidentibus fundamentis observationes suas deduxerint. i)

35. Cæterum cum affectus & passiones animi non in se mali sint, sed moderata lætitia, tristitia, amor, odium, cupiditas delectationum sensualium, laudis & bonorum fortunæ, homini ad consequendam virtutem & ejiciendam stultitiam a creatore sint concessæ, idem etiam erit dicendum de earum usu ad conservandam sanitatem corporis.

36. Nam sine lætitia si homo foret, & in perpetua tristitia versaretur, partim sanitas non esset bonum, de-

h) Poterat quidem ille defectus aliquo modo excusari, quod medici noluerint committere *μετάβασις eis άλλο γένος* & quod inculcatio hujus præcepti ethicæ propria sit. Sed non debet tamen plane omitti mentio hujus doctrinæ fundamentalis, & medicina aut illa consultatio de diætâ hominis sani suscipi, tanquam materia a studio emendandorum morum plane diversa, & quæ nihil commune cum ethica habeat.

i) Jam superius alicubi de casuum conscientia scriptoribus monui, quod raro plus profint, quam ut quis inde desideria & in-

clinationes ac effectus ipsorum scriptorum cognoscere possit. Idem fere de scriptis diætâ concernentibus judicandum. Esti non ubique profint ad imitandum, profint tamen ad cognoscendum, qua diætâ usi fuerint consulentes. Ita v. gr. jam supra §. 23. lit. v. notavimus D. Bontekoe nimis commendare usum tabaci & potus de herba Thee, quia videlicet ipsi hæc diætâ valde placebat. Ita illustri autor medicinæ corporis non dissimulat, quod ipse in observationibus ibi propositis diætâ, quâ ipse usus sit, describat. Dicendum etiam hic de excellentissimi

destituta videlicet lætitia cordis ad bona maxima pertinente, k) partim morbi & mors accelerarentur. l) Sed sine tristitia omni, quatenus ea dolorem & sensum rei adversæ denotat, vel supponit, item sensum stultitiæ, homo non moveretur ad repellendam rem sanitati adversam, aut non impelleretur ad emendandam stultitiam. m)

37. Ita amor rerum sanitatem conservantium, odium rerum morbos accelerantium, si utrobique moderatum sit, sanitatem non impedire, sed promovere vel ex terminis constat. Imo nemo negat, delectationem moderatam ex cibo, potu, re venerea, lusu, varietate objectorum sensibilium, (divertissement) item ex laude aliisque honoris signis, possessione ac proprietate bonorum ortam, prodesse sanitati corporis, cum evidens sit, tristitiam ob carentiam harum rerum, paululum diuturnam, aut firmiter radicatam morbum & mortem accelerare. n)

38. Sed quoniam tamen etiam dantur gaudia stulta, ratione objectorum, aut etiam immoderata, mortem subitanam mox accelerantia, inde patet, commendandam quidem homini intuitu conservandæ sanitatis esse lætitiã præ tristitia, quatenus hæc posterior, cum metu aut desperatione conjuncta est, sed non simpliciter

tissimi Hoffmanni tractatu de dicitur studioforum.

k) Unde conjungitur a Syracide cum sanitate corporis lætitiã cordis. cap. 30. vers. 15.

l) Vide jam dicta ad §. 26. lit.

u. in fine.

m) Confer iterum 2. Cor. VII.

10.

n) Per modo dicta lit. l. confer, 2. Sam. c. 13. v. 4.

(Thomasi Cautelar. Pars I.)

Qq

o) Adde

ter esse commendandum gaudium quodcumque, nec simpliciter esse rejiciendam tristitiam quamcunque. o)

39. Interim cavenda est studioso sapientiæ etiam intuitu sanitatis corporeæ philosophia monachica de tristitia, timiditate & metu continuo, ac de fugienda lætitia in hoc mundo. p)

40. Interim præceptum generale de moderandis affectibus intelligendum est de iis, qui sua natura indifferentes sunt. Reliqui, quorum nomen vitium jam involvit, plane fugiendi, ut gula, libido, avaritia, ambitio, invidia, ira.

41. Neque obstat dictis, quod jam a præstantissimis medicis observatum fuerit, iram exfatiatam non nocuisse sanitati corporis, nocuisse saltem suppressam & impeditam. q) Nam præterquam, quod damna alia sint subitanea, alia tardius evenientia; nemo tamen dixit, iram prodesse sanitati; quatenus videlicet ira sumitur pro cupiditate vindictæ, r) non quatenus fumitur pro indignatione moderata ob malum præsens, impellens hominem ad id repellendum. s)

42. Post præceptum generale de moderandis affectibus sequitur specialis cautela de observando a quolibet homine temperamento t) proprio, partim, ut non aber-

o) Adde Bontekoe *d. l. §. 70. pag. 261. sequ.* conf. Helmont. *de homine ejusque morbis §. 92.* *nibus animi corpus humanum varie alterantibus.*

p) Et tantum abest, ut hæc doctrina nitatur in dicto 2. *Cor. VII. v. 10.* ut potius eidem repugnet.

q) Dn. Stahl. *dissert. de passio-*

r) Ut in loco modo citato.

s) Tunc enim coincidit cum tristitia, de qua actum n. 36.

t) Litem medicorum & physicorum de temperamentis homi-

aberret in emendatione affectuum, u) partim ut cognoscat, quos morbos præ reliquis cavendos aut metuendos habeat, si passionibus suis succumbat. x)

43. Cum

nis, eorum numero & explicatione non facio meam. Interim multa placent huc pertinentia in Dn. Stahl's *Physiologia capite de temperamentis pag. 299. seqq.* Adde ejusdem dissertationes *de temperamentis, de passionibus animi corpus humanum varie alterantibus, de sanguinis temperie.* Nos putamus difficultati hujus dogmatis physici valde succurri posse ex doctrina ethica de tribus passionibus dominantibus. Nam voluptati natura dediti, sunt sanguinei, ambitiosi cholericis, avari melancholici. Phlegmaticum, quod vulgo dicitur, temperamentum, mihi videtur esse temperamentum sanguineum jam corruptum. Et in hac meditatione me valde confirmant, quæ in *ad. 11.* de temperamento sanguineo ejusque differentia a phlegmatico item de morbis temperamenti sanguinei & phlegmatici, subinde scripta legi.

u) Nam in meditationibus ethicis & alibi sæpius jam notatus fuit error communis duplex, vel quod homines regulariter oppu-

gnent & exstirpare studeant passionem infamam, non vitiosam, vel quod communiter oppugnent omnes voluptatem, venia data ambitioni & avaritiæ, quamvis stultissimæ, tanquam affectibus plane sanctis & piis.

x) Ita Dn. Stahlus docuit in *dissertationibus modo lit. t. citatis* Temperamentam sanguineum inclinare ad nimiam sanguinis copiam seu plethoram, ad apostemata, scabiem, inflammationes, dolores capitis in juventute, in ætate vero inclinante ad dolores circa lumbos, coxas, item ad arthritidem, calculum, malum ischiadicum, podagram, paralyfin, &c. Temperamentum phlegmaticum, imprimis sanguineo-phlegmaticum ad nimiam pinguedinem, catarros, scabiem faciei, aurium, faucium, tussin, vomitum, diarrhoeam, flatulentiam &c. Sanguineo-cholericos febribus valde esse subjectos. Cholericos inclinare ad hæmorrhagias, hæmoptisin, pleuritidem, peripneumoniam. Melancholicos ad malum hypochondria-

43. Cum vero secundum meam hypothefin in doctrina morali mixtura trium passionum dominantium, secundum varios gradus pene sit infinita, & adeo etiam temperamentorum corporis genera infinita sint, y) ac præterea ab experientissimis medicis observatum sit, intuitu singulorum individuorum morbos esse rariores, z) attentione saltem quadam, neque tamen valde subtili aut speculativa, sed saltem sensuali opus erit, ut quilibet observet, ad quos morbos ipse intuitu temperamenti individualis potissimum inclinet. a))

44. Ve-

driacum, passiones hæmorrhoidum internas, colicam spasmodicam convulsivos motus, palpitationem cordis, indurationem lienis &c.

y) Et si illa ad conceptus genericos non adeo multos revocari queant. Ita secundum tradita *lit. t. ad th. 42.* & quæ postea dicta sunt, statuo 1) temperamentum sanguineum, 2) cholericum, 3) melancholicum, 4) sanguineo-cholericum, 5) cholericum-sanguineum, 6) cholericum-melancholicum, 7) melancholico-cholericum, 8) melancholico-sanguineum, 9) sanguineo-melancholicum, 10) sanguineo-cholericum-melancholicum, 11) sanguineo-melancholico-cholericum, 12) cholericum-sanguineo-melancholicum, 13) cholericum-melancholico-

sanguineum. 14) melancholico-sanguineo-cholericum. 15) melancholico-cholericum-sanguineum. Horum tamen singulorum generum plurimæ erunt subspecies;

z) Videatur omnino dissertatio Dn. Stahlii de *infrequentia morborum personali.*

a) Ita quod me attinet, qui a prima ætate tenerioris constitutionis fui, observavi, me in juventute post neglectam per aliquod tempus dietam in cibo & potu, feбри tertiana laborasse, ac valde inclinasse ad nimiam pinguedinem; item ad malum ischiadicum. Postea emendata diætâ, per DEI gratiam morbis his, & omnibus caruisse, nisi quod subinde raucedine vocis per aliquot annos, certis

44. Venio ad diætam intuitu causarum exterharum variis modis corpus afficientium. b) Ubi initio in genere notandum, cavendam esse diætam nimis sollicitam, c) sed potius operam dandam esse, ut quis adsuefiat d) esui ac potui variarum rerum, istam vero nimium timidiam, delicatam ac scrupulosam circa has res electionem canè pejus ac angue esse fugiendam. e) Idem etiam

tis anni temporibus laboraverim & fere singulis annis gravedinem, sed leviter me afficientem sentiam, item podagram, sed vix podagræ nomine dignam, & facile evitandam, si modo pedes muniam ab externo frigore & c. et si, quantum ego quidem, diligenti examine temperamenti mei corporis instituto, colligere potui, temperamento præditus sim sanguineo-cholericus.

b) Vide supra §. 28.

c) Latius id probarunt D. Stahl. *Physiol. p. 431. sequ. & Tom. VI. Obs. Hallens. 38.* Verulamius *Historia vita & mortis p. 519. n. 46. & p. 523. sequ. versic. Primò nos in hac sententia Sc.* Autor *medicina corporis Part. I. reg. 1.*

d) Consuetudinis quidem magna vis est, etiam intuitu rerum ad sanitatem pertinentium. Dn. Stahl. *Physiol. p. 432. & p. 451. sequ. & peculiari dissertatione de*

consuetudinis efficacia.

e) Nam duæ sunt rationes præcipuæ ab allegatis Dd. jam annotatæ: 1) quod homines, qui sollicitæ nimis diætæ adsueti sunt, dum vel modico excessu ab eadem recedunt, summis vitæ periculis subjiciantur. 2) quod diætam sollicitam & monasticam, vel potius eremiticam, non admittat ratio civilis & officiorum civilium, cum tamen, ut bene dicit Verulamius, sapienti officia vitæ sint existimanda ipsa vitæ potiora. Nec credo, diætam talem nimis sollicitam, qualis fuisse dicitur Itali cujusdam nomine Cornari per adimensionem cibi & potus secundum certum pondus, unquam peculiaris longævitas effectus præstitisse. Nam quod relationem illam de Cornaro attinet, non ita pridem iterum in scenam productam, quasi ille hac diætâ ultra aut prope trecentos annos vixisset, eam inter

Q9. 3

fabu-

etiam ad reliquas res externas, aërem, vigiliam & somnum, motum &c. erit applicandum.

45. Etsi vero consuetudinis magna vis sit, etiam intuitu rerum, quæ ab omnibus hominibus communiter & non sine ratione pro maxime nocivis habentur, qualis est mutatio subitanea contrariorum, f) nullum tamen est dubium, quin illa consuetudo sit omnium maxime proficua, si evitetur nimia varietas tam ratione multiplicium objectorum, g) quam ratione rerum contra-

fabulas refero, idque eo magis, cum jam ejus rei mentionem factam esse legam a Verulamio *d l. pag. 515. 519. 524. 531.* ubi tamen loco trecentorum annorum dicitur saltem annos centum superasse.

f) *Autor medicina corporis Part. 1. reg. 4.* Huc pertinent nostri salis coctores, qui etiam tempore maximi frigoris intensum calorem loci, ubi sal conficitur, cum intenso frigore quotidie sapius commutant, & tamen cum longævitate, quod harum mutationum non aduetus vix ter aut quater absque presentissimo periculo apoplexiæ facere posset.

g) v. gr. in cibo & potu. Sententia Bontekocana *supra notata ad lb. 23. lit. r. n. 4.* (quasi cibis & potus non noceat quantitate, sed qualitate) paululum immutata

nullum dubium relinquet. Quod videlicet qualitas sapissime in causa sit, ut plus peccetur in quantitate. Ita quilibet deprehendet, quod si de uno cibo ad satietatem ederit, postea novis ferculis allatis ex odore & aspectu irritetur de novo appetitus, adeoque natura irritetur ad plus comedendum, quam opus est. Unde dari possunt exempla eorum, qui ad proVectiorem ætatem eamque vegetam & robustam pervenerunt, nullam aliam causam sanitatis reddentes, quam quod ultra duo vel tria fercula eaque valde affinia puta jusculum, carnes, & legumina (*Suppe, Fleisch, Nügemüse,*) uno eodemque tempore vix comederint. At si mores hodiernos conferas cum moribus priorum Seculorum quasi lege publica violatur ista cautela ob nimiam

trariarum. h)

46. Cæterum ut illa diæta nimis sollicita vix apta est

varietatem & multipliciter ferulorum. (De priorum seculorum frugalitate quoad fercula commendo imaginem, quæ extat in Hortledero *lib. 8.* Von Urjachen Des teutschen Krieges *c. 10.* de conventu statuum quorundam & principum ob renovandum fœdus Smalcaldicum: ubi deprehendens tria fercula in mensa cum tenui apparatu aliarum rerum ad cibum pertinentium. — Et si quod potum attinet, eadem imago testetur, strenuæ potationis instrumenta & vasa jam tum in usu fuisse, magnitudine sua hodiernis ruborem excipientia.) Non nocet quidem ista varietas illis, qui natura apti sunt, ut inter plurima fercula pleraque contemnant, & seligant saltem duo, vel tria fercula, de quibus comedant, absque desiderio comedendi de reliquis, adeoque ab horum natura solet lumi prætextus justificandæ hujus consuetudinis, tam varios cibos simul apponendi, ut quilibet eligat, cui dicat, tu mihi places præ reliquis. Sed tamen uti paucissimi hi sunt, vel certe pauciores quam reliqui, quorum

appetitus comedendi nimis excitatur per varietatem illam, ita jam facile concluditur, mores hos plus damni inferre sanitati, quam ut profint.

h) Autor medicinæ mentis *d. reg. 4. Part. 1.* cujus quasi exceptionem videtur docere voluisse in regula præcedente tertia, quod contraria temperent excellum contrariorum, adeoque notat, quod cum fructu ex variis cibis duleia cum acidis, peralsa & insulsa, fervida & frigida alternaverit. Sed quamvis non suadem, ut talis permutatio, ubi non magna varietas ciborum est, nimis sollicitè evitetur, (etsi de mutatione dulcium & acidorum forte plura dicenda sint cum dulcia non ita acidis quam amaris videantur esse opposita) propter notata *§. 44.* quia tamen autor medicinæ corporis in ista regula tertia fere supponit varietatem ciborum secundum mores hodiernos, quam in se jam valde noxiam esse diximus, mallet, istam regulam tertiam ad observationes referre, quæ doceant, quodnam ex duobus malis

minus

est ad vitam civilem, i) contra vero diæta maxime civilis, id est aulica, minime apta est ad naturam & sanitatem, k) ita etiam notandum erit studioso sapientiæ, si DEUS ei concefferit facultates, ut pro lubitu possit vivere, ut studeat, hanc vivendi libertatem in statu medio, & tanquam homo sui juris conservare, l) adeoque evitet diurnam commorationem in statu, in quo minime libertas illa vivendi pro lubitu conservari poterit. m)

47. Ex

minus sit, quam ad regulas vere salutares. Et forte praxis hujus regulæ inter causas est, quod ipse Autor medicinæ corporis non ita longævus fuerit.

i) Qualis est diæta non solum monastica, & illa Cornariana, sed etiam Bontekoeana nimium somno, tabaco & potui herbæ Thee indulgens, & nimia abstinentia, ab acidis, salidis, dulcibus, saccharo, cerevisia, vino diætam sollicitam reddens.

k) Commentarii loco hic esse poterit programma Dn. Stahlii *de morbis aulicis*, adjectum dissertationi de frequentia morborum in homine præ brutis.

l) i. e. ut in arbitrio tuo sit edere & bibere, quid & quantum velis, dormire & vigilare, peregrinari & domi manere, libero & intercepto aëre uti, movere corpus & quiesce-

re, quando tibi libuerit. Per arbitrium vero hic non intelligo istud liberum arbitrium internum voluntatis humanæ, de quo tam multa dicunt & paucissimæ tamen in praxi ostendunt philosophi pariter antiqui & recentiores; sed intelligo arbitrium externum, quod non dependet ab arbitrio plane alieno, uti fieri solet, nec ex natura societatis civilis aliter esse potest in vita aulica. Ast inter tales status medios, quisnam majore libertate edendi, bibendi, dormiendi, vigilandi, peregrinandi, &c. gaudet, quam vita academica, & vita patrumfamilias privata & a curis negotiorum civilium sive aulicorum sive urbicorum & provincialium remota.

m) Quoad hanc assertionem duo notanda, i) Non damnari a me vitam aulicam tanquam insipi-

cno

47. Ex hæcenus dictis fluit, eum, qui nostras cautelas paucas sequitur, non debere esse sollicitum de quaestionibus variis inter medicos disputatis circa regulas spe-

entem, neque etiam cum Epicureis me asserere, virum sapientem non gesturum magistratum: Potest esse sapiens & sanus, qui in aula est & magistratum gerit, & qui non gerit. Sed cum tamen inter sapientes dentur gradus partim perfectionis, partim felicitatis; puta sapientem extra aulam & non magistratum, si non perfectiorem, saltem feliciorum esse. Si adulationibus essem aduetus, dicerem plane contrarium, scilicet aulicos & in regimine quocunque politico constitutos esse omnium perfectissimos, possidere virtutes heroicas, ac eodem modo habere stomachos heroicos, qui concoquere possint res aliis hominibus plane noxias, nobis vero in academiis non licere esse tam beatis & perfectis. Sed malui cordate dicere, quid sentiam, quam adulari intempestive, aut ejusmodi adulationibus ansam dare aliis, ut istas adulationes satyricæ explicent, in primis cum ex alibi dictis appareat, quod in genere de doctrina de rebus & virtutibus heroicis parum magnifice sentiam.

(*Thomasii Cautelar. Pars I.*)

Interim tamen modestia jubet, ut simul profitear, me de veritate hujus theses; cum nemine litigare velle; sed æquo animo auditorum esse, si quis & mihi occinat: suum cuique pulcrum; de gustibus non esse disputandum; &c. Ne tamen quis putet, me non cogitasse de communi instantia, quod dentur aulici longævi, etsi parum temperanter viventes, dicam, quid de ea sentiam: Idem videlicet, quod memini respondisse virum prudentem illi, qui gloriabatur, se etiam ebrium posse negotia tua apte expedire. Credo, inquit, sed credo tamen, te adhuc melius & aptius expediturum, si esses sobrius. Scio & illud, plurimos vel sub prætextu utilitatis publicæ promovendæ, vel sub spe majoris libertatis obtinendæ ambire vitam politicam & aulicam. Sed scio etiam, plurimos prætextu utilitatis publicæ palliare studium utilitatis privatæ, aut etiam vitæ plane luxuriosæ & debachantis; plurimos sub prætextu libertatis obtinendæ & conservandæ quærere imperium in alios; &

R r

tamen

specialiores vivendi, n) & tamen universos obligantes; o) sed omnem cautelam reliquam paucis monitis includi posse. p) Temperanter utendum rebus haud noxiis,

tamen omnes insigniter decipi, qui sub imperio querunt libertatem, quæ est res libertati opposita non solum respectu parentum, sed & ipsius imperantis, cum palpabile sit, eo minorem reddi libertatem tuam, (rationalem videlicet,) quò pluribus imperes, & eo majorem fieri, quo paucioribus. 2) Nolle tunc docere, quasi sanitatis studiosus plane fugere debeat vitam aulicam & politicam, cum dicam salutem, quod non debeat diu ibi commorari. Sapiens omnia, si detur occasio, gustat, & meliora eligit. Ita & Paulus docuit, omnia probanda esse, sed optima retinenda.

n) Quales sunt apud Bontekoe quæstiones de cibo & potu optimo, de tempore edendi & bibendi: an videlicet conducat certo tempore edere & bibere, an potius, quoties quis esuriat vel sitiatur (addendum 3. an antequam quis esuriat. Ita refert Verulamius in *11. sepe citato*, virum valde longævum, quæsitum de longævitatibus causâ respondisse, quod semper ederit, antequam esuriret, & biberit, antequam

sitierit) an conducat semel in die, an bis vel ter edere, quando & quândiu somnio indulgendum, de specialibus cautelis circa aërem, motum &c. conf. *jam. ad n. præced. not. lit. i.*

o) Quod medici communiter tradant regulas vivendi intuitu sanitatis (sive generales sive speciales) omnibus individuis humanis observandas ex errore philosophiæ communis tam antiquæ quam recentioris videtur ortum duxisse, quasi homo sit species infima, & differat homo ab homine ut leo a leone, canis a cane &c. cum tamen sensus communis & ea, quæ *n. 42. seqq.* de diversitate temperamentorum tradidimus, contrarium doceant.

p) Ne quid nimis: unde jam supra notavimus regulas Bontekocanas de nimio usu tabaci, potus herba theæ &c. Sic nec absque limitatione vellem dimittere regulas Autoris medicinæ corporis; abstinendum esse a cibo & potu, ubi quis nauseam sentiat, contra comedenda & bibenda, quæ salivam & ap-

xiii, in noxiis autem cognoscendis multum dandum esse experientia propria. q)

48. IV. EMENDA r) si aberraveris. Ergo cave an-

& appetitum movent. Nam quoad primam regulam, limitationem adde; nisi nausea orta sit ex præjudicio passionis dominantis aut imaginationis nimis delicatæ aut ex præjudicio autoritatis vel deficientis assuefactionis, v. gr. si quis nauseet usum tabaci, ciborum de ranis aut testudinibus præparatorum. Sic memini sæpius homines quosdam sibi persuasisse, ac si nauseam congenitam casei vel butyri haberent, cum tamen fuerit mere imaginaria. Quoad alteram regulam plures limitationes addendæ erunt, quia singula temperamenta quosdam cibos valde appetunt passioni vitiosæ gratos, sed sapitati noxios &c.

q) Ita quicquid alii de usu vini ad sanitatem disputent, ipse tamen ante aliquot annos expertus sum, mihi omnem usum vini fuisse noxium, & sensisse evidenter, quod omne vinum, etiam moderatissime sumtum, quasi in acetum in stomacho fuerit mutatum paulo post ejus assumptionem, cum tamen ipsius ætati in cibis usus mihi nihil no-

cuerit, unde & coactus fui, vinum omne die præcedente haultum postera die per vomitum eumque valde difficilem reddere, ita ut necesse habuerim per annum & ultra solo potu aquæ uti. Postquam vero pillulis Stahlianis usus sum, sensi quidem, potum vini moderatum mihi in provectiore ætate valde prodesse, ac cessare illum vomitum, sed sensi tamen, vinum Rhenanum, etiam optimum, ac vina Italica etiam delicatissima, item Hispanica sanitati meæ esse noxia, etsi maxime sint ad palatum illa omnia, contra vero vina Franconica, Gallica & præ reliquis Ungarica esse meæ naturæ convenientissima. Ita quicquid alii doceant de usu quotidiano jentaculi, prandii, cœnæ &c. jam tamen per viginti annos & ultra expertus sum, optime convenire naturæ meæ, si intra 24. horas continuas semel salutem sive prandeam, sive cœnem &c.

r) Connexionem quare *supra*

n. 16. 17. 21. 25.

R r 2

s) Uti

ante omnia, ne emendes, ubi non fuerit aberratum. **Ca-**
ve medicamentis, quamdiu sanus es. s)

49. Sed emenda tamen in tempore. Hoc est, utere
partim medicamentis præservantibus, sed paucis & a te
probaris. t)

50. Partim vero si sentias signa morbi futuri, cu-
ram non differes, donec radices egerit, & vires acqui-
erit morbus. u)

51. Sed cave tamen, ne signa morborum adesse
putes, quoties natura ipsa præcavet morbis futuris per
secretionem & ejectionem rerum noxiarum, w) etiam-
si hic sentias evidenter motum sanguinis irregularem.

x) Hic

s) Uti enim diæta hominis sani
non convenit homini ægotanti,
ita nec medicamenta homini sano.
Quod si jam nimis assuetus sis illi
abusui, lege quotidie Molierii co-
mædiam, cui titulus: *Le Malade
imaginaire.*

t) Quia videlicet quotidie in-
sensibiliter peccatur adversus re-
gulas hæcenus memoratas. Ita
multum prod. fse mihi expertus
sum usum pillularum Stahlia-
rum ter vel quater in anno. Item
sudorem per moderatum usum
potus herbæ thee excitatum, quo-
ties occasio fert, minimum bis vel
ter in septimana: Item præcautio-
nem continuam contra frigus ex-
ternum maxime intuitu pedum,

ventris & dorsi.

u) Hic enim maxime valet:
principiis obsta, sero medicina pa-
ratur. Uti qui fumum sentit, jam
sollicitus est de igne extinguendo,
nec expectat, donec fumus in flam-
mam eruperit. Flavius Vopiscus
*in Aureliano c. 19. p. m. 573. Se-
ro nimis de Resp. salute consuli-
mus, sero ad fatalia iusta respi-
cimus, more languentium, qui ad
summos medicos, nisi in summa
desperatione non mittunt. Pro-
inde, quasi peritioribus viris ma-
jor facienda sit cura; cum omni-
bus morbis occurri sit melius.*

w) v. gr. per tullim & gravedi-
nem, in primis haud diuturnam
nec adeo gravem.

x) Ut

x) Hic tamen opus erit, ut illo tempore aliquantulum utaris diæta magis sollicita.

52. Interim & in ipsis morbis veris cave medicamenta plurima & fortiora, maxime chymica, sed paucis utere ex consilio medici experti & naturæ ministri, non domini. y)

53. Interim medicum talem honora etiam tempore sanitatis, eoque familiariter utere. z)

CAP.

x) Ut in febribus. Videatur omnino Dn. Stahlus *Pathol. p. 924. seq.* & in dissertationibus *parte tertia passim*, ubi fufius probat, febrem non esse nude morbum, sed actum conservatorium, item plurimas febres sine medico & medicamento salutariter exire. Vide indicem ad dissertationes voce febris. Sic ipse expertus sum, cum in juvenili ætate febre laborarem ob vitam per biennium parum temperanter actam, & medicamentis uterer, tanquam adversus morbum, etsi ea demum post 6. vel 7. septimanas cessaret, maxima tamen me inde & longe graviora incommoda fere per biennium sensisse, ob impeditam naturæ activitatem in secernendis & excernendis rebus noxiis, *Aurelianus Imperator medicum ad se cum agrotaret, nunquam vocavit, sed ipse se inedia precipue curabat.*

Vopiscus *in Aureliano c. 50.*

y) Confer quoad hunc numerum Autorem medicinæ corporis *parte 2. & 3.* Adde supra diæta *n. 15.*

z) Ita usus sum cum magno fructu Lipsiæ experientissimo Christiano Johanne Langio. Ita hic Halæ utor amicissimo Stahlio, salva tamen existimatione omnium medicorum reliquorum. Quod si ea, quæ hactenus diximus velis in summam contrahere, commendo Xenophontem *de memorabilibus Socratis lib. 4. c. 12. circa finem.* Hortabatur Socrates amicos suos, ut de sanitate sua maxime essent solliciti, adeoque ea de re consulerent eruditos, ita tamen, ut simul quilibet eorum atente consideraret quisnam cibus, quis potus, quis motus ipsi salutaris sit, ac quomodo his rebus utendum sit ad conservandam sanitatem.

Rr 3

Nam

Cap. XIX. CAUTELÆ CIRCA STUDIUM THEOLOGICUM.

§. I.

Cautela cautelarum hic erit, ne studiosus juris & sapientiae cautelas circa studium theologicum querens periculum sibi creet odii & persecutionis eorum, quorum interest, ne autoritas sua vel minimum damnum patiatur, aut vulgus cœcæ credulitatis sopore tantum non sepultum excitetur, ac sic, ut ajunt, turbæ fiant in republica.

2. Eadem cautela & mihi erit observanda, ne videlicet ea libertate, qua hactenus usus sum, etiam in cautelis circa studium theologicum, per modum præceptorum tradendis, utens clamores intra & extra rempublicam excitem, quasi falcem mittam in alienam messem, & turbem quietem reipublicæ.

3. Atque hoc modo tribus verbis cautelam hanc unicam efferre possemus. **NOLI ME TANGERE.**

4. Cæterum tamen, cum ex altera parte multa se in contrarium consideranda offerant, a) tribus verbis, prioribus plane oppositis: **PERIBIS, NISI TETIGERIS,** ad cautelas, multa cum cura hic conquirendas, maxi-

Nam si hoc modo quilibet indagaret naturam suam, non meliorem modo eum usurum esse, quam se ipso.

a) Cum non solum scriptura doceat, sed & quotidie a Doctoribus inculcetur, quod quilibet debeat

solicitus esse cum timore de salute sua; & quod quilibet de se ipso & sua religione debeat rationem reddere non tantum DEO sed & hominibus. Item quia quotidie deprehendimus, inter Doctores

rixaq;

maxime adhortantia, tentandum erit & mihi; & qui ex doctrinis meis utilitatem aliquam quærunt, an cautelam invenire possimus; qua mediante herba illa absque periculo tangi possit, quæ absque periculo non potest non tangi. b)

5. Atque id omnium commodissime fieri poterit; si nulla præcepta circa cautelas præscribam auditoribus meis; sed tantum historice referam; quibus cautelis ipse in hoc studio hæctenus sum usus; qua occasione vel causa cautelarum unam post alteram invenerim; iudicio non solum relicto lectoribus quibuscunque; an recte hic me gesserim, sed & implorata decenter opè eorum, quorum interest, me non errare; ut & me & auditores meos placide & cum ratione doceant, ubi & quare aberratum fuerit.

6. Initio cum in tenera juventute audirem præconcionem sive historiam sive fabulam c) in vulgus notam, de fide carbonaria; eamque rem pontificiis maxime vitio verti, atqui prædicari ea propter ecclesiam Luthera-

rixas de vera doctrinâ theologicâ; non tantum cum doctoribus sectæ diversæ, sed & cum doctoribus ejusdem confessionis; ejusdem provincie, ejusdem urbis, ubi, si paulo attentius extra partes positus observare velis sæpè utraq; pars, et si ex imbecillitate humana, non saltem erroribus, sed & affectibus locum præbet, ut adeo palpari possit; quam periculosum sit; si

quis velit soli auctoritati alterutrius partis considerere, & non ipse in veritatem rei controversæ ope luminis vel luminum à divina gratiâ suppeditarum inquirere &c.

b) Ita si quis v. g. urticis sine periculo carere non possit, operam dat, ut manus, superinductis chirothecis, tactu non lædatur.

c) Hic enim valet canon: Exemplorum non requiritur veritas.

d) No,

Lutheranam, quod in ea singuli debeant explicare ea, quæ credunt, ac singuli de veritate eorum certi esse, statim mihi formavi primam cautelam: *sapientis fidem & theologiam non debere esse carbonariam.*

7. Alio tempore cum audirem, nihil stultius esse in papatu, quam quod moniales & alii plebeji in lingua ignota, quam non intelligunt, Deo serviant, aut etiam recitent in eadem articulos fidei vel orationis, eaque in re religionem Lutheranam prædicari feliciorum, & prioris asserti evidentia esset palpabilis, cum talis fides & theologia æque absurda sit, ac theologia carbonaria, formavi mihi secundam cautelam: *Sapientem debere intelligere ea, quæ in theologia credit; nec saltem, ut nudos sine mente sonos, verba nihil significantia ore vel calamo proferre.*

8. Sed cum tamen postea ex philosophia didicissem, & in scholis trivialibus jam audivissem, philosophiam pro objecto habere res naturales, theologiam supranaturales, & cum item genuinam differentiam inter fidem & scientiam, res naturales & supranaturales intellexissem, nata inde mihi fuit cautela tertia; sapientis theologiam ita constare debere ex intelligibilibus, ut de subjecto & prædicato in quolibet homine excitari quidem possit conceptus generalis & confusus, item negativus, ejus tamen vel existentia vel essentia non possit demonstrari a ratione sibi relicta, sed dependeat a revelatione, quæ vero primis rectæ rationis principiis non contradicat. Brevis *theologiam sapientis ita debere intelligi, ut non doceat contradictoria rationi.*

9. Confirmabat me in hac cautela, quod in concionibus nostratium audirem, atque in scriptis eorum legerem, in disputatione contra transubstantiationis dogma.

dogma, sæpius urgeri, cultum nostrum religiosum non debere esse irrationalem; DEUM esse quidem omnipotentem, sed omnipotentiae objectum non esse contradictoria; substantias cognosci ex accidentibus, impossibile esse idem simul esse & non esse; adeoque impossibile esse, ut omnia accidentia panis adsint, & tamen non adsit substantia panis, aut ut panis non sit panis, sed sit mutatus in aliud quid &c. Item quod legerem, Anthropomorphitas pro hæreticis maxime irrationabilibus fuisse habitos, quod oculos & manus proprie dictos attribuerint DEO infinito, adeoque verba revelationis divinæ explicaverint, ut inde sequatur contradictio. Imo ex hac observatione nascebatur mihi cautela quarta: *Dicta scripturæ sacræ non esse exponenda, ut inde sequatur aliquid contradictionem involvens.*

10. Hactenus bene. Confirmabat me ulterius in his cautelis, quod sæpius audirem & legerem, publice doceri a nostris, cum maximo damno & injuria in papatu laicis interdictam esse lectionem SS. literarum, cum tamen sacræ scripturæ sint sola norma credendorum, & præcepta Christi Servatoris non sint difficilia hominibus, corrupta ratione non infectis, & hunc in finem a B. Luthero in gratiam etiam haud eruditorum, & hominum de plebe Biblia sacra esse in idioma vulgatum translata, ut omnes in sacris literis legere & credenda intelligere possent. Sed & inde nascebatur nova cautela adversus papismum: *Dicta scripturæ sacræ sufficere ad theologiæ studium sapiens, eamque præferendam esse omnium hominum quantacunque potestate & eruditione pollentium, etiam papæ, etiam ecclesiæ, doctrinæ, & traditionibus ecclesiasticis; paucis solum scri-*

(*Thomasi Causæ. Pars I.*)

S:

pturam

*pturam rite & non irrationabiliter explicatam esse iudicem
controversiarum theologiarum.*

11. Cum ita satis viderer munitus esse istis cautelis adversus papismum, audiebam etiam multa dici a doctoribus nostris contra Calvinii doctrinam, tanquam ratione nimis abutentem; Videbam commendari scripta nonnulla de comparatione calvinismi cum papismo, arrianismo, turcismo, item de DEO, ut est in titulo, calvinistarum, ubi deducta videram ex illo rationis abusu tot horrenda dogmata, ut horrore pene tremere. Et quamvis cum hac imputatione non optime cohæret imputatio alia, quod in controversia capitali de interpretatione verborum cœnæ, interpretatio Calvinii partim ut nimis rationalis accutaretur, partim ut plane irrationalis, cum vel logica doceret, copulam non recipere tropum; Nondum tamen sentiebam ista, ob nimium horrorem, quem adversus Calvinii doctrinam susceperam; sed notabam tamen interim aliam cautelam: *In studio theologico esse querendos terminos rationis & fidei.*

12. Cautelis istis hætenus ita formatis mittebar in academiam, ubi præter religionem Lutheranam vigebat etiam Reformata, sed utraque suo modo dominans. Hic equidem studio juridico pro more juvenum utcunque incumbens, de studio theologico non adeo multum eram sollicitus, & occasio insuper rara erat, ob varias rationes, audiendi Reformatos dogmata sua explicantes, nisi pro concione, quamvis & in his, ubi audiebam, intelligerem rarissime controversias tractari, sed inculcari potius studium pietatis, aut doceri adversus dogmata papismi. Id tamen evidenter & palpabiliter sentiebam, falsissima esse & putidissima mendacia, quæ
in

in scriptis istis de comparatione Calvinismi & Papismi, de DEO Calvinistarum legeram, adeoque inde mihi nascebatur sequens cautela: *Non omnia vera esse, quæ dicuntur ab orthodoxis, adversus heterodoxos, sed hos ipsos esse audiendos vel legendos.*

13. Redibam tamen in patriam, excepta illa cautela de carentia infallibilitatis, d) orthodoxissimus, & quamvis de moribus Reformatorum ac doctrinis, quæ ipsis per falsas imputationes affinguntur, alia omnia sensu percepissem proprio, in articulis tamen, in quibus revera inter ipsos & Lutheranos dissensus est, eram ita adhuc persuasus, quod vel ratione abuterentur, vel irrationabiliter exponerent scripturas, ut tunc vel impium esse putarem, si quis in eorum favorem verbis noster pater, loco pater noster, in oratione dominica uteretur. Quæ dum cogito, cogito vero sapius, observo simul cautelam in studio theologico valde necessariam, sed tum mihi nondum animadversam: *Non odio prosequendos esse dissentientes in explicatione scripturae, & parum pium esse desiderium, ut DEUS nos impleat odio hæreticorum.*

14. Interim cum in patria studia mea hætenus exulta memoria repeterem, & me ad docendum paullisper præpararem, ac bonos autores legerem, incidebam inter alia in varia loca Lutheri, ubi contra nævos theologiæ & philosophiæ scholasticæ invehitur. e) Cum ergo considerarem controversias, quæ inter Pontificios, Lutheranos & Reformatos tractantur, plerasque
resol-

d) Neque tamen & illa cautela | cum jam lateret in cautela ortho-
alici contaggio erat adscribenda, | doxæ doctrinæ, de qua egi in s. 10.

resolvi in diversas hypotheses philosophiæ scholasticæ, notabam hanc cautelam, *caute tractandam esse philosophiam scholasticam tanquam fontem litigiorum theologorum.* f)

15. Porro legebam, nescio ubi, quod inter theologos scholasticos circa finem seculi 15. Tubingæ docuerit Gabriel Biel, Occami discipulus, qui inter alia dogmata, dum transubstantiationem oppugnat, autor fuerit consubstantiationis, & ejus dogma Luthero, dum adversus Pontificios disputarer, ita placuisse, ut id ulterius explicaret, & sic in Theologiam Lutheranam introduceret. g) Hic dum paulo attentius ea de re cogitarem, sentiebam, hanc doctrinam magno dubio premi; & prope eodem, quo nostrates theologi oppugnant Transubstantiationem pontificiorum. h) Etsi vero dubium istud tollere & ad id respondere non esset in viribus meis, seponebam tamen illud interim, & reservabam
medi-

e) Hæc loca in summam collecta vide in *Der Historie der Weisheit und Thorheit p. 4. seq.*

f) Nondum legeram illo tempore Adami Tribechovii tractatum eruditum *de Doctoribus Scholasticis & corrupta per eos divinorum humanarumque rerum scientia*: qui cautelæ hujus necessitatem evidentius demonstrabit.

g) Jam quidem non recordor, ubi id de Biele & Luthero legerim, nec possum invenire in locis commu-

nibus confirmationem hujus asseriti. Id quidem invenio apud Hospinianum *lib. 4. Hist. Sacram. p. 359.* Occamum præceptorem Bielei illi dogmati valde favisse, & Petrum de Aliaco, Cardinalem Cameracensem, theologum scholasticum similia statuisse, ac postea locus ex Luthero adducitur, ubi hic fatetur, Cardinalis illius doctrinam ipsi occasionem præbuisse, ulterius de ea cogitandi &c.

h) Vide supra dicta §. 9.

i) Me

meditationibus ulterioribus, & interim factem mitius incipiebam sentire de Reformatis, credens, quod forte eodem dubio moti suspectum haberint dogma; quod ortum deberet theologiæ scholasticæ.

16. Dum vero in academia patria doctrinam Pufendorffii de J. N. & G. exponerem studiosis, ac palpabiliter deprehenderem, i) viro de philosophia morum & jure naturæ optime merito a defensoribus ineptentis theologiæ scholasticæ, & theologis quibusdam academicis nostræ ecclesiæ non satisfieri, sed multa adversus ipsum dolo nequaquam bono, & artibus plus quam sophisticis agi ac disputari, non poteram non cautelam aliam tanquam maxime necessariam annotare: *Philosophiam ac theologiam scholasticam etiam in academiis Evangelicis a fermento ineptarum doctrinarum nondum satis esse purgatam.*

17. Interea forte fortuna incidens in Johannis de Hispania theologi Galli opuscula, legebam tractatum de manducatione corporis Christi, qui vel ideo placebat, quod observarem, Autorem abstrahere ab omnibus controversiis theologiæ scholasticæ, & ex antiquitatibus Judaicis institutionem S. cænæ explicare. Cum igitur legerem, salvatorem loco verborum antea usitatorum: *Accipite, edite, hic est panis afflictionis, quem majores nostri in Aegypto comederunt, &c.* substituuisse illa: *Accipite,*

i) Me in examinanda doctrina examinatis de veritate doctrinæ Pufendorffii & defendenda nequaquam præcipitanter egisse, sed docebit latius præfatio apologopedetentim & quasi invitum, ac tica præmissa institutionibus jurisprudentiæ divinæ.

capite, comedite, hoc est corpus meum &c. k) deprehendem ex illa explicatione, controversiam inter nos & Reformatos de sensu verborum cœnæ ita evidenter definiri, ut crederem, si ista historia antiquitatum Judaicarum tempore Lutheri & Zwinglii nota fuisset, litem de sensu verborum cœnæ ortam facillime potuisse componi. Sed quia tamen non constabat, unde antiquitates Judaicæ illæ haustæ essent, & in horis hebraicis Lightfooti l) antiquitates Judaicas quoad ritus paschales paulo aliter adduci, certe formulam illam veterem non iis verbis, uti modo memoratus autor retulerat, relata deprehenderam; cogebar iudicium meum adhuc pauperis suspendere. Notabam tamen interim cautelam; *Studium theologiæ m) genuinum n) non posse carere studio*

an

k) *Tom. I. oper. p. m. 279. Conf. & Hammond not. ad N. Test. in loc. Matth. de institutione cœnæ.*

l) *ad Matth. c. 26. v. 26. p. m. 474. seq.*

m) Historia ecclesiastica est instrumentum commune jurisprudentiæ & theologiæ, adeoque JCI non debent pati, ut doctores aliarum facultatum ipsis auferant libertatem emendandi hoc instrumentum, si ab iis, ad quos primario ea doctrina pertinebat, illud sit corruptum, ut eo non possent uti, *Conf. dicta superius c. 3. n. 26. 27. 28.* In specie pertinet doctrina historiæ ecclesiasticæ ad professio-

nem historiarum in academiis protestantium. Ita ipsemet ante 40. annos memini, me Lipsiæ auditivisse Franckensteinium, historiarum professorem, explicantem publice Sulpitii Severi historiam latinam. Videtur autem historia ecclesiastica referri posse ad historiam philosophicam.

n) Plures cautelæ hic forent annotandæ de studio historiæ ecclesiasticæ, utpote quod pessime corruptum fuit hactenus. Sed quia tamen ea res, quatenus ad JCIos pertinet, commodius tractatur in cautelis circa præcognita jurisprudentiæ ecclesiasticæ, e-

etiam

*antiquitatum ecclesiasticarum, & historia ecclesiastica ea-
que genuina o) utriusque fœderis. p)*

18. Cum

etiam erit differenda. Iterim non diffidendum est, etiam theologorum valde interesse, ut hoc studium cum omni cura & emendatione tractetur in academiis, sed cum tamen hic saltem tradam cautelas, quibus uti debet studiosus juris in studio theologiæ ad salutem propriam, non quibus opus habent studiosi theologiæ, qui in theologia dant operam, ut alios iterum doceant, ideoq; & ob hanc causam speciales cautelæ circa studium historiæ ecclesiasticæ observandæ hic non tractandæ erunt ulterius, sed eo respectu relinquendæ sunt professoribus theologiæ.

o) Cur vocem *genuina* addiderim, patebit jam ex illis, quæ modo de corruptione historiæ ecclesiasticæ notavimus. Corruptitur & adhuc hodie. Singulæ sectæ sive orthodoxæ sive heterodoxæ in historia facta suorum minus laudabilia tacent, aut falsis coloribus depingunt, indifferentia aut utcumque bona extollunt tanquam facta heroica, contra in relatione eorum, quæ ab adversariis acta sunt, non facta ipsi assingunt, aut

facta indifferentia appositione multarum circumstantiarum deformia reddunt, laudabilia vero tacent vel negant. Est hoc vitium commune totius humani generis. Vis exempla. Cape ex novioribus Hospiniani concordiam discordem & Hutteri concordiam concordem; item Maimburgii historiam Lutheranismi & Calvinismi & scripta varia ea occasione adversus Maimburgium edita. Qui genium papismi novit, non miratur, cur per tot secula ante reformationem, historia ecclesiastica non solum sit corrupta, sed &, cur per tot secula a nemine emendata, quia videlicet id non licebat per tyrannidem Cleri papalis, nolentis arcana fundamenta tyrannidis hujus detegi laicis. Id vero mirari licet, cur post reformationem tam tarde in emendatione hujus studii processum fuerit, & cur hodiernum a nostris tanto conatu impediatur hæc emendatio, cum tan. en nostri ministri ecclesiæ sint in eo statu positi, ut potius ope & auxilio laicorum ac politicorum indigeant,

ob

18. Cum vero ista dubia de doctrina reformato-
rum

ob nimis detractum ipsis honorem & alimenta etiam necessaria, quam ut possint prætexere, sua interesse, ut nuditas papatus non plenissime detegatur. Sed quæcunque tandem ea causa sit, factum id tamen hæcenus esse strenuissime, docent tot motus & conatus quamvis frustranei, adversus omnes, qui emendationi hist. eccles. dederunt operam, inprimis adversus Arnoldum. Sed tamen per DEI gratiam fuerunt nubeculæ transeuntes. In duas præcipue classes possunt referri scriptores, qui hic fluctus moverunt in simpulo. Una, eaque maxima latrantium, fulminantium, pugnantium. Horum plurimi nimio credo zelo fatigati, jam ad plures abierunt, & quatuor vel quinque aut ultra, qui supersunt, suo tempore sequentur. Altera quamvis paucorum (& novorum, veluti Valentinianorum) falsis suspiriis & querimoniis ac simulatis obstestationibus laicos avertere cupientium, ne eorum oculi videant vanitatem, (Papismi secundi.) Hi parum absunt, ut non exhibentur etiam a tyronibus, postquam eorum fallacia ac

technæ, quibus per paucos annos impune quosvis innocentes adorti sunt, nudius tertius ita sunt omnium oculis expositæ, ut pallia sociorum non sint suffectura ad hanc nuditatem iterum obtegendam. Scilicet brachium seculare dormit. Imo vigilat & magis vigilat, quam isti vel fulminantibus vel suspirantibus placere potest. Olim dormiebat & ita in somnio regebatur ab alieno capite, nunc vigilat, & vult a capite genuino i. e. seculari, non amplius a spurio, regi. Nec spes est, laicos, postquam semel viderunt arcana historiae ecclesiasticae detesta, oblituros esse unquam arcanorum horum cognitorum, sed potius sperandum, intra duas vel tres annorum decades vix extituros, qui antiquas fabulas, quarum defensio nostris temporibus tanto cum impetu fuit suscepta, sint gustaturi. Wenn die Kinder einmal den heil. Christ kennen, kan man sie mit dem Knecht Ruprecht nicht wieder zu fürchten machen. Und wenn diese Erkenntniß in einer ganzen Stadt ausgebreitet ist, ist niemand mehr, der einen H. Christ-Comödianten agiren will.

p)

rum circa articulum de cœna q) me valde premerent, nec esset in viribus meis, ut mihi soli relictus illa tollere valerem, consulebam alios, eoque doctores ac professores theologiæ, eorumque opem & auxilium modeste implorabam. Horum alii suadebant, ut abstinere a legendis scriptis reformatorum, & commendabant scripta Anti-Calviniana. Sed horum consilium repugnabat cautelis superioribus. r) Alii persuadere volebant, esse hanc tentationem Diabolicam. Sed nec hi persuadebant, quia nullam rationem assertionis suæ suppeditabant, sed provocabant saltem ad auctoritatem ecclesiæ Lutheranæ. s) Alii denique commendabant lectionem seriam formulæ concordiæ. Horum consilium videbatur haud contemnendum, imò me valde pudebat, quod ei nego-

p) Hoc enim defectu laborat historiâ hæretica Arnoldi, quod nãvos historiæ Ecclesiasticæ non a primis originibus & temporibus veteris fœderis deduxerit, & annotaverit, adeoque partim non omnia erronea in rebus ecclesiasticis novi fœderis, etiam in primis seculis, annotare potuerit, partim etiam, multos eosque crassissimos errores in primis seculis, aut a scriptoribus historiæ primorum seculorum, commissos, vivis coloribus depingendo, odiâ plurima sibi excitaverit eorum, quorû oculi tenebris aut umbræ, sub velo persuasæ sanctitatis quinque secularis, ad-

(*Thomasi Cantuar. Part I.*)

sueti, tam subitam & multifariam lucem veritatum, isti persuasioni oppositarum, ferre non poterant, quod forte haud factum fuisset, si proponendo nãvos historiæ ecclesiasticæ V. T. pedetentim mentes, umbraticæ doctrinæ adfectas, ad ferendam illam majorem lucem præparasset. Quare & de veteris Testamenti historiâ ecclesiastica in cautelis circa præcognita jurisprudentiæ ecclesiasticæ latius actum.

q) Supra adnotata §. 15. & 17.

r) §. 6. 7. 9. 11. 12. 13.

s) Quod iterum repugnabat cautelæ §. 6. & 13.

T t

t) Su-

negotio hactenus non sponte incubuissem, cum tamen scirem, ab iis, qui ad officia publica in patria adspirant, exigi solere ante admissionem iuramentum religionis.

19. Igitur legebam formulam concordiae, & quidem cum magna attentione a capite ad calcem, imo bis vel ter legebam, putans me in secunda vel tertia lectione intellegendum, quæ in prima non satis perceperam: Addebam lectionem concordiae concordis Hutteri; sed requirebat tamen cautela supra posita, t) ut simul etiam adderem lectionem concordiae discordis Hospiniani. Quamvis vero multa in illa lectione deprehenderem, quæ me valde confirmarent in articulis confessionis Augustanæ adversus pontificios, item in articulis adversus Flacianos & alios heterodoxos, tantum tamen abest, ut illi scrupuli, quorum intuitu laborem istum susceperam, fuerint exempti, ut ne quidem illos vel leviter tactos esse, evidenter sentirem. Imo augebantur dubia, cum legerem disputationem de ubiuitate, subtiliter quidem ex scholastica theologia propositam, multis terminis metaphysicis eum in finem adductis & ex parte etiam in præfatione formulæ concordiae repetitis, sed qui tamen non videbantur convenire simplicitati doctrinæ apostolicæ, & adversus quorum usum semper in mente observabatur monitum maxime rationabile B. Seckendorffii, u) de non adhibendis in studio theologico distinctionibus theologiæ scholasticæ, inprimis cum id conveniret cautelæ supra notatæ. x)

20. Imo

t) Supra 12.

u) Im Christen, Staat IIb. | 3. c. 8. p. 537. 538.

x) Supra §. 10. 14. 15. 16.

7)

20. Imo valde mirabar, qui factum esset, ut per formulam illam ex confessione Augustana facta esset lex pœnalis, & cum nescio, quo tato in manus incideret responsum juris MSC. in quo Jctus olim celebris, Jacobus Schultes, B. patris mei avus maternus, rationem reddere modeste voluerat, cur salva conscientia formulæ concordia subscribere non posset, ibique & per clarissimos S. Scripturæ textus, & per principia juris evidentissima sententiam suam demonstraverat; nova inde mihi nascebatur cautela: *Ne quis adversus conscientiam juramento religionis se obstringeret ulli libro, ab hominibus, etiam orthodoxissimis confecto, cujus doctrinam non intelligeret, y) aut de cujus veritate firmiter persuasus non esset.*

21. Interim oriebantur infaustæ lites in patria cum viro de ecclesia & studio pietatis optime merito B. Spenero. Quantis motibus actum fuerit, & adhuc agatur, ne laici a præjudicio, (quasi vero theologia & Christianismus sit ens speculativum, in opinione magis de rebus speculativis quam in viva notitia rerum agendarum consistens,) liberentur, scripta utriusque partis loquuntur. Mirabar tum temporis, quomodo fieri posset, ut studium pietatis ab iis, qui Doctores theologiæ evangelicæ esse volebant, tanta iracundia & tam astuto artificio impugnaretur, recordatus videlicet, quod Christus & apostoli tam enixe studium pietatis inculcaverint,

y) Ergo non accuso eos, qui sibi id licere credunt, si credant etiam se intelligere tales libros. Neque enim cum quocunque litigare cupio, sed solum occasiones cautelarum hoc capite recensitarum bona fide recenseo.

z) 1. Cor. XIII, 2.

T 1 2

•)

rint, & quod apostolus diserte docuerit, scientiam my-
 steriorum omnium sine caritate seu pietate nihil esse, z)
 & quod illa demum intelligentia pro sapientia theolo-
 gica sit habenda, quod Christus patefecerit suis mysteri-
 um voluntatis divinæ, a) & c. Quare nec putabam, salva
 conscientia me denegare posse innocentibus responsum
 juris, postea publicis typis impressum, in quo artificia
 illa pseudo-theologica vivis coloribus sunt depicta. b)
 Quid ob hanc rem mecum actum fuerit, huc non per-
 tinet. c) Dedit tamen iste modus procedendi mihi occa-
 sionem formandi novas cautelas in studio theologico.
*Cavendum esse a studio theologico, quod solum in veritates
 mysteryorum speculativorum inquirat, neglecto mysterio pie-
 tatis. Cum tamen & intuitu mysterii pietatis in investigando
 aliquis aberrare possit, & hic caute procedendum esse. Maxi-
 me vero cavendum ab orthodoxia theologorum & eorum
 scriptis, qui pietatem aperte impugnant.*

22. Accidit autem illo tempore, ut familiariter ute-
 rer amicitia reformati cujusdam viri, aulici quidem &
 politici, sed pii & valde eruditi, ex cujus conversatione
 multum profeci in studio pietatis & virtutis. Apud
 quem, cum per aliquot dies hospes essem, inter alia collo-
 quia etiam mentio injiciebatur scripti cujusdam Luthe-
 rani, in quo increparentur reformati, quod in Catechis-
 mo Heidelbergensi docerent, catechumenos fateri debe-
 re:

a) *Ephes. I. v. 9.*

b) *Vide Leipziger gerichtliches
 protocoll publ. 1692. p. 45. seqq.*

c) *Cum id alibi factum fuerit
 in scripto apologetico germanico*

*adjecto tractatui Dn. Brenneisenii
 vom Recht Evangelischer Für-
 sten in theologischen Streitige-
 keiten.*

re: hoc esse unicum eorum solatium in vita & morte; quod non teneantur credere; Christum pro ipsis esse mortuum. Ostendebatur mihi locus auctoris; qui talia scripserat. Ego vero quærebam: quid contra hanc imputationem defensionis loco ipsi afferrent. Afferebat statim uxor viri laudatissimi, matrona pientissima, exemplar catechismi Heidelbergensis; in prima statim quæstione ostendebat confessionem; disertis verbis imputationi illi contradicentem: Quid facerem? erubesceram nomine auctoris; valde tamen indignabar impudentiam ejus, & recordatus præcepti Christi: quod tibi vis fieri, alteri facies; paulo post occasione data in scripto publico calumniam illam modeste notabam. d) Indignabar tamen simul, quod hæctenus ipsum catechismum Heidelbergensem tanquam librum symbolicum ecclesiæ reformatæ non legissem, eumq; statim magnâ cum attentione & meditatione perlegebam, atque cum in hac lectione convincerer, dissidium inter ecclesiam lutheranâ & reformatam, qualecunque etiam esset, non tamen tangere articulos fidei fundamentales; simul adnotabam novam cautelam in studio theologico: *Maxime cavendum esse in theologia studium calumniandi dissentientes; imprimis leviter dissentientes; etsi id impune facere possis, aut sub spe præmii sive vanæ gloriæ.*

23. Et has quidem cautelas in studio theologico observandas mihi annotaveram, dum in patria bonis literis operam darem, & privatim docerem. Postea
ctm

d) In der Erörterung der Ehe | 13. p. 94. seqq.
und Gewissens-Frage 26. c. 3. 5.

cum ad officium publicæ doctrinæ huc vocarer, non destiti, adhuc alias, easque plurimas, cautelas per vicennium annotare, ortas partim ex lectione systematum Quackerianorum & Socinianorum, item confessionis Anabaptistarum, operum item Spinosæ, & eorum, qui adversus istos omnes pro sana piæque doctrina pugnarunt, item scriptorum Cabbalisticorum, theologiæ mysticæ & asceticæ &c. partim occasione vexationum variarum, quæ nec hic mihi defuerunt. Legi etiam Simoniana scripta critica veteris & novi Testamenti cum scriptis adversus ipsum editis, & libros variorum de veritate religionis Christianæ tractantes, item scripta ea occasione de inspiratione sacrarum literarum a pluribus publicata, atque sic varias observationes collegi pertinentes partim ad indaganda prima falsa sectarum, Quackerianæ, Socinianæ, Anabaptisticæ, Atheisticæ, partim ad vitandos abusus theologiæ cabbalisticæ, mysticæ, asceticæ; partim denique ad certitudinem de veritate religionis Christianæ, & de fundamentali ac primo articulo religionis Christianæ de verbo DEI ac inspiratione divinarum literarum. Has cautelas omnes earumque occasiones etiam proposueram hic apponere, ut in hæcenus commemoratis feci, sed tamen sentiens, prolixiorē ita futuram esse earum expositionem, etiamsi secundum methodum præcedentium omnia paucissimis verbis in summam contraherem, ac ad partem secundam cautelarum properans, cogor hic abrumperē, & propositum istud secundis curis reservare. Credo etiam, suffecturas istas paucas cautelas hucusque recensitas e) studio juris, studio theologico in sinceritate

e) Quod ut evidentiùs fiat, age | cautelas istas hæcenus dispersas pau;

tate & humilitate operam navaturo, ut ope earum & ad-
dita quotidie diligenti lectione sacrarum literarum, ipse-
met cautelas istas reliquas, jam omiffas, accedente divi-
na gratia invenire, atque sic adversus omne heterodoxias
cujuscunque venenum tutissimus esse queat.

24. Et tit id saltem unico exemplo declarem, si
vel illam cautelam *de quarendis terminis rationis & fidei*
quis attente meditetur, deprehendet, adversus eam &
Quackeros, & Socinianos, & Anabaptistas, & Spinofam, &
plerosque theologos mysticos f) impegisse, & multa
dubia

paucissimis verbis conjunctim pro-
ponamus (1) *Sapientis fidem & the-
ologiam non debere esse carbonari-
am.* §. 6. (2) *Sapientem debere in-
telligere ea, qua in theologia cre-
dit.* §. 7. (3) *Scilicet eo modo, ut
credat impossibilia & contradicto-
ria.* §. 8. (4) *Unde & dicta scri-
ptura sic exponenda, ne inde se-
quatur contradictio.* §. 9. (5) *Sö-
lam scripturam non irrationabi-
liter explicatam esse judicem con-
troversiarum theologicarum.* §. 10.
(6) *In studio theologico quarendos
esse terminos rationis & fidei.* §.
11. (7) *Non omnia vera esse, qua
dicuntur ab orthodoxis de hete-
rodoxis, sed hos ipsos esse audi-
endos vel legendos.* §. 12. (8)
*Non odio esse prosequendos he-
terodoxos.* §. 13. (9) *Cavendam
esse theologiam scholasticam
tanquam fontem litigiorum*

theologicorum. §. 14. (10) *Eamque
etiam in nostris academiis a ser-
mento doctrinarum ineptarum
nondum esse satis purgatam.* §. 15.
16. (11) *Serio operam dandam stu-
dio historia ecclesiastica genuina
utriusque sæderis.* §. 17. (12) *Non
esse præstandum juramentum religi-
onis contra conscientiam.* §. 20. (13)
*Cavendum esse a studio theologi-
co solis mysteriis speculativis in-
cumbente, neglecto mysterio pietat-
tis.* §. 21. (14) *Nihilominus tamen
& studium pietatis caute tractan-
dum.* Ibid. (15) *Cavendum a scri-
ptis theologorum, pietatem aperte
impugnantium.* Ibid. (16) *Item a
studio calumniandi dissentientes,
est impune aut sub spe premit,* 22.
f) Conf. supra cap. 2. n. 18. lit.
h. Quackeri motus etiam naturales
habent pro supernaturalibus; Socini-

dubia reliquisse in ejus cautelæ applicatione Doctores, qui de natura & gratia scripserunt. g)

25. Hic evidens esse arbitror, naturæ cognitionem esse faciliorem, quam rerum supranaturalium, h) & adeo secundum regulas bonæ methodi à naturalibus esse incipiendum, cuilibet homini, à DEO non immedia-

te

ciniani contra supernaturalia omnia ex sola natura & ratione deducunt: unde non mirandum, quod sectæ duæ alias plane oppositæ tamen in eo errore conveniant, quod etiam ethnici honeste viventes sint salvati. Anabaptistæ scripturam fere interpretantur sine ullis regulis rectæ rationis. Theologi mystici plerumque rationem, etiam rectam, omnino tollunt, & solis motibus cordis internis auscultant, adeoque omni fundamento se privant secernendi motus genuinos spiritus sancti ab Enthusiasticis &c.

g) Huc pertinent Augustini, Arnoldi, Malebranchii, Speneri tractatus de natura & gratia, Huetii concordia rationis & fidei, Poiræti de fide & ratione. Horum alii ex Platonismo, alii ex theologia scholastica rem in se non perspicuam explicationibus suis obscuriorem reddiderunt. Spenerus, si quisquam ex illis, perspicui-

tati maxime dedit operam. Id maxime desidero, non sat distincte formari statum controversiæ, quod tamen hic maxime necesse est, cum natura & gratia, fides & ratio naturalia & supranaturalia sint valde ambigua. Putarem, non solum de homine hic sermonem esse, sed & de tota natura reliqua ejusque viribus; In homine vero probe distinguendas esse vires naturales intellectus & voluntatis, & respectu utriusque naturam hominis, etiam post lapsum, rectam à corrupta. Ad supranaturalia in primo significato pertinent miracula; ad supranaturalia intuitu humani intellectus revelatio divina, ad supranaturalia intuitu voluntatis, motus divini gratiosi &c.

h) Adde, quod natura sit finita, supranaturalia infinita, adeoque naturalia habeant suos terminos; supranaturalia non habeant.

At

te inspirato i) & tum pergendum esse ad supranaturalia, ita videlicet, ut ubi desinit natura, item intellectus & voluntatis vires, ibi incipiant miracula, revelatio divina & gratia naturæ opposita. Sed omnes, qui de ea rescripserunt, de gratia differunt, antequam constet inter ipsos & contra quos, aut quorum gratia scribunt, de viribus naturæ ejusque terminis. k)

26. Scilicet supponitur communiter doctrina naturæ, vel cujuscunque, vel humanæ secundum principia philosophiæ paganæ, in doctrinis fundamentalibus erroneæ, ut jam supra notavimus l) cum tamen debuissent supponi principia sanæ philosophiæ, id est, scripturæ non contradicentis, adeoque etiam illi, qui de differentia rationis & fidei, naturæ & gratiæ scripserunt, ante omnia debuissent emendare doctrinam vulgarem de naturæ, i. e. ipsam philosophiam.

27. Et si vero perpetuo operam dederim in his cautelis, ut in singulis capitibus observarem convenientiam doctrinæ philosophicæ cum doctrina scripturæ; m) optime tamen consulat sibi studiosus sapientiæ in studio

At quomodo terminos naturæ & gratiæ quis ponere possit, si incipiat ab infiniti doctrina.

i) Nam prophetæ & apostoli & alii viri *θεοπνευστοι* huc non pertinent, ne quis eos nobis objiciat,

k) Quare non mirandum, quod motus humani utcunque vel saltem apparenter boni sæpe habeantur pro motibus divinis, & mo-

(*Thomasii Causelar, Pars I.*)

tus quicunque mali pro diabolicis. Latius hunc errorem declaravit Johannes de Hispania *pars. 1. c. 3. de erroribus popularibus Tom. 2. oper. p. m. 6. seq.* et si fontem erroris non detegat,

l) *Supra cap. 6. n. 25. & 29.*

m) Ob rationes petendas ex *cap. 2. n. 41--65. & cap. 6. n. 19. & 30. & in nos. ad n. 29.*

Uu

n) n.

studio theologico, ut iterum ex professo quasi repetat hætenus tradita, utrum convenient cum doctrina scripturæ, imprimis ubi in notis dicta scripturæ allegata sunt, aut etiam peculiaribus positionibus illa convenientia inclusa fuit: Ubi vero id a me ommissum fuerit, ut ipsa ea de re meditetur. Atque ut & hic exemplum præbeam, speciminis loco liceat hinc inde annotationes ad illum scopum pertinentes proponere.

28. Ita dum capite statim *primo n)* de hilaritate docentis studium sapientiæ quædam inculcavi, videtur prima fronte id repugnare doctrinæ scripturæ de miseria & cruce Christianorum, sed si accurate utramque doctrinam conferas, deprehendes, nullam subesse contradictionem, & mysterium crucis falso explicatum esse a theologia monachali. o)

29. Dum

n) *n 128. 129. 130.*

o) Scilicet intentio monachorum fuit, per falsam expositionem doctrinæ de cruce laicis imponere, ut veram felicitatem solum quærent in miseriis votorum monasteriorum. At si accurate doctrinam Christianam mediteris, per crucem & miseriam ibi nihil aliud intelligitur, quam illa difficultas, quam omnis mutatio præsupponit. Unde alibi docet apostolus crucem illam & miseriam esse temporalem (h. e. brevis durationis,) & facile superari a studiosis veræ sapientiæ, atque operari æternam

& incomparabilem felicitatem. Et quamvis haud dubie doctrina christiana loquatur de felicitate futuri seculi ac supernaturali, necesse tamen est, ut sensus illius felicitatis etiam in hac vita, quamvis non in tanta perfectione, incipere debeat. Adde etiam, quod Monachi in ore habere soleant, eorum adversarios esse inimicos crucis Christi ex *Phil. III, 18*. Sed versiculus sequens 19. ostendit definitionem inimicorum talium, quæ potissimum quadrat ad monachos ipsos. Interim hac occasione alia doctrina falsa sapientiæ monachalis

29. Dum in capite *secundo* memoratur, scripturam non

lis de cruce & miseria est detegenda, dum persuadere volunt laicis, ac si per crucem & miseriam intelligatur vita hominum tristem & melancholicorum, omnem hilaritatem, propter naturale temperamentum suum, maximo odio prosequentium, interim odio humani generis, invidia, ac ineffabili (sub sanctitatis specie) imperii cupidine flagrantium. Cum tamen falsitas hujus asserti cuilibet, sano saltem sensu uti volenti, ad oculos pateat. Etenim haud dubie per crucem & miseriam omne illud intelligitur, quod voluntati humanæ repugnat. Repugnat vero voluntati humanæ id omne, quod adversum est inclinationi naturali temperamenti singulorum hominum, adeoque non uniformes sunt hujus miseriæ classes, propter variantiâ & opposita hominum temperamenta. Sunt enim multæ miseriæ & cruces, quæ unius hominis temperamento repugnant, & tamen ab aliis pro miseria non habentur. Et multæ insuper ex istis miseriis sunt, quæ communi naturæ humanæ non repugnant, nec corpus sensibiliter

afficiunt, sed mere per imaginacionem operantur. Interim tales miseriæ propterea pro pure phantasticis & stultis nequaquam sunt habendæ, sed vere afficiunt animum sapientis, potissimum illo tempore, dum ab insipientia ad sapientiam transit. Ergo hac occasione etiam alterum erroris extremum erit vitandum, dum ex alio, similiter erroneo, principio philosophia monachalis studiosis sapientiæ quandoque persuadere studet, quod absque ulla difficultate possint ab insipientia transire ad sapientiam, quia miseriæ ipsorum essent tantum imaginariæ, & instar somniorum. Porro etiam illud notandum, esse quoque miseriæ & cruces, qui omnibus hominibus cujuscunque temperamenti dolores excitant, (ut sunt dolores valde acres & sensibiles, extrema paupertas, magna infamia, &c.) quæ cum miseriis prioris generis non sunt confundendæ. Ex hæcenus dictis observationibus jam facile explicari possunt loca, quæ in scriptura loquuntur de cruce & miseria Christianorum, quin & ex singulorum

U u 2 loco.

non esse obscuram aut difficilem intellectu, p) ut & occasione cautelæ hic positæ, desola scriptura iudice controversiarum q) illa observatio addi poterit; studiosum sapientia bene facturum, si incipiat S. scripturam legere sine omnibus præfationibus & glossis, r) & si linguas sacras intelligat, in fontibus hebraicis & græcis. s)

30. In capite *septimo* si) dictum fuit, disceptationes de antiquitate hodiernarum literarum hebraicarum, de cœvitate punctorum, antiquitate accentuum, studioso juris nihil prodesse. Nam quod ad salutem æternam nihil prosint, exinde constat, quod multa millia hominum sine earum intellectu fuerint salvata; nemine huic veritati contradicente. t) Interim illi, quorum interest, doctrinas veterum magistrorum inconcussas manere, doctissimi Capelli aliorumque virorum acutissimorum doctrinam refutare voluerunt ex illa ratione, quod ex Christi doctrina constet, jam ejus tempore puncta vocalia & accentus extitisse. u) Sed ad istam quidem ob-

locorum antecedentibus & consequentibus, aliisve bonæ interpretationis regulis facile cognosci poterit, de qua crucis classe loquitur Christus vel apostoli.

p) *cap. 2. n. 73.*

q) *Supra §. 18.*

r) Etiam Lutheri, Vinariensibus, aliisque.

s) Ita enim aptior fiet, ut postea eo melius de glossis & præfationibus possit judicare.

si) *6, 7. n. 11.*

t) Recordor quidem, sapius me audivisse, quod inculcatum fuerit studiosis etiam juris, maxime cavendas esse doctrinas Capelli tanquam valde periculosas. Sed cum tamen inquisivissem, quænam damna inde sint metuenda, nullum aliud periculum unquam audire potui, quam, ne damnum patiatur autoritas piæ antiquitatis.

u) *Matth. 5. v. 18.* ubi de jota & apice legis.

x) Vi-

objectionem jam responderunt viri linguæ hebraicæ peritissimi, & evidenter docuerunt, plane alium sensum esse verborum Christi. x)

31. Porro, etsi cautelæ circa studium Rhetoricum prima fronte exiguum videantur usum habere, in studio theologico, cum tamen non sit diffidendum, quod papismus ope pseudo-oratoriæ artis magna augmenta cœperit, bene faciet studiosus sapientiæ, si etiam intuitu studii theologiæ cautelas supra positas conferat cum scriptura sacra, & de earum usu in studio theologico profundius mediretur.

32. Sic ea, quæ in capite nono y) de variis speciebus stili dicta sunt, occasionem suppeditabunt, etiam de diversitate stili in libris S. scripturæ, z) attentius cogitantur.

x) Videantur Grotius, Lightfootus, Hammondus, Clericus ad illum locum *Matthæi*, in primis vero ipse Capellus in *arcano punctationis lib. 2. cap. 14.*

y) *c. 9. S. 4. seq.*

z) Ita cum stilius propheticus sit valde figuratus & adeo intellectu difficilis, contra stilius librorum historico-dogmaticorum simplicior & intellectu facilior, cavebit studiosus sapientiæ, ne, si de rebus ad salutem pertinentibus invenerit simplicem & perspicuam doctrinam in libro dogmatico scripturæ, & in primis in doctrinis Christi, multum sollicitus sit de

disceptationibus subtilioribus circa sensum locorum difficiliorum in prophetis. Etenim inter arcana papatus illa valde palpabilia sunt, quod non paucos suæ fidei articulos, laicis incautioribus persuaserit ex interpretatione talium locorum difficiliorum. Sic inter prophetas quoque stilius variat. Sublimis est stilius Jesaiæ tanquam viri politioris & aulicæ educationis, contra stilius Amosi tanquam pastoris pecudum multo humilior. Ita Pauli tanquam eruditi Judæi & pharisæi stilius intricatior est, etiam Petro fatente, quam stilius Evangelistarum. Ita inter Evangelistas

tandi, quæ meditatio usum habebit etiam in doctrina de interpretatione. a)

33. Dum in eodem capite b) docui, sapientem etiam uti stilo complimentoso, sed cavere excessum, observabit studiosus sapientiæ in studio theologico, non solum a Quakeris, sed & ab aliis mystica theologia abutentibus, tam theoretice quam practice damnari omnem stilum complimentosum tanquam vaniloquum. Observabit vero etiam, quod in sacris literis p̄i etiam viri ejusmodi stilo, sed more judaico usi fuerint. c)

34. Etiam stilum curiæ d) deprehendet in scriptura

Johannes doctrinam Christi stilo plane sublimi exposuit, unde & patres primitivæ ecclesiæ ex animalibus Ezechielis aquilam ei tribuerunt. Vide Disp. B. patris *de insignibus 4. Evangelistarum*. Sic in Ecclesiastico & Ecclesiaste deprehendes stilum quoad verba brevem, sed divitem cogitationum, uti regulariter in libris dogmaticis scripturæ.

a) Sic solent incauti postillatores, & qui verum usum concordantiarum scripturæ ignorant, absque judicio secretivo saepe allegare verba improborum, in scriptura relatorum, tanquam præcepta doctrinalia, aut etiam assertiones amicorum Jobi tanquam dogmata spiritus sancti, cum tamen

liber Jobi aperte doceat eorum tradita displicuisse DEO &c,

b) *cap. 9. n. 31. seqq.*

c) Ita ut unicum saltem exemplum afferam, non injucunda erit observatio, si quis consideret stilum, quo utitur Daniel, explicando Nobuchodonosori & Balthasari somnia. *Daniel 4. & 5.* Etsi enim utrobique decorum Judaicum in allocutione observet, facile tamen apparebit, quod eiga Nobuchodonosorem, tanquam regem crudelem & iracundum cautiore & humiliore stilo utatur, quam erga Balthasarem, tanquam principem nimis lenem & facilem &c.

d) De quo etiam dictum *in d. c. 7. n. 36. seqq.*

e) Vide

ptura sacra, e) sæpe etiam scriptura adhibet terminos juris, f) etiam forenses, g) sine quorum intellectu non comprehendi potest sensus scripturæ. h)

35. In eodem capite notavi abusum Jctorum in nimia & intempestiva allegatione textuum juris & glossatorum. i) Dabit & hæc meditatio studioso juris occasionem in studio theologico, ut mediteretur cautelas circa varios abusus in allegatione textuum scripturæ admitti solitos. k)

36. Por-

e) Vide exemplum apud Danielem *d. c. 4.*

f) v. gr. dominii, pretii, mercedis, gratiæ, satisfactionis, satisfactionis, justificationis, poenæ, mediatoris, legis, testamenti, hereditatis, fidejussionis, delegationis, novationis, solutionis, imputationis, item rerum sacrarum, sanctarum, & inde derivatæ sanctificationis, consecrationis, &c.

g) Ita *1. Cor. 4. v. 3.* dum Paulus mentionem facit diei humanæ, mire se torserunt nonnulli interpretes, quid hic sit dies humana, non sentientes videlicet, subesse terminum forenses, ac intelligi judicialem: unde & apud Germanos olim *Betagen* denotavit citare. *Conf. Grotium ad d. l.*

h) Unde peccarunt valde glossatores pontificii, qui jurisprudentiam non intelligentes, inepte ex-

posuerunt illos terminos, aut loca scripturæ iis utentia, & dum postea ipsis objiceretur ineptitudo, putarunt sufficere, si distinguerent inter significatum earum vocum in sensu theologico & juridico: Ita recorder: me ipsum audivisse in explicatione evangelii Domin. septuagesimæ inculcatam distinctionem inter contractum evangelicum & juridicum. Huc pertinet distinctio jurisprudentiæ cujusdam naturalis orthodoxæ, inter dominium potentiale & actuale. Affine exemplum est, dum nonnemo licentiam testamenti factionis exinde probare vult, quod Paulus ad illustrationem doctrinæ suæ adhibeat simile de testamentis, eaque non improbet &c.

i) *d. c. 9. n. 40.*

k) Initio in historia critica sacrarum literarum inquirendum in ori-

36. Porro, cum ibidem dixi, l) artem oratoriam ad plebem esse singulare DEI donum, id occasionem dabit pie meditandi artem oratoriam sacram, qua usi sunt prophetae & apostoli ad plebem. m)

37. Dixi etiam n) oratoriae non esse magnum usum in monarchia, in deliberationibus coram Regibus. Hæc observatio multam illustrationem capiet, si quis consideret modum votandi, quo usi sunt Ahitophel & Hufai in deliberatione Absolonis. o)

38. Pariter historiae sacrarum literarum illustrabunt multas alias observationes ibidem propositas de corruptione artis oratoriae per clerum pontificium, v. gr. dum locuti sumus de origine generis didascalici.

originem distinctionis librorum factorum in capita & versiculos. Hæc inquisitio proderit etiam ad aliam meditationem, cur Christus & apostoli, provocantes ad textus veteris foederis, non semper allegare soleant libros, nunquam vero capita & versiculos. Tum inquireret in originem, item usum & abusum allegationis versiculorum & capitum in homiliis ad populum. Denique de usu moris, dum auditores tempore homiliarum præ oculis habent textum, qui a ministro ecclesiae exponitur. Item an ad usum an ad abusum referenda sit evolutio textuum, quibus utitur docens in explicatione ipsa, si vi-

delicet hæc evolutio fiat, ab auditoribus, non in repetitione domestica, (quæ haud dubie magnum usum habet) sed in media explicatione? Item an quis possit simul evolvere textus S. scripturæ citatos a docente, & tamen simul attendere ad connexionem discursus? Item an talis evolutio momentanea sit character singularis & eminentis pietatis? &c.

l) c. 9. n. 44.

m) v. gr. quam emphatice Stephanus peroraverit ante martyrium. Act. c. 7.

n) c. 9. n. 54.

o) 2. Samul. c. 17.

p) c. 9.

ci,p) de exclusione laicorum ab orationibus publicis, q)
de

p) c. 9. n. 60, 61. Huc pertinet abusus præceptorum homileticorum, quæ in se bona sunt, quatenus incipientes manuducunt ad ordinem aliquem, quatenus vero fiunt præcepta artis, ut homilia ad illa præcepta non effabricatæ habeantur pro ineptis, eatenus pertinent ad reliquias papismi veteris, vel ad nova inventa novi. Non dicam de Lutero cujus homilia omnium minime ad præcepta hodiernæ artis homileticæ sunt compositæ. An putamus Christum & apostolos, dum prædicarunt verbum DEI populo, aut, dum Christus in tenera ætate docuit in synagoga, textum aliquem ex lege prælegisse, eumque præmissis exordio, propositione diversorum punctorum exposuisse, addito usu elenchtico, epanorthotico &c. Et tamen non solum plebique plebeji de prædicatione Christi & apostolorum audientes, rem ita concipiunt, sed & inter eos, qui eruditi esse volunt, credo multos ita de prædicatione Christi & apostolorum cogitare. De eo sum certus, si ve Petrum, si ve Paulum, hodie non admittam in pastorem, nisi ad pastorem minimi

Pagi, propter deficientes ipsi re-

(*Thomasi Cantuar. Pars I.*)

sponsiones systematicas in præcedente examine, & deficiens specimen concionis ad regulas illas artis homileticæ effabricatæ.

q) c. 9. n. 65. Finge, hodie principem aliquem, evangelicum etiam, extruxisse templum, idq; Deo consuets ritibus esse consecrandum. An princeps, an politici apti erunt ad orationem consecratoriam habendam? An si apti sint, admittet eos clerus? Annon prætetendit, jus orationes ad populum habendi, preces ad Deum formandi pertinere ad jus concionandi? At jus concionandi & maxime consecrandi pertinere ad potestatem internam circa sacra; quæ nec principi, tantum abest, ut ulli politico sit permittenda. Neq; prætetendo, ut turbandi sint circuli doctorum ecclesiasticorum, non mens est asserendi, quasi talia a politicis fieri debeant. Saltem quæro, an injusta sint, si fierent? Nec hic locus est, definire hanc quæstionem, saltem illud volo, ut meditetur studiosus sapientiæ statû reipublicæ Judaicæ, & potestatem Levitarum, etiam sub regibus. Et jam causam mihi dicat, cur Salomon in consecratione, (aut si hoc

X x

non

de vitandis studioſo ſapientiæ panegyricis) & inveſt-
vis. s)

39. In capite *decimo* ea, quæ dixi de abuſu do-
ctrinæ, de methodo, ſcholæſticæ pariter & ramificæ,
item tabellarum & quæſtionum, t) confirmabuntur, ſi
quis conſideret, libros ſcripturæ ſacræ, etiam dogma-
ticos non conſcriptos eſſe methodo vel analytica, vel
ſynthetica, multo minus per definitiones, diſiſiones,
tabellas vel quæſtiones.

46. Porro quotidiana lectio ſcripturæ ſacræ plu-
rima loca ſuppeditabit confirmantia doctrinam de origi-
ne erroris & præjudiciorum omnium fontibus, præ-
cipi-

nōn Ciceronianum eſt, ſed auguria
placent, in inauguratione templi
Hierofolymitani, orationem non
curaverit ab archiſacerdote, aut fal-
tem a levita fieri, ſed ipſe laicus id
auſus fuerit, & quidem, ut videtur,
absque memoratōne orationis
prius in chartam conjectæ, multo
minus a Nathane ipſi in calamum
dictatæ &c.

r) Memorias virorum de repu-
blica & eccleſia, (aut de eccleſia &
rep.) inſigniter meritorum rite coli
non impugno: Id tamen credo, in-
decorum eſſe, ut panegyricos affe-
ctent viri de republica & eccleſia
optime meriti. Neque uſquam in
hiſtoria eccleſiaſtica legi, prophe-
tam aut apoſtolū præcepſiſſe diſci-

pulis ſuis, ut poſt mortem encomia
eorum oratione panegyrica depræ-
dicentur. Id tamen recordor, ali-
quando factum eſſe, ut alicubi filius
præconiā patris publice recitaret, &
cum omnes mirarentur, cur non alii
quam filio hoc munus commiſſum
fuerit, excuſationis loco in pro-
grammate publico allatum eſſe,
quod pater in ultima voluntate hoc
onus filio impoſuerit.

s) c. p. n. 67. Hic occaſionem
meditandi ſumet ſtudioſus theolo-
giæ, cur inveſtiva oratione apoſto-
li non fuerint uſi adverſus Hymē-
næum, aut adverſus magum in a-
ctis apoſtolorum.

t) c. 10. n. 22. ſeqq.

u) c.

cupitancia, & autoritate humana, u) nec ullum exemplum in sacris literis deprehendi ineptæ doctrinæ de inventione medii termini. x)

41. Credo etiam deprehendet ex quotidiana lectione attenta sacre scripturæ, quod regulæ interpretandi sacras literas possint facile reduci ad paucos illos fontes, de quibus ibi actum. y) Deprehendet etiam, exempla varia cavillatoriæ interpretationis adversariorum pietatis, inprimis in historia evangelica. z)

42. Multæ controversiæ hodie sunt inter theologos de sensu mystico scripturæ, qui communiter triplex esse statuitur; allegoricus, typicus & parabolicus. a) Deprehendet tamen studiosus sapientiæ, quod regulæ, quas in capite de studio logico dedimus b) de sensu mystico in genere, etiam hic inservire possint, & quod adeo

u) c. 10. n. 33. junct. Logica p. 1. c. ult.

x) d. c. 10. n. 35.

y) d. c. 10. n. 40. seq. junct. p. 2. Log. c. 3.

z) Edidit etiam pseudonymus quidam Johannes Matthæi in *orthodoxia Theosophia Teutonico-Bœhmiana contra Holzhausium defensa p. 7. seq.* Specimen quoddam ejusmodi interpretationum cavillatariarum sub titulo *anæctationum Amazie sacerdotis in Berhel adversus prophetiam Amesi, Eubulci Thecoensis*. Jam quidem istius autoris tradita in toto illo libro

mea non facio. Sed interim tamen, quod specimen illud attinet, deprehendet studiosus sapientiæ, in eo multas comprehendi imagines rixatoris theologiæ Cleri papalis, vis coloribus depictas.

a) vide Salomon. Glassium in *philologia sacra pag. 371 - 454.* ubi & multa deprehendes, de abusu interpretationis mysticæ, etiam a patribus ecclesiæ primitivæ subinde commisso & a Lutero nostro taxato. Confer Simonem *historia critica de Commentatoribus N. T. capitibus prioribus aliquot.*

b) Scilicet supra c. 10. n. 44. & Xx 2
latius

adeo cavendum sit a variis abusibus, qui passim regnant, ob neglectum illarum regularum, c) & quod propterea quod Christus, Evangelistæ, & Apostoli quandoque ufi fuerint interpretatione mystica dictorum veteris testamenti, d) item parabolis ad mysticam interpretationem destinatis, tamen non ubique nec ab omnibus ista interpretatio sit admittenda. e)

43. Docui etiam ibidem, quod studiosus sapientiæ a disputationibus rixosis & gloriæ cupidis abstinere debeat

latius p. 2. logic. c. 7. n. 153. seqq.
(1) Tyrones esse incapaces ad sensum mysticum eruendum, (2) Ex doctoribus solum illos aptos esse ad genuinum sensum mysticum, qui sunt amici DEI.

c) Scilicet, dum quilibet alphabetus aut tyro ex nimis præcoce persuasione singularis pietatis & amicitiae cum DEO, nihil nisi interpretationes mysticas in singulis scripturæ locis quærit, easque ex textu non effert, sed eidem sæpe cum palpabili tortura infert. Item, dum ex ipsis doctoribus, eruditis, quidè & civiliter honestis, sed justa imbecillitatis propriæ notitia destitutis, non pauci quasi pro imperio interpretationes suas mysticas Laicis obtrudere volunt; atque sic imperium in conscientias more parum christiano affectant.

d) Considerandum etiam est, an

apostoli interpretatione mystica dictorum V. T. utantur, tanquam medio docendi directo & primario, an vero disputent ad hominem adversus Judæos incredulos. Nam ex historia ecclesiastica constat, etiam Judæos & pharisæos ante adventum Christi plurima loca veteris fœderis de Messia per interpretationem mysticam exposuisse.

e) Quare non melius procedet studiosus juris in studio theologico quam ut interpretationes mysticas a doctoribus, inspiratione sancta destitutis, cautissime legat, & in primis operam det sensui scripturæ, potissimum veteris testamenti, literali, ac maxime caveat doctrinam Tertulliani, sensum mysticum solum spirituales & Theologicum esse docentis, literalem autem pro carnali habentis. Adde, quod primorum seculorum hæretici,

Gno-

beat, & magis ab oppositionibus quam responsionibus; f) item quod si disputandum sit, magis apta sit ad inveniendam veritatem methodus per quæstiones, quam per syllogismos g) illustrabunt ibi dicta meditationes ex lectione scripturæ sacræ, quod Christus & Apostoli illis quidem, qui cum ipsis de veritate doctrinæ sanctæ disputare voluerunt, placide responderint, sed tamen, quod nunquam super doctrinā falsa cum aliis disputando rixati fuerint; & quod tamen nec ubique responderint, si videlicet responsio nullum usum habitura fuisset: h) Item quod nunquam methodo syllogistica fuerint usi, sæpius tamen Christus cum Pharisæis & Sadducæis disputans usus fuerit methodo per quæstiones & responsiones, i) quam methodum etiam valde commendavit ex theologis Lutheranis vir non infimæ autoritatis. k)

44. Quæ

Gnostici, maxime affectaverint interpretationem mysticam. Vide Simonem *d. tract. cap. 1.* conf. etiam de abulū theologiæ mysticæ, B. patrem in *schediafmate de orig. bist. philof.*

f) *Cap. 10. n. 52. 53.*

g) *Ibid. n. 57. seqq.*

h) *Matth. XXI. 27. XXVIII. 14.*

i) *Matth. XIX. v. 1. seq. 16. seq. XXI. 23. seq. XXII. 16. seq. 23. seq. 34. seq.*

k) Ægidius Hunnius in *Matthæum p. 741.* de ratione disputandi cum hostibus veritatis per quæstiones ad constringendos & confundendos adversarios accom-

modatas. Qui modus fuit usus, tatus domino nostro Jesu Christo, ut ex præsentī colloctione, tum etiam ex disputatione de libertate populi judaici & censu darddo, luculenter apparet. Quod observandum est contra eos, qui in theologicis disputationibus omnia singulaq; in syllogismos reserri flagitant, atque interim quæstiones, quibus causæ suæ jugulum peti sentiunt, declinare cupiunt, neque obscure animadvertunt, hac disputandi ratione errores suos, velut e latibulo in lucem, & conspectum hominum produci. Quanquam autem syllogismi,

44. Quæ in capite *undecimo* de cautelis circa studium matheſeos docui, ea tantum abeſt, ut repugnent doctrinæ ſcripturæ ſacræ, ut potius eidem maxime conveniant. Unumens infinitum memorat ſcriptura, infinitum mathematicum & phyſicum nescit. De Beza-leele & aliis mechanicarum artium artificibus quidem lego, quod DEUS eos repleverit ſpiritu ſuo, de ſubtiliſſimis mathematicis, algebraicis operationibus ad doctrinam infinitorum abutentibus, id nusquam lego; ut adeo hi non habeant cauſam ſuas ſpeculationes extol-
lendi ſupra operationes mechanicas.

45. Porro, uti in capite *duodecimo* cautelas circa studium theologiæ naturalis, item doctrinæ de angelis & anima ſeparata, ſubinde provocatione ad dicta ſcripturæ jam illuſtravi; ita in hac repetitione varia iſtis meditationibus addi poſſunt; v. gr. de inutilitate vul-garis metaphyſicæ, quod neque Moſes nec prophætæ nec apoſtoli doctrinam ſcholasticam de Ente & attribu-tis ejus intellexerint, l) aut ſi quicquam affine illi intel-
lexerint, quod eam doctrinam plane indignam judi-
caverint, ut adhiberetur in ſana theologia aut doctrina
de

„gismi, aliæque ſpecies argumen-
„tationis, ſuum habeant locum, ta-
„men exemplo ſalvatoris evidens
„& perſpicuum eſt, ad hanc diale-
„cticam diſputandi rationem nos
„non ita præciſe eſſe adſtrictos, ne-
„que modum iſtum, per quaſtiones
„diſſerendi de controverſiis, ullo
„pacto poſſe repudiari, ut ἀσυλλό-
„γως nisi ipſam æternam Chriſti

„ſapientiam, filium Dei ἀττολογί-
„ως & inconvenienter diſputaſſe
„dixeris, Haecenus Hunnius.

l) Ad *cap. 12. n. 2. ſeq.* Nam
doctrina Ægyptiaca, qua imbutus
erat Moſes & Philoſophia Judai-
ca, toto calo diſſert a grillis me-
taphyſicæ ſcholasticæ. Ex pro-
phetis autem & Apoſtolis multi
fuerunt homines plane indocti.

m) Ita

de DEO; m) quod ex tota scriptura nullum dictum adduci possit, in quo speculationes subtiles de DEO & ejus essentia præcipiantur aut commendentur; quod apostoli quidem docuerint; DEUM manifestasse ipsis mysterium voluntatis suæ; sed quod tota scriptura plena sit admonitionum; quod DEI essentia sit incomprehensibilis, & quod DEUS nunquam promiserit, se in hac vita essentiam suam aliter quam in imaginibus revelaturum; o) quod notabile sit; cur David de Atheis saltem præ-

m) Ita Paulus, At si athenis occasionem haberet disputandi cum Epicuræis & Stoicis de essentia & natura divina; his argutiis tamen omnibus omiſſis simplicissima & plane vulgari methodo proponebat Atheniensibus doctrinam de Deo vero. Elegans eam in rem locus est apud Seckendorffium in *Christen-Staat*, lib. 3. c. 7. S. 4. p. 518. seqq.

o) Ad cap 12, n. 20 sequ. Quæ hic summatim notantur, prolixius exposuit adductis pluribus scripturæ dictis Dn. Brenneisen in *responsione adversus Stolzium tota parte primâ*. Sed quia tamen ad palatum lectorum quorundam, systematicæ theologiæ methodo scholasticæ conscriptæ adsectorum, magis erit autoritas Johannis Damasceni, Patriarchæ theologiæ Systematicæ, non inutile erit, adscribere totum

locum ejus supra ad d. c. 12. n. 20. lit. 10. allegatum; qui est de *orthodoxa fide* lib. 1. cap. 4. p. m. 10. seqq.

„DEum itaque esse, dilucidum est:
 „quid autem est secundum substantiam ac naturam, incomprehensibile id omnimodo est, atque ignotum: quod autem incorporeum, est perspicuum. Quo pacto enim corpus fuerit infinitum, interminatum, infiguratum, intangibile, invisibile, simplex, incompositum? quomodo immutabile, si circumscriptum, si passionis injuriæ obnoxium? Et qui sit, ut impassibile, quod ex elementis est coalitum, & in illa rursus dissolutione solvendum? compositio enim, pugnae principium: pugna vero, separationis: separatio autem solutionis. Atqui solutio, alienum quid penitus a DEO est: Quomodo vero componitur, cum per

„per omnia meet, & impleat omnia
 „DEUS? sicut inquit scriptura:
 „*Nonne caelum & terram ego*
 „*impleo, dicit dominus?* impossi-
 „bile siquidem est, corpus corpora
 „permeare, nisi hoc quidem divi-
 „dat, illud vero dividatur, cedat,
 „recurrat, ut quæcunque liquido-
 „ruma miscentur, atque confundun-
 „tur. Si autem ipse (ut nonnulli a-
 „junt,) immateriale corpus est, ve-
 „luti & id, quod apud græcorum sa-
 „pientes quatum corpus nomina-
 „tur: hoc quidem impossibile. Nam
 „mobile erit omnino perinde ac
 „caelum; hoc enim quintum cor-
 „pus appellant. Quis igitur ip-
 „sum movet? omne enim quod
 „movetur, ut ab alio moveatur ne-
 „cesse est: & hoc si movetur, ali-
 „quis movet: & id sine termino,
 „donec in quippiam decumbamus
 „immobile: hoc enim primum
 „movens, immobile est, quod re-
 „vera DEUS est. Cæterum quo-
 „modo non est loco circumscri-
 „ptum, quod movetur? sola igitur
 „immobilis divinitas, sua stabilitate
 „cuncta movens: incorporeus
 „igitur autumandus DEUS: Sed
 „non hoc substantiæ ejus diffiniti-
 „vum: ut neque ingenerabile, si-
 „ne principio, inalterabile & in-

„corruptibile, & quæcunque de
 „DEO vel circa DEUM esse prædi-
 „cantur. Hæc enim non ejus
 „quid est significant, sed quid non
 „est. Atqui oportet eum, qui vult
 „alicujus substantiam assignare,
 „quid est dicere, non quid non est.
 „De DEO tamen quid est secundum
 „substantiam, dicere impossibile,
 „convenientiusque de DEO longe
 „est per omnium ablationem face-
 „re sermonem. Nam nihil eo-
 „rum, quæ sunt, est: non ut non
 „ens, sed ut omnia entia superemi-
 „nens, & super ipsum esse, ens: Si
 „enim eorum, quæ sunt, cognitio
 „est: quod omnem superat cogni-
 „tionem, & ipsum quoque super
 „substantiam erit & id recurrit:
 „quod super substantiam est, & id
 „quoque super cognitionem erit.
 „Infinita igitur divinitas & incom-
 „prehensibilis. Quæcunque au-
 „tem per theologiam affirmativam
 „de DEO dicimus, non naturam
 „ejus, sed ea, quæ sunt circa natu-
 „ram insinuant. Nam etsi bonum,
 „si justum, si sapiens, si quidvis
 „aliud dixeris: non naturam dicis
 „DEI, sed ea quæ circa naturam.
 „Sunt etiam & nonnulla affirma-
 „tive de DEO dicta, vim super ex-
 „cellentiæ negationis præseferen-
 „tia,

practicis loquatur in psalmis, non de mere speculativis. p) &c.

46. In capite *decimo tertio*, quæ positæ fuere cautelæ, quod physica non sit scientia, q) quod differentia inter res corporeas & incorporeas, non in extensione & cogitatione, sed in invisibilitate & visibilitate sit quærenda, r) quod detur attractio, s) quod creaturæ omnes ex Deo ortum ducant, t) quod terra moveatur circa solem

tia. Ut cum tenebras de Deo dicimus non tenebras intelligimus, sed quod non lux: quippe qui superexcellit lucem, & lucem dicimus, quia non est tenebræ. Hactenus Damascenus.

p) *ad cap. 12. n. 85. & ult.* Communiter allegatur Psalmus adversus atheos theoreticos. Sed præterquam quod David in toto psalmo loquatur de vita impia eorum, verba initialia docent, quod non loquatur de speculativis, cum dicat, non, quod cogitent non esse Deum, aut quod id dicant & doceant, sed quod in corde suo id dicant, i. e. quod cogitantes & profitentes Deum, a cupiditatibus tamen suis abrepti vivant, ac si non esset Deus, aut non curaret negotia humana.

q) *c. 13. n. 5. seq.* Vel sola Hiobii lectio convincere debuisset phys-

(*Thomasi Cautelar. Pars I.*)

cos, rationem humanam intuitu naturæ rerum creaturarum esse valde finitam & plurima ignorare.

r) *c. 13. n. 25. seq. Conf. c. 12. n. 14. Coloss. 1. v. 16.*

s) *c. 13. n. 23.* Etsi enim scriptura non doceat expressis verbis dari attractionem, sufficit tamen, quod hæc philosophia non repugnet scripturæ.

t) *c. 13. n. 54.* Loca scripturæ huc facientia jam adducta fuerunt *ibid. in not. 4.* Quæ ibi de versione Lutheri annotata sunt, respiciunt potissimum versionem Roman. *XL 36.* ubi diserte dicitur: *Ex Deo esse omnia.* Lutherus illud reddidit: *Non*, secutus metaphysicam scholasticam, & ne scilicet Deum faceret materiam rerum creaturarum, quasi videlicet particula *ex* non denotaret etiam rei originem ex rebus spiritualibus & immaterialibus, Sic

Y y

Sic

Iem, u) &c. etiam cum scripturæ sacræ philosophia conveniunt, certe eidem non repugnant,

47. Porro cavenda erunt studioso juris in genuino studio theologico duo extrema, unum Enthufiasmī, x) alterum Atheifmī.

48. Quod atheifmum attinet, opera danda, ut a fe invicem probe fecernantur, impietas & hypocrifis, item atheifmus & fuperftitio, de quibus quædam monenda diftinctius. y)

49. Impietas & hypocrifis proprie funt affectiones

Sic cum dicitur Hebr. XI. 3. ea, quæ cernuntur, facta esse ex non apparentibus, daß das sichtbare aus dem unsichtbaren gemacht sey, Lutherus reddidit: daß alles, was man siehet, aus nichts worden: secutus iterum theologiæ scholasticæ doctrinam de nihilo, aut locutionem vulgarem, secundum quam invisibilia dicuntur nihil: es ist nichts im Glase, etfi sit plenum aëris &c.

u) Videatur Joh. Jac. Zimmermanni *scriptura copernicana*.

x) De terminis Enthufiafticis theologorum mysticorum vide elegantem locum ex Rovenii *Rep. Christiana* excerptum a Balio *dict. tris. voce Rovenius*, tibi etiam citat locum parallelum ex Stillingflocto *de Fanaticismo Ecclesia Romana*,

De natura enthufiasmī, adde integrum caput apud Lookium *de intellectu humano*, & Henricum Morum *Tom. 2. oper. philos. p. 187. seq.* potissimum *Secl. 54. p. 214.*

y) Etenim communiter homines aliis per calumniam imputant impietatem & hypocrifin, fape etiam confunditur hypocrifis cum impietate, impietas cum atheifmo; nemo veto, etiam si talis fit, credit se esse impium vel hypocritam, atheum vel fuperftitiosum. Utiles ergo distinctior horum consideratio, partim, ut stultitiam & malitiam cordis humani, & quidem sui ipsius quisque eo melius cognoscat, partim, ut caveat cœcorum doctorum doctrinas, quibus jactant se alios esse ad felicitatem ducturos.

z) Hæc

nes voluntatis & cordis. Contra atheismus & superstitio sunt affectiones intellectus. 2)

50. Impietas (*Ruchlosigkeit*) proprie est privatio omnis quietis & tranquillitatis, (wenn ein Mensch von aller Ruhe los ist) ita ut ne quidem inquietem sentiat, aut pro malo habeat, & quidem nullo modo vel certe non serio desideret.

51. Præcipue ex duobus fontibus oritur, vel ex ignorantia, quod cupiditates cordis stultæ & pravæ sint; vel ex diffidentia & desperatione, dum quidem depravationem affectuum homo agnoscit, sed tamen sibi persuadet, omnia, & etiam actiones humanas, dependere ex nimia necessitate. a)

52. Interim tamen hi duo errores capitales hominem non semper irritant, ut eos libere profiteatur, sed, dum pœnas humanas aut ignominiam timet, operam sæpe dat impius, quo impietatem suam ita occultet, ut alii homines eam non sentiant.

53. Igitur duplex inde oritur impietas, aperta & occulta. Apertæ causa sunt regulariter tantæ divitiæ, honor & potentia impii, ut causam non videat pœnas hu-

hu-

2) Hæc etiam in terminis germanicis distinguenda, ubi etiam sæpius confundi solent. Atheismus uti recte vertitur per *Gottlosigkeit*, ita impietas rectius redditur *Ruchlosigkeit*. De reliquis non est dubium. Hypocrisis est *Heuchelei*, superstitio *Überglauben*.

a) Enim quilibet facile com-

putare potest, quod homo his duobus erroribus immerfus nullam rationem habeat, quæ ipsum movere possit, ut intendat quietem sapientiæ acquirere. Quod dum non fit, necesse est, ut in utroque casu cupiditatibus suis liberrime indulgeat, & ita in inquiete quotidie majores faciat progressus.

Y y 2

b) Ita-

humanas vel ignominiam timendi, vel etiam nimius impietatis habitus, ut occultatio sit impossibilis.

54. Hypocrisis quatenus ea opponitur impietati, ut hoc loco, proprie denotat ejusmodi affectionem voluntatis, cum homines quidem quietem & tranquillitatem quærunt, sed loco veræ quietis fucatam, i. e. inquietem subtilem arripiunt, eamque tanquam verum bonum maxime amant & concupiscunt.

55. Atque hæc etiam ex duobus fontibus oritur. Primus est, si homo quidem palpabilia vitia amoris irrationalis, & quando voluptas, ambitio & avaritia sensibilibiter dominantur, pro malis & fructibus stultitiæ agnoscit; interim tamen virtutes fucatas hominum, ubi affectus vitiosi aliquo modo temperati sunt, a veris virtutibus non novit secernere, præprimis in se ipso.

56. Secundus, dum propter corruptionem voluntatis & dominium stultitiæ sibi persuaderet, ac si transitus a stultitia ad sapientiam sit res liberrimi arbitrii, & qui facile obtineri possit, si vel tantillum laboris & curæ adhibere velit.

57. Et hic quidem error posterior plerumque inde derivatur, quod regulariter homines in studio sapientiæ putent, se satisfacere regulis prudentiæ, si omnia media arripiant suppressendi passionem infimam, & dum istud agunt, simul experiantur, quod propter vires passionum superiorum ista suppressio inferioris non difficulter procedat. b)

58. Ex

b) Iterum palpari potest, quod sibi ac spei suæ blandiatur (daß er errores illi duo n. 55-56. memorati sich selbst heuchele) quasi talibus hominem necessario seducant, ut medijs veram tranquillitatem facili-

58. Ex illa prima & essentiali proprietate hypocritarum fluit secunda, quod hypocritæ maximo conatu se aliis etiam invitis obtrudant, eos ad illam imaginariam felicitatem ducendo, iisque regulas vivendi suas commendando. c)

59. Hæc secunda proprietas hypocritarum facile tertiam generat, ut hypocritæ simul impellantur, ut omnibus modis supprimant & occultent passiones suas, & præprimis nullo alio sermone utantur, quam de rebus optimis & virtuosis, & omnia media adhibeant, ut homines alii de eorum virtute & pietate persuedeantur. d)

60. Est & quarta proprietas hypocritarum, ut alios contemnant; qui regulas istas vitæ, sua videlicet inventa, non æstimant, contra vero se & suos valde commendent. e)

61. Ex qua sequitur quinta, quod hypocritæ non possint ferre dissentientes, id est, illos, qui ipsos non proutalibus æstimant, quales videri cupiunt, quique eorum regulas vitæ haud sequuntur.

62. Ut tamen & hoc odium pallio virtutis tegant, dis-

cillime sit obtenturus, atque sic in observandis ita dictis vitæ regulis quotidie pergat.

c) Nam homines naturaliter inclinant, ut, si arbitrentur, se aliquid boni invenisse, quod quidem pecunia vendi nequit, sed tamen magnam utilitatem humano generi & gloriam parat, parati esse solent ad id inventum aliis commen-

dandum.

d) Etenim commendatio dictarum vivendi regularum frustranea foret, si homines, quibus istæ regulæ commendantur, sibi non persuaderent, hypocritas ipsos esse felices, id est, vere tranquillos & virtuosos.

e) Nam & id naturale hominibus est, ut aliorum vitia perfectius cognos-

Y y 3

cognos-

dissentientes vel sub specie zeli pro vita virtuosa & salute humani generis aperte persequuntur, vel etiam sub specie fucatae amicitiae clanculum iis nocent. f)

63. Etsi autem quotidiana doceat experientia, quod hypocrisis hypocritas ex una hactenus memoratarum proprietatum in aliam seducat, non tamen illae omnes apud omnes hypocritas semper simul operantur, sed pro diversitate circumstantiarum variant.

64. Interim illud certum est, quod hypocrita, quinque illis hactenus recensitis proprietatibus praeditus, in summa miseria constitutus & hypocrisis protunde immergatus sit. g)

65. Atheismus proprie est affectio intellectus, dum homo erronee arbitratur, se in intellectu certo percipere, nullum esse Deum, h. e. mundum visibilem non productum esse a potentia invisibili infinita & sapiente, neque ab ea sapienter conservari, sed quod fere omnia h) fiant casu & necessario. i)

66.

cognoscant quam propria. Et aliorum persuasio de virtute mea plerumque fit comparatione actionum mearum exteriorum cum actionibus aliorum.

f) Nam quaequid dissimulent & obtegant hypocrisae miseriam suam, facile tamen nasutiores cognoscunt anguem in herba latentem. Et acuitur haec cognitio quod hypocrisae dissentientes contemnant, unde hi maiore attentione eorum actiones examinant. Igitur

ne hoc pacto tota intentio hypocritarum se virtuosos esse sibi & aliis persuadentium & alios emendare volentium plane destruat, necessaria ipsis est persecutio dissentientium.

g) Repete istas proprietates ex §. 54. 58. 59. 60. 61. Et jam cum iis confer descriptionem hypocrisae pharisaicae in sacris literis.

h) Dico fere propter n. 72.

i) Uti alibi diximus, atheismum esse stultitiam summam ex nimia sub

66. Fontes atheismi varii sunt. Sæpius inde oritur, quod termini intellectus humani, qui satis palpabiliter finiti sunt, non agnoscantur, sed virtutes intellectus ita amplæ esse censeantur, ut quascunque res, de quibus cogitare licet, mathematicè demonstrare queat. k)

67. Tandem superstitio est affectio intellectus, dum homo sibi persuadet, Deum talibus affectionibus præditum esse, quæ tamen palpabiliter repugnant ejus essentiæ infinitæ invisibili.

68. Hic error plerumque inde deducitur, quod homo in meditatione rerum creatarum & Dei, intellectu suo debito modo plane non velit uti, nec de Deo & rebus creatis secundum ductum prudentis meditationis cogitare, sed præjudicio autoritatis nitens, omnia de Deo credit cæca credulitate, quæ alii, quos infallibiles esse putat, ipsi inculcant. l)

69. Atheistæ communiter subtili intellectu præditi & sæpe astuti sunt, quos difficillime contradictoria vera

subtilitate ortam, ita id vel exinde patet, quod ea, quæ casu & necessario sunt, plane sunt opposita, hi tamen conceptus plerumque ab Atheis conjungantur.

k) Hoc errore enim supposito homo ad illum primæ stultitiæ gradum pervenit, ut sibi imaginetur, quod omnes actiones physicas mathematicè demonstrare possit, ubi

de ad illum supremum stultitiæ gradum adscendit, ut inquireat in essentiam divinam, & quia ibi ob infinitatem, (cujus essentiam intellectus finitus comprehendere haud est capax) nihil invenit, quod capax sit demonstrationis mathematicæ, quærendo, sed stulte, Deum, cum tandem plane amittit.

l) Hi vero alii, qui superstitio-

nem

vera esse persuadeas; m) ex opposito autem superstitioni sæpius stupido & crasso intellectu laborant, minimum eum per superstitionem stupidum & crassum reddunt, ut tanta credulitate etiam res absurdissimas sibi persuadeant, ac pro earum veritate defendenda mortem prompte suscipiant. n)

70. Jam ut hæc quatuor vitia voluntatis & intellectus inter se comparemus, id quidem verum est, impium & hypocritam, item atheum & supersticiosum sibi opponis; sed exinde non sequitur, impium & atheum aut supersticiosum & hypocritam esse synonyma.

71. Iste vero error, quamvis communis, gravior est, dum impius & hypocrita confundi solent, cum tamen sint plane oppositi.

72. Atheus (Theoreticus) capax est intuitu voluntatis, ut vel ad impios vel ad hypocritas referri possit, prout homini vel nimiam libertatem voluntatis humanæ tribuit, vel actiones humanas inevitabili necessitate subijcit, o)

73.

nem docent, etsi ipsi non sint superstitioni, alios tamen superstitioni facere student ob interesse imperii, divitiarum & vitæ luxuriosæ, quæ omnia ab iis, qui contradictoria credunt esse vera, non difficulter acquiri possunt. Exemplum monachismi iterum dicta confirmat. Unde simul patet, necessario magnam esse seducentium cohortem,

m) Exceptionem tamen vide *in notatis ad n. 65. lit. i.*

n) Unde a theologis demonstrari solet, martyria non esse genuinum characterem veræ Ecclesiæ, & dari etiam martyres diaboli.

o) Etsi enim athei communiter in omnibus rebus extra hominem casum vel necessitatem incertabilem querant, intuitu tamen hominis dissentiant; dum alii
li-

73. Atheistæ primi generis capaces & primum maxime sunt ad hypocrisin, posterioris generis ad impietatem. p)

74. Ex dictis etiam sua sponte sequitur, hypocrisin indifferenter se habere ad atheismum & superstitionem. q)

75. Jam paucis inquirendum in rationem, cur communiter hypocritæ habeantur pro impiis, cum tamen hypocrisis & impietas sint affectiones oppositæ.

76. Id vero ideo factum, quod doctores confuderint impietatem tectam cum hypocrisi, cum tamen inter hæc duo magna sit differentia.

77. Etenim in eo quidem conveniunt, quod & impius talis & hypocrita actionibus exteris pios se & virtuosos esse simulent.

78. Sed in eo differunt, quod occulte impius virtutem veram & tranquillitatem plane non appetat, sed ex proæresi alios homines decipere intendat. Cum
cop-

libertatem voluntatis humanæ talem esse statuunt, ut affectus suos ope intellectus emendare possit. Alii vero una cum libertate humanæ voluntatis etiam omnem ei spontaneitatem tollunt, eamque summæ necessitati subjiciunt.

p) Hinc priores appellantur atheistæ theoretici, posteriores practici.

q) Nam dum sibi erronee persuadet, quod bonis suis operibus & imaginariis virtutibus acquirere possit veram animi tranquillitatem, potest sane hic error conjunctus esse cum pernicioso errore atheismi & cum illa superstitione, quod enti sapientissimo virtutes suæ falsæ & stultissimæ placeant.

contra hypocrita falsam tranquillitatem pro vera amplectatur.


79. Denique maxime sollicitus esse debet studiosus juris, ut de veritate ac divinitate scripturæ sacræ, item religionis Christianæ r) sit persuasus, aliorumque meditationes, de studio Theologico genuina Methodo instituendo cum his observationibus conferat. s)

r) Ne videlicet ex una parte acquiescat in solis traditionibus Ecclesiasticis de canone scripturæ, ex altera parte, ne motus interno quosvis irracionales & Enthusiasticos loco criterii sequatur. Vide quæ notavi ad Huberum *de jure civitatis lib. 1. Sect. 6. cap. 5. n. 16. & 20. p. 242. 243. De veritate religionis Christianæ* valde commendandi sunt

scripta Hugonis Grotii & Philippi Mornæi.

s) Huc pertinet ex *epistolis Theologicis* Liberi de S. Amore epistola *septima de institutionis Theologica ordine ac methodo p. 178. - 244.* ex qua multa illustrationem capient, quæ hætenus monuimus. Sed vult tamen cum iudicio legi.


FINIS.



INDEX CAPITUM.

- Cap. I. Cautelæ circa conceptum veræ eruditionis & sapientię in genere. p. 3.
- II. Circa media perveniendi ad sapientiam. p. 24.
- III. Circa conceptum Jurisprudentię in specie. p. 43.
- IV. Circa doctrinam de officio Doctoris Jurisprudentię. p. 48.
- V. De Historia & Philosophia in genere. p. 57.
- VI. Circa studium Historię Philosophicę. p. 73.
- VII. Circa studium Grammatices. p. 92.
- IIIX. Circa studium Poëseos. p. 101.
- IX. Circa studium Rhetorices. p. 110.
- X. Circa studium Logicum. p. 128.
- XI. Circa studium Matheseos. p. 149.
- XII. Circa studium Metaphysices. p. 170.
- XIII. Circa studium Physicum. p. 195.
- XIV. Circa studium Ethicum. p. 214.
- XV. Circa studium Decori. p. 236.
- XVI. Circa studium Politicum. p. 263.
- XVII. Circa studium Oeconomicum. p. 273.
- XIIX. Circa studium Medicum. p. 285.
- XIX. Circa studium Theologicum. p. 318.

I N D E X
AUTORUM ET RERUM
IN
D. CHRISTIANI THOMASII
CAUTELAS PARTIS PRIMÆ,
SIVE
JURISPRUDENTIÆ.



INDEX I. AUTORUM,

Qui in hoc libro maxime occurrunt, & quorum nomina præprimis annotari merentur, cognomine juxta seriem alphabeth. recensorum.

- | | |
|--|--|
| <p>Æ Lianus p. 205. §. 47. <i>not.</i> t)
 Agrippa (<i>Heur. Corn.</i>) p. 90. §. 88.
 Alexander Raudensis p. 134. §. 26. <i>not.</i> x)
 Alstedius (<i>Joh. Henr.</i>) p. 128. §. 2. <i>not.</i> a)
 Amadis p. 108. §. 40. <i>not.</i> a)
 ab Amerpoël (<i>Joh.</i>) p. 209. §. 65. <i>not.</i> k)
 Apulejus p. 299. §. 26. <i>not.</i> t)
 Aramena p. 108. §. 42. <i>not.</i> c)
 Ariana <i>ib.</i>
 Arnould p. 27. §. 18. <i>not.</i> k)
 Arnold (<i>Gottfr.</i>) p. 116. §. 66. <i>not.</i> n) p. 359. §. 17. <i>not.</i> p)
 Ars cogitandi p. 129. §. 9,</p> | <p>Aufgefangene Briefe p. 156. §. 17. <i>not.</i> r)
 B Aillet (<i>Adrian.</i>) p. 142. §. 48. <i>not.</i> s)
 Barbayrack (<i>Joh.</i>) p. 216. §. 6. <i>not.</i> l) p. 217. §. 11. <i>not.</i> r) &c.
 Barckhuysen p. 292. §. 17. <i>not.</i> c)
 Barclajus (<i>Joh.</i>) p. 217. §. 7. <i>not.</i> p)
 Bayle (<i>Petr.</i>) p. 71. §. 85. <i>not.</i> t) p. 105. §. 25. <i>not.</i> n) p. 162. §. 29. <i>not.</i> c) p. 168. §. 37. <i>not.</i> k) p. 190. §. 73. <i>not.</i> o) p. 195. §. 92. <i>not.</i> f) &c.
 Becker (<i>Balthaf.</i>) p. 184. §. 53. <i>not.</i> x)
 Beermann (<i>Joh. Christoph.</i>) p. 237. §. 6. <i>not.</i> e)
 Bembus (<i>Petrus</i>) p. 99. §. 33. <i>not.</i> z)</p> |
|--|--|

(a) 2

Ber

Index I. Autorum.

- Bernierius (*Franc.*) p. 197. §. 9. not. i)
- Befoldus (*Christoph.*) p. 45 §. 7.
not. f) p. 24. §. 11. not. k)
- Bettinus (*Mar.*) p. 58. §. 24. not. y)
p. 159. §. 26. not. z) &c.
- Biel (*Gabr.*) p. 324. §. 15.
- Boccalini (*Traj.*) p. 145. §. 57. not.
a)
- Bodinus (*Joh.*) p. 63. §. 69. not. g)
- Bœcler (*Joh. Henr.*) p. 71. §. 88. p.
seq. §. 89.
- Boileau p. 103. §. 16. not. g) p. 111. §.
8. not. k)
- le Bon p. 129. §. 9. not. g)
- Bontekoë p. 286. §. 3. not. d) p. 296.
§. 23. not. r)
- Bouhourius p. 100. §. 36. not. c)
- Boyle p. 212. §. 76. not. t)
- Brenneyfen (*Rud. Enno*) p. 61. §. 37.
not. k) p. 332. §. 21. not. c) p.
351. §. 45. not. o)
- Brounius (*Thom.*) p. 137. §. 33. not.
c)
- Buchananus p. 26. §. 14. not. h) p.
243. §. 29. not. b)
- Buddeus (*Job. Franc.*) p. 15. §. 75.
not. e) p. 76. §. 21. not. i) p. 92 §.
99. not. w) p. 131. §. 14.
- Burnetus (*Gilb.*) p. 66. §. 62. not.
y)
- Buteus p. 152. §. 9. not. i)
- Buxtorf (*Joh.*) p. 182. §. 47. not.
q)
- C**alovius (*Abraham*) p. 35. §. 27
not. y)
- Calvoerius, p. 190. §. 77. not. r)
- Camerarius (*Joachb.*) p. 83. §. 50.
not. c)
- Campanella (*Thom.*) p. 91. §. 92. p.
156. §. 20. not. t)
- Capellus p. 94. §. 11. not. k) p. 349.
§. 30:
- Cardanus (*Hieron.*) p. 91. §. 92.
- Cartesius (*Ren.*) p. 194. §. 89. p.
197. §. 8. not. h) p. 213. §. 79. not.
x) p. 226. §. 34.
- Casa (*Joh.*) p. 237. §. 6. not. e)
- Casaubonus (*Isaac.*) p. 18. §. 104.
not. d) p. 62. §. 44. not. m) p.
63. §. 46. not. n) & §. 49. not.
p)
- Castellus (*Barth.*) p. 293. §. 18. not.
f)
- de la Chambre p. 217. §. 7. not. p)
- Charpentier (*Jac.*) p. 80. §. 41. not.
w)
- Chytræus (*David*) p. 166. §. 47.
not. q)
- Cicero p. 20. §. 107. not. l) p. 301. §.
26. not. z)
- Clapmarius (*Arnold*) p. 123. §. 57.
not. e)
- Claramontius (*Scipio*) p. 217. §. 70.
not. p)
- Claubergius (*Jo.*) p. 171. §. 3. not.
c)
- Clericus (*Jo.*) p. 7. §. 27. not. x) p.
36. §. 62. not. r) p. 66. §. 61. p.
69. §. 79. p. 100. §. 40. not. f)
p. 130. §. 13. p. 134. §. 26. not. x)
- Cle-

Index I. *Autorum.*

- Clericus (*David.*) p. 94. §. 11. not. k) p. 292. §. 17. not. c)
- Cluverus (*Deslev.*) p. 166. §. 36. not. h)
- Colerus p. 278. §. 20. not. t)
- Comenius (*Jo. Amos.*) p. 208. §. 63. not. h)
- Conrart p. 122. §. 50. not. z)
- Conring (*Herm.*) p. 45. §. 7. not. f)
- Cornelius (*Nepos.*) p. 241. p. 21. not. r)
- Cuperus (*Franc.*) p. 152. §. 11. not. l) p. 156. §. 17. not. r)
- D**Acier (*Madam.*) p. 99. §. 36. 36. not. c)
- van Dale (*Anton.*) p. 104. §. 20. not. l)
- Damascenus (*Jo.*) p. 351. §. 45. not. o)
- Danhauerus (*Jo. Conr.*) p. 138. §. 38. not. h)
- Daniel (*Gabr.*) p. 65. §. 58. not. t) p. 68. §. 73. not. i)
- Delrio (*Mart.*) p. 167. §. 50. not. t)
- Dionysius (*Halicarnass.*) p. 111. §. 4. not. d)
- Dreierus (*Christian.*) p. 135. §. 27. not. y)
- E**ccardus p. 135. §. 27. not. y)
- Eislerus p. 135. §. 27. not. y)
- Empiricus (*Sextus.*) p. 151. §. 9. not. i) p. 153. §. 12. not. m)
- d'Espagne (*Jo.*) p. 137. §. 33. not. c) p. 187. §. 63. not. g) p. 337. §. 25. not. k)
- Euclides p. 160. §. 27. not. a)
- Everhardus (*a Middelburg.*) p. 132. §. 20. not. r)
- Eusebius p. 155. §. 14. not. o)
- F**icinus (*Marfil.*) p. 90. §. 87.
- Fleury p. 92. §. 99. not. w)
- Fludd (*Robert.*) p. 208. §. 63. not. h)
- Freigius (*Thom.*) p. 132. §. 20. not. r)
- Friderus (*Petr.*) p. 132. §. 19. not. q)
- Frömmius p. 135. §. 27. not. y)
- Stoschmäufeler p. 109. §. 44. not. e)
- G**alatinus (*Petr.*) p. 76. §. 21. not. i)
- Gassendus (*Petr.*) p. 96. §. 87. p. 197. §. 9. not. h) p. 198. §. 11. not. k) p. 224. §. 29. not. r)
- Gatakerus p. 220. §. 18. not. f)
- Gaudentius (*Paganin.*) p. 82. §. 47. not. b)
- Geilfusius p. 35. §. 27. not. y)
- Geilingius p. 225. §. 33.
- Gellius p. 82. §. 49. not. d) p. 126. §. 66. not. n)
- Glassius (*Salom.*) p. 184. §. 52. not. w)
- Goodwin p. 84. §. 54. not. f)
- Grabo (*Gregor.*) p. 228. §. 36. not. b)
- Gratianus p. 19. §. 105. not. g)
- Grotius (*Hugo.*) p. 91. §. 91. p. 126. §. 66. (a) 3.

Index I. Autorum.

- §. 66. *not. n*) p. 243. §. 29. *not. b*) &c.
 Gunzius (*Steph.*) p. 238. §. 6. *not. e*)
 Gylmann p. 143. §. 50. *not. u*)
Hænerus p. 84. §. 57. *not. i*)
 Hammondus (*Henr.*) p. 326. §. 17. *not. k*)
 Hardt (*Herm.*) p. 95. §. 13. *not. m*)
 Heberus p. 140. §. 42. *not. m*)
 Heidanus (*Abr.*) p. 137. §. 33. *not. c*)
 Helmontius p. 208. §. 63. *not. h*)
 p. 293. §. 17. *not. c*) p. 296. §. 23. *not. q*)
 Herbertus (*Baro*) p. 137. §. 33. *not. c*)
 d' Her p. 113. §. 13. *not. c*)
 Hertius p. 122. §. 53. *not. b*) *ibid.*
 p. 223. §. 57. *not. c*) p. 134. §. 24. *not. n*)
 Hieronymus p. 299. §. 26. *not. t*)
 Histoire de l' Academie Françoise,
 p. 116. §. 29. *not. f*)
 Hobbesius (*Thom.*) p. 91. §. 91. p. 153. §. 12. *not. m*)
 Hochberg (*Baro*) p. 278. §. 20. *not. t*)
 Hoffmann (*Joh. Jac.*) p. 122. §. 53. *not. b*) p. 305. §. 34. *not. i*)
 - (*Fridericus*) p. 305. *not. i*)
 Hornius (*Georg.*) p. 82. & 49. *not. d*)
 Hospinianus (*Rud.*) p. 324. §. 15. *not. g*) p. 327. *not. o*)
 Huëtius (*Petr. Dan.*) p. 108. §. 39. *ib.* §. 41. *not. b*) p. 139. §. 39. *not. i*) p. 154. §. 13. *not. n*)
 Hunnius (*Ægid.*) p. 349. §. 43. *not. k*)
 Huttenius (*Ulricus*) p. 126. §. 67. *not. o*)
 Hutterus (*Leont.*) p. 327. *not. o*)
IAquelot p. 36. §. 62. *not. s*)
 Instructorii autor p. 132. §. 21. *not. s*) p. 138. §. 35. *not. e*)
 Johnson (*Guil.*) p. 293. §. 18. *not. f*)
 Jonsius (*Joh.*) p. 92. §. 99. *not. w*)
 Justellus (*Christoph.*) p. 18. §. 104. *not. d*)
KEEKERMANNUS (*Barthol.*) p. 65. §. 59. *not. x*)
 Kerthold (*Christ.*) p. 195. §. 90. *not. c*)
 Kufflerus (*Joh.*) p. 130. §. 10.
LASTANTIUS p. 126. §. 66. *not. u*) p. 155. §. 12.
 Laërtius (*Diog.*) p. 81. §. 43. *not. x*)
 p. 161. §. 37. *not. k*)
 Lambecius (*Petr.*) p. 79. §. 31. *not. q*) p. 92. §. 99. *not. w*) p. 152. *not. i*)
 Lanzius p. 45. *not. f*)
 Larreus p. 66. *not. y*) p. 72. *not. q*)
 La vanité des Sciences p. 275. *not. h*)
 Launoius (*Jo.*) p. 131. *not. o*) p. 178. *not. c*)
 Lauterbachius p. 172. *not. f*)

Leib-

Index I. *Authorum.*

- Leibnitzius (*Godfr. Wilb.*) p. 71. *not. s)*
 Liberius de St. Amone p. 362. *not. s)*
 Eightfoot (*Jos.*) p. 84. §. 57. *not. i)*
 p. 184. *not. t)*
 Licht und Recht p. 214. *not. d)*
 Linnæus (*Jos.*) p. 45. *not. f)*
 Lipsius (*Justus*) p. 90. §. 87. p. 123. *not. d)* p. 299. *not. t)* &c.
 Loock (*Jos.*) p. 130. §. 13. & *not. m)*
 Lucianus p. 65. §. 58.
 Lutherus (*Mart.*) p. 353. §. 46. *not. t)*
Maimbourg (*Lud.*) p. 327. *not. o)*
 Majus (*Henr.*) p. 94. §. 10. *not. i)*
 Malebranchius p. 27. §. 18. *not. k)*
 p. 225. §. 32. & *not. x)*
 Mantica p. 138. *not. h)*
 Marsmannus p. 152. *not. i)*
 Martini (*Jacobus*) p. 131. §. 17. *not. o)*
 Matthæi (*Jos.*) p. 347. §. 41. *not. z)*
 Melville p. 152. *not. i)*
 Menagius (*Ægidius*) p. 147. *not. g)* p. 237. *not. c)*
 Meursius (*Jos.*) p. 102. §. 12. *not. d)*
 Middelburgius (*Everb.*) p. 132. *not. r)*
 Molierius p. 316. *not. s)*
 Montanus (*Micbæl.*) p. 100. *not. e)*
 Montaltius (*Ludov.*) p. 223. *not. p)*
 Morhofius (*Dan. Georg.*) p. 109. *not. e)*
 Mornæus (*Phil.*) p. 362. *not. r)*
 Morus (*Henr.*) p. 227. §. 35. *not. a)*
 p. 354. *not. x)*
 Mylerus (*ab Ehbrenbach*) p. 152. *not. i)*
Neumannus (*Casp.*) p. 94. *not. m)*
 Neumarck (*Georg.*) p. 116. *not. d)*
 Nicole p. 129. *not. g)*
Occam (*Guil.*) p. 324. §. 15.
 Octavia p. 108. *not. c)*
Paschius (*Georg.*) p. 210. *not. n)*
 Pasor p. 182. *not. q)*
 Pasquier p. 131. *not. o)*
 Paullini (*Christ. Franc.*) p. 62. *not. l)*
 Pays p. 113. *not. o)*
 Penus *artis historica* p. 64. *not. r)*
 Pfeifferus (*August.*) p. 191. *not. t)*
 Philareta p. 225. *not. y)*
 Piccartus (*Johannes*) p. 79. *not. r)*
 Picinellus (*Phil.*) p. 105. *not. o)*
 Plinius p. 127. *not. p)*
 Plutarchus p. 127. *not. q)* p. 169. *not. n)* p. 299. *not. t)*
 Poiretus (*Petr.*) p. 169. *not. n)* p. 189. *not. n)*
 Polybius p. 69. §. 78.

Port

- Port. (*Jac. du*) p. 102. *not. d*
 Prætis (*Simon de*) p. 138. *not. h*
 Pufendorffius (*Sam.*) p. 48. *not. a*
 p. 66. §. 62. p. 91. §. 91. p. 125.
 not. k) p. 193. *not. a*
Quintilianus p. 110. *not. a*) p.
 111. *not. c*) d) f) g) h) i) k) p.
 134. *not. x*)
Rachelius (*Sam.*) p. 52. *not. h*)
 p. 216. *not. i*)
 Ramus (*Petr.*) p. 90. §. 88. p. 128.
 not. a)
 Rapinus (*Renat.*) p. 65. *not. u*) p.
 ead. §. 60. p. 72. §. 88. &c.
 Rauenstein p. 293. *not. f*)
 Rechenbergius (*Adam.*) p. 237. *not.*
 c)
 Reimmannus (*Jac. Friedr.*) p. 132.
 not. q)
 Reinicke (*Voff.*) p. 109. *not. c*)
 Reinking (*Theod.*) p. 35. *not. r*)
 Renaaldinus (*Carol.*) p. 154. *not. m*)
 p. 156. *not. t*)
 Rennemannus (*Henric.*) p. 132. *not.*
 q)
 Reuchlinus (*Jo.*) p. 94. §. 9. p. 184.
 not. w)
 Rittangel p. 94. *not. k*)
 Rorarius (*Hieron.*) p. 302. *not. e*)
 Rothius p. 195. *not. e*)
 Rovenius p. 354. *not. x*)
Sallustius p. 82. *not. d*)
 Salmasius (*Claud.*) p. 100. *not. c*)
 p. 218. *not. b*)
 Sanderfonius (*Robert.*) p. 33. *not. k*)
 Santis (*Edwin*) p. 33. *not. k*)
 Saresberienfis p. 152. *not. i*) p. 156.
 not. t.)
 Saavedra p. 105. *not. o*)
 Scarron p. 102. *not. d*)
 Schefferus (*Jo.*) p. 80. *not. s*) p.
 120. *not. a*) p. 228. *not. x*)
 Scherbius (*Phil.*) p. 132. *not. q*)
 Scherzerus (*Adam*) p. 171. *not. b*)
Autor des Schimpffs und Ernsts,
 p. 276. *not. m*)
 Schultes (*Jac.*) p. 331. §. 20.
 Schuppilus (*Job. Balbaf.*) p. 35. *not.*
 x)
 Schwenter (*Dan.*) p. 159. *not. y*)
 p. 164. *not. f*) p. 169. *not. m*)
 Seioppius (*Casp.*) p. 90. §. 87. p.
 97. *not. t*) p. 223. §. 28. & *not.*
 q)
 Seckendorff (*Veit Ludw.*) p. 330. §.
 19.
 Seldenus (*Job.*) p. 84. *not. h*) p.
 94. *not. h*)
 Sidneius (*Algernon.*) p. 76. *not. p*)
 Simon Richard. p. 94. *not. k*) & m)
 p. 95. *not. o*) p. 347. *not. a*)
 Sorcellus (*Car.*) p. 108. *not. b*)
 Spencerus (*Jo.*) p. 129. *not. q*)
 Spenerus (*Phil. Jac.*) p. 336. *not. g*)
 Stahlius (*Georg. Ernest.*) p. 289. *not.*
 o) p) &c.
 Stanleius (*Thom.*) p. 79. *not. r*)
 Stillingflet p. 354. *not. x*)
 Stobæus (*Jo.*) p. 80. *not. u*)

Index I. Autorum.

- Struvius (*Georg. Adam.*) p. 188.
not. l)
- Strykius (*Sam.*) p. 119. *not. o)*
- Sturmius (*Jo. Christ.*) p. 164. *not. f)* p. 92. *not. u)* p. 170. *not. q)*
- T** Alæus Audemar p. 131. *not. o)* p. 133. *not. t)*
- Taylorius p. 33. *not. k)*
- Theophrastus Paracelsus p. 21. *not. s)*
- Thomasius (*Jacob.*) p. 77. *not. l)* p. 115. *not. y)* p. 171. *not. a)* &c.
- - (*Christianus*) p. 1. *not. d)* &c.
- Thuanus (*Jac. Aug.*) p. 66. §. 62.
- Thucidides p. 68. *not. i)*
- Torreblanca p. 189. *not. m)*
- Trentlerus (*Hier.*) p. 132. *not. q)*
- Tribbechovius p. 88. *not. q)* p. 324. *not. f)*
- Tschirnhausen p. 1. *not. d)* p. 13. *not. t)* p. 158. *not. u)*
- V** Alerianus (*Pierius*) p. 216. *not. o)*
- Valefius (*Adr.*) p. 209. *not. k)*
- Valla (*Laurent.*) p. 90. §. 88.
- Vanninus (*Jul. Caf.*) p. 191. *not. u)*
- le Vaffor p. 6. *not. r)* p. 66. *not. y)* p. 73. *not. d)*
- Vaierius p. 90. §. 87. p. 100. *not. c)* p. 224. §. 30. & §. 31. *not. w)*
- Vellejus Paterc. p. 71. §. 87.
- Velthuysen (*Lambert.*) p. 237. *not. c)*
- Verulamius (*Franc. Bac.*) p. 197. *not. f)* p. 293. *not. e)*
- Vives (*Lud.*) p. 90. §. 88.
- Voiage dans le monde de Cartesp. 44. *not. e)*
- Voiture p. 113. *not. p)*
- Vopifcus (*Flav.*) p. 316. *not. u)* &c.
- a** Vorburg (*Jo. Phil.*) p. 68. *not. g)*
- Vosius (*Gerb. Jo.*) p. 65. §. 59. & *not. u)* p. 79. *not. r)* p. 92. *not. w)*
- de Vries (*Gerb.*) p. 197. *not. h)*
- W** Agenfeil (*Jo. Christ.*) p. 237. *not. o)*
- Wallifius (*Jo.*) p. 153. *not. m)*
- Watfon (*Mich.*) p. 15. *not. y)*
- Wehrenfels p. 112. *not. l)*
- Weifius (*Christ.*) p. 118. *not. k)* p. 145. *not. d)*
- Whearus (*Degoreus*) p. 66. *not. x)*
- Weigelius (*Valent.*) p. 162. *not. b)* & c) p. 164. *not. f)*
- Wowerus (*Jo.*) p. 93. *not. d)*
- Wünfchius (*Jo. Wilh.*) p. 143. *not. n)*
- X** Enophon p. 22. *not. r)* p. 218. *not. a)*
- Z** iegler (*Caspar*) p. 63. *not. u)* p. 192. *not. w)*
- Zimmermannus (*Jo. Jac.*) p. 354. *not. u)*

INDEX II. RERUM.

- A** *Academia*. An inventio harum laudabilem habuerit scopum p. 44. §. 7. Quatuor facultates sunt inventum Cleri papalis *ib.* f) Quod faciant ad promovendam felicitatem humanam p. 45. §. 8.
- Academica Secta*, quomodo differat a Sceptica. p. 81. §. 44.
- Adamus*, Sapiens ejus p. 14. §. 7. §.
- Adiaphora*. An doctrina de Adiaphoris in S. scriptura fundata sit. p. 256. §. 78.
- Aër*. Aër & lumen etiam in scriptura S. tanquam res spirituales considerantur. p. 174. §. 15. & *not.* q) sententia de elasticitate aëris. p. 202. §. 36.
- Affectus*. Cautelæ circa doctrinam de affectibus. p. 230. §. 44. quomodo affectus sint reprimendi. p. 235. §. 59. an possibile id ipsum sit. p. 234. §. 58. Affectus, an ex scriptis possint cognosci. p. 268. §. 23. & *not.* b) in se non sunt mali. p. 304. §. 35. sanctitatem corporis num promoveant. *ib.*
- Agriultura*. Ars antiquissima, nobilissima & innocentissima. p. 277. §. 14. Cur hæc ars negli-
- gatur. p. 277. §. 18. differentia inter agricolam & rusticum. p. 277. §. 16. Studiosus juris fundamenta agriculturæ cognita & perspecta habeat. p. 278. §. 19. Unde hæc doctrina petenda? p. 278. §. 20.
- Alchymia*. Studium ejus maxime cavendum. p. 212. §. 77.
- Allegationes*. Cautelæ circa allegationes Legum & Doctorum. p. 119. §. 40. Abusus in allegatione Textuum scripturæ S. p. 343. §. 35.
- Amerpöeh*. Judicium de ejus Phylita. p. 209. §. 65. *not.* k)
- Amor* rationalis non est specie diversus affectus. p. 231. §. 51. quid sit. *ibid.*
- Anatomia*. Genuinus usus anatomia. p. 294. §. 20.
- Angelus*. Doctrina Judæorum de angelis fugienda. p. 184. §. 3. origo hujus doctrinæ *ibid.* §. 54. doctrina de angelis ex sola scriptura credenda. p. 185. §. 55. & est articulus fidei. *ibid.* §. 55. *not.* 2) quomodo dicta scripturæ de angelis explicanda. p. 186. §. 57.
- inepta Scholasticorum doctrina

na de angelis §. 58 doctrina de angelorum operationibus magis usui est, quam doctrina de eorum essentia. p. 187. §. 62. locutio angelorum. p. 186. §. 58. not. c)

Anima, causa morborum. p. 302. §. 29. 30.

Animalium historia. p. 205. §. 47.

Antinomiae dantur in corpore Juris. p. 139 not. l)

Antiquitates. Studium antiquitatum maxime necessarium in Theologiae studio. p. 326. §. 17.

Aniſthenis, ejusque Sectatorum Cynicorum scilicet, doctrina moralis. p. 219. §. 16.

Arabes. Graecam & latinam philosophiam adoptarunt. p. 87. §. 74.

Architectura. Usus hujus scientiae. p. 151. §. 9. & not. i)

Aristoteles. Ejus doctrina moralis. p. 219. §. 17. Defectus hujus moralis doctrinae. p. 223. §. 26. 27. Quam multi emendandam sibi sumserunt *ibid.* §. 28. Bassianus Caracalla omnia Aristotelis scripta aboleri curat. p. 86. §. 66. Cur Aristotelica philosophia apud Protestantem commendari soleat. p. 90. §. 86. Memorantur ii, quibus jugum Aristotelicae philosophiae displicuit. p. 90. §. 87. *seq.* Fa-

ta Aristotelicae Philosophiae in Gallia p. 89. §. 80. in Germania, *ib.* §. 81. *seqq.* Judicium de concilianda philosophia Aristotelica cum Platonica, p. 91. §. 94. Usus, quem Juris Studiosus ex Philosophia Aristotelica sperare potest. p. 92. §. 98.

Arithmetica ceterarum Matheos disciplinarum fundamentum. p. 151. §. 7. Usus Arithmeticae *ib.* §. 7. & not. g) h)

Ars, divisio philosophiae in septem liberales artes antiquis fuit ignota. p. 90. §. 2. memorantur septem liberales artes. p. 91. §. 3.

Astrologia. Usus Astronomiae. p. 151. §. 9. Incertitudo Astronomiae, p. 155. §. 17. not. r) hodierna Astronomia commode ad Mathematicam refertur p. 196. §. 4. not. a)

Atheus. Distinctus conceptus de atheo. p. 191. §. 79. not. t) Comparatio inter atheum & superstiosum instituta, p. 195. §. 91. Exempla falso accusatorum atheismi. p. 191. §. 80. not. u) Num dentur athei speculativi, p. 192. §. 81. verae causae atheismi. *ibid.* §. 82. *et.* §. 65. 66. Non possunt convinci athei per disputationes, p. 192. §. 84. & cur, *ib.* not. y) injuste atheos persequimur, *ib.* §. 85. 86. nam

(b) 2

toler-

tolerari debeant in Republica a-
 thei, *ib. not. z*) quomodo athei
 debeant in viam salutis reduci,
 p. 193. §. 86. *ir. §. 87. not. b*)
 Qui superstitioni se opposue-
 runt, atheismi fuerunt accusati
 p. 195. §. 90. David in Psalmis
 praticos magis quam speculati-
 vos atheos refellit. p. 351. §. 45.
 Distinctio inter atheos supersti-
 tiosos, impios, & hypocritas p.
 354. §. 48. & *not. y*)
Avaritia magis impedit quam pro-
 movet acquisitionem divitia-
 rum. p. 283. §. 44.
Auditor. Officium auditorum &
 docentium. p. 50. §. 17. *seq.*
Auerroës. Philosophia ejus & inde
 orta secta. p. 88. §. 75.
Autochiria illicita. p. 301. §. 26. &
not. a)
Beatus donon differt a felicitate.
 p. 8. §. 34. cur hactenus di-
 stinctæ fuerint, *ib. not. e*) quili-
 bet de salute & felicitate sua de-
 bet esse sollicitus. p. 318. §. 4. *not.*
a)
Biblia, ad sapientiam acquirendam
 liber est necessarius. p. 31. §. 41.
 optime omnium ad veram natu-
 ræ & sui ipsius cognitionem ma-
 nuducit. p. 33. §. 52. omnes par-
 tes veræ sapientiæ in sinu fovet,
 p. 34. §. 59. utilitas ex lectione
 scripturæ S. redundans. p. 35.

§. 63. ratio & contradictio-
 nibus vacare debet esse interpre-
 tatio scripturæ. p. 311. §. 9. Le-
 ctio scripturæ nemini interdi-
 cenda. p. 321. §. 10. ad ve-
 ram Theologiam utique sufficit.
ib. §. 10. S. scriptura non est ob-
 scura aut difficilis intellectu. p.
 37. §. 73.
Baclerus. Judicium de ipsius chara-
 cteribus Vellejanis. p. 72. §. 89.
Bonum. Bonum & malum ex vo-
 luntate proficiscitur. p. 5. §. 14.
Buddæus. Laudatur ipse Logica.
 p. 131. §. 14.
Abbala Judæorum parum sapi-
 entia continet. p. 76. §. 20.
 sed non plane rejicienda. *ib. not.*
i)
Cicuta. Philosophiæ sectariæ au-
 tores. p. 75. §. 12.
Campanella, non fuit atheus. p. 191.
 §. 80. *not. u*)
Casus legum formare calleat stu-
 diosus Juris, p. 109. §. 45. *seq.*
Certitudo intellectus certitudini
 cordis contradistincta. p. 59. §.
 17. definitio certitudinis cordis,
ib. §. 18. certitudo cordis plus
 prodest societatibus humanis,
 quam certitudo intellectus. p. 59.
 §. 21.
Christus restaurator veræ & infuca-
 tæ sapientiæ p. 84. & 58. docet
 veram doctrinam moralem p.

222. §. 23. doctrina Christi non solum futuræ sed etiam præsentis vitæ felicitatem monstrat. *ib.* §. 23. *nor.* l) Doctores ecclesiæ Philosophiam gentilem Christianismo miscent. p. 87. §. 72.

Cibus. vera doctrina de dicta certa ratione cibi & potus servanda. p. 310. §. 45.

Cicero. commendantur ejus scripta. p. 82. §. 50. Cuinam sectæ addictus fuerit? *ib.* §. 50. *nor.* e) Judicium de ejus Philosophiâ morali. p. 221. §. 21. An atheus fuerit? p. 191. §. 8. *nor.* u) affectata imitatio stili Ciceroniani. p. 99. §. 33. *conf.* p. 115. §. 23. verboritas Ciceronianorum. p. 99. §. 35. *not.* b)

Civilitas morum sacræ scripturæ non est adversa. p. 257. §. 79.

Clericus Jo. Laudantur Clerici Parrhasiana. p. 65. §. 61. commendatur ejus Logica. p. 130. §. 13. & Physica. p. 200. §. 19. & *not.* r)

Cœna sacra. An institutio cœnæ sacræ antiquitatibus Judaicis originem debeat. p. 325. §. 17. doctrina Lutheri de sacra cœna ex scholastica manavit philosophia. p. 89. §. 83. p. 324. §. 15. Irrationalis doctrina Pontificiorum de transubstantiatione in sacra cœna. p. 320. §. 9. An & reformatorum sententia de

sacra cœna irrationalis sit? p. 322. §. 11.

Cognitio quo sensu pars sapientiæ & veræ eruditionis dici possit. p. 9. §. 39. Cognitiones nimis subtiles magis noxiæ sunt, quam utiles. p. 10. §. 44. fructus veræ cognitionis boni. p. 21. §. 109. differentia inter imperfectiorem cognitionem humanæ & incertitudinem cognitionis. p. 59. §. 16.

Comædia. insulsa præcepta in comædiis componendis. p. 104. §. 24.

Complacencia virtus fons est omnis decori. p. 253. §. 69. *not.* r)

Complimentum. Stilus complimentosus non profus fugiendus. p. 117. §. 31. 32. nec sacris literis repugnat. 342. §. 33.

Conscientia. Liber conscientie ad acquirendam sapientiam necessarius. p. 31. §. 41. 42. communes libri de conscientia & regulæ eam in rem traditæ ad sapientiam nihil vel parum profunt. p. 35. §. 51.

Consubstantiatio. Doctrinam de hac consubstantiatione Lutherus ex philosophia scholastica sumit. p. 325. §. 53.

Consuetudo. quomodo etiam sanitati nocere possit. p. 311. §. 45. *not.* g)

Contranaturales res quid sint. p. (b) 3. 60.

60. §. 27. revelatio divina abhorret a rebus contranaturalibus. *ibid.* §. 28.
- Conversatio* cum sapientibus necessaria est ad parandam sibi sapientiam. p. 39. §. 52. *seq. conf.* voc. *Doctōr.* conversatio cum decore viventibus commendatur. p. 254. §. 72.
- Cor.* *Cordis* purgatio remedium est facillimum perveniendi ad sapientiam. p. 26. §. 11. quomodo hæc purgatio institueda. *ibid.* §. 12.
- Cornarus.* Fabulosa narratio de dicta Cornari. p. 310. §. 44. *not. e.)*
- Corpus.* Essentia corporis non consistit in extensione. p. 201. §. 25. errores, qui exinde flunt. *ib.* §. 26. *seq.*
- Creatio* visibilium & invisibilium. p. 205. §. 54.
- Credulitas* ex amore irrationali ortum ducit. p. 60. §. 32. *not. h)*
- Crux.* Vera doctrina de cruce & calamitatibus Christiani. p. 338. §. 28. *not. o)*
- Curiositas* est affectus. p. 230. §. 48.
- Cynicorum* philosophia moralis. p. 219. §. 16.
- D***Ecorum.* Cavenda Cynicorum doctrina decorum non agnoscens. p. 236. §. 4. Doctrina de decoro hactenus neglecta. p. 237. §. 5. quid desiderandum in scriptoribus de decoro. *ibid.* §. 6. necessitas ac utilitas doctrinæ de decoro. *ib.* §. 7. vocabulum decori quam rei ipsi respondeat. p. 238. §. 8. Definitio decori. *ibid.* §. 9. decorum juris naturæ ex communi hominum æqualitate deducitur. p. 239. §. 11. an doceri possit decorum politicum. p. 240. §. 18. *seq.* hoc requirunt actiones indifferentes. p. 241. §. 20. definitio decori politici. *ibid.* §. 22. quæ latius explicatur. *ibid.* *seq.* Extra societatem non datur decorum. p. 242. §. 24. 25. nec inter amicos. *ibid.* §. 26. cessat porro inter æque sapientes. *ibid.* §. 27. quo imperfectiones societates sunt, eo majori opus habent decoro ac ceremoniis. p. 243. §. 28. ad decorum non possumus cogi. p. 246. §. 26. *seq.* divisio decori politici. p. 248. §. 48. decorum politicum supponit inæqualitatem hominum. p. 239. §. 11. distinctio inter decorum juris naturæ & decorum politicum. p. 248. §. 49. *seq. add.* p. 239. §. 11. regula decori politici communis. p. 250. §. 56. regulæ de deco-

decore particulari, p. 252. §. 63. *rr.* 72. indecorum explicatur, *ib.* §. 64. *seq.* fons omnis decori est virtus complacentiæ. p. 253. §. 69. *not.* r) facillime decorum politicum ab ambitiosis discitur. p. 254. §. 71. præ reliquis studioso juris disciplinæ decori opera nauanda est. p. 255. §. 73. doctrina de decore non repugnat S. scripturæ. p. 255. §. 74. *seq.* imitatio nimis accurata decori, ac affectatum ejus studium cauendum. p. 259. §. 85. conuersatione cum decore uiventibus decore discimus uivere. p. 254. §. 72.

Democritus omnium actionum hominum stultarum risor. p. 80. §. 39.

Deus. In Deum ex creaturis nihil mali uel boni redundare potest. p. 6. §. 18. studia falso dicuntur dirigi ad gloriam Dei, *ib.* §. 19. *seq.* quomodo Dei gloria ab hominibus possit promoueri, *ib.* §. 21. *seq.* Deus in operibus suis & creaturis essentiam suam ac potentiam manifestauit. p. 31. §. 43. Deus non potest contradictoria efficere. p. 60. §. 28. ne habeas conceptus erroneos de Deo. p. 175. §. 19. & *not.* u) essentia Dei definiri non potest. p. 176. §. 20, 21. quid de Deo ex

ratione prædicari possit. *ib.* §. 22. stulta est quæstio de essentia Dei definienda, *ib.* §. 23. & *not.* z) rationalis conceptus de omnipotentia Dei. p. 177. §. 15. inutilis quæstio, an Deus plura possit facere quam uelit? p. 177. §. 26. Deus nunquam uult contradictoria. p. 178. §. 28. quousque hæc ueritas extendi debeat? p. 178. §. 32. Trinitas Dei non involuit contradictionem. p. 179. §. 33. *not.* h) attributa Dei non possunt definiri, p. 181. §. 44. *conf.* p. 350. §. 45. uera doctrina de omnipræsentia Dei. p. 166. §. 45. error Cartesii circa conceptum omnipræsentiæ diuinæ. *ib.* §. 46. scholasticorum doctrina de sanctitate diuina. p. 182. §. 47. errores & mala inde redundantia, *ibid.* & §. 48. cauenda doctrina iudaica de attributis Dei. p. 184. §. 52.

Diabolus est substantia mala extra & intra hominem operans. p. 188. §. 65. & *not.* i) in applicatione scripturæ S. de operationibus diaboli non præcipitanter agendum. *ib.* §. 66. communis error quasi omnia ea, quæ Physici ignorant, pro operibus diaboli uenditanda sint. *ib.* §. 67. an is, qui diabolum negat, Deum etiam

- etiam statim neget. p. 189. §. 7.
- Dieta.** Vera doctrina de servanda aliqua diæta. p. 303 §. 34. *seq.* diæta nimis sollicita cavenda. p. 310. §. 44. *seq.* fabulosa narratio de diæta Cornari Itali, p. 310. *not. e)* in quo vitæ genere & ordine diæta facillima opera servari queat. p. 312. *not. l)*
- Dialogus.** Differentia dialogorum, p. 105. §. 27. iudicium de dialogis Luciani, *ibid.* §. 28. & Ciceronis, *ib.* §. 29. item Bouhourii p. 106. §. 30. Jo. Ristii & Erasmi Francisci. *ibid.* §. 31. 32. maximum dialogorum artificium in quonam consistat, *ibid.* §. 32.
- Dichotomia** exiguum usum præstant. p. 133. §. 22. licet a Ramistis adamatæ, *ibid.* *not. t)* & ab Autore instructorii. *ib.* §. 22.
- Disputatio.** Regulæ disputationis non negligendæ. p. 141. §. 51. cur raro disputandum sit, *ib.* §. 52. rarius opponendum, quam respondendum. p. 144. §. 53. disputando sæpius veritas amittitur quam invenitur. *ib.* *not. y)* studium rixose disputandi quam obsit. p. 144. §. 54. *conf.* p. 348. §. 43. Cautelæ circa disputationes observandæ. p. 145. §. 57. *seq.* tres disputandi modi. p. 144. §. 57. laudatur methodus disputandi per quæstiones & responsiones. p. 146. §. 60. & *not. e)* *conf.* p. 348. §. 43. unde neglectus hujus methodi repetendus. p. 146. §. 61. objectiones contra hanc methodum discutuntur. *ib.* §. 62. libri, ubi ista methodus vel adhibita vel etiam regulis certis inclusa. p. 147. §. 63. *not. h)* qua ratione methodus hæc rursus introduci queat. *ibid.* §. 64. Jctus eadem potissimum instructus sit. *ib.* §. 65. regulæ circa hanc disputandi methodum observandæ. p. 148. §. 66. *not. l)* cautelæ circa disputationem in scriptis. p. 149. §. 68. 69.
- Divisio.** Regulæ certissimæ ditedendi. p. 283. §. 42.
- Doctõr.** quatenus studiosus sapientiz opus habeat Doctõre & præceptore. p. 37. §. 73. a Doctõribus pseudosapientibus cavendum. p. 38. §. 75. *seqv.* usus præceptorum aut doctõrum viventium, *ib.* §. 78. præstat familiariter conversari cum sapientibus quam audire docentes continuo discursu. p. 39. §. 82. *seq.* distinctio inter munus Doctõris & Principis. p. 48. §. 1. officium doctõris & Principis non cadere possunt commode in unum idem.

demque subjectum. p. 49. §. 4. distinctio inter doctorem & patrem. *ib.* §. 6. de officio doctoris erga discipulos. *vid.* integrum cap. 4. p. 48. *seq.* duplex methodus separandi doctrinas utiles ab inutilibus. p. 55. §. 49. hilaris animus requiritur in doctore. p. 23. §. 128.

Dubitatio, vera doctrina de dubitatione sobria. p. 136. §. 30. *sq.* dubitatio & negatio distinctæ sunt. *ibid.* §. 32.

Ecclesia Patres nimio philosophiæ Stoicæ & Platonice amore ducti, p. 86. §. 68. *seq.* incauti christianismo philosophiam gentilem miscent. p. 87. §. 72. fuerunt vera doctrina philosophiæ moralis destituti. p. 222. §. 25.

Eclecticis. Studiosus sapientiæ sit eclecticus. p. 91. §. 95. utilitas, quam præstat philosophia ecclesiastica. *ibid.* §. 96. *seq.*

Ejulatio. Sapiens non ejulat. p. 20. *not.* 1)

Eleemosyna. Verus conceptus eleemosynarum. p. 274. §. 6. ratio eleemosynarum apud Judæos. *ibid.* *not.* f) astutia Monachorum, qui sibi eleemosynas attribuunt. *ibid.* *conf.* pauperes.

Emblemata, regulæ inutiles, quæ
(Tomaf. Cansel. Pars I.)

de perfecto emblemate tradisolent. p. 105. §. 25. *not.* n) cautiones circa hanc cortem. *ibid.* §. 26.

Enthusiasmus. Natura Enthusiastmi. p. 354. §. 47. *not.* x) maxime cavendus. *ibid.* §. 47.

Epicuri Philosophia moralis. p. 220. §. 20. a quibus recocta. p. 223. §. 29.

Erasmus atheismi accusatus a monachis, p. 191 *not.* u)

Error in se nec bonus nec malus. p. 4. §. 7. errorum utilium exempla. *ibid.* §. 8. *not.* k) unde error utilis vel inutilis, bonus vel malus dicatur. *ibid.* §. 9. *seq.* Deus ex humano errore nihil commodum aut damnum sentit. p. 6. §. 18. nec sapiens ab erroribus immunis. p. 74. §. 5. differentia inter sectarium & errantem. *ibid.* necessitas doctrinæ de origine erroris. p. 137. §. 33. quomodo sapiens in refutandis erroribus se gerat. p. 144. §. 55. *seq.* errantes non sunt persequendi. p. 193. §. 85. *not.* 2)

Eruditio non ponenda in sola cognitione veri. p. 1. §. 3. cum prudentia conjungenda. p. 9. §. 40. *vid.* sapientia. *it.* studia.

Ethica. *vid.* Philosophia moralis.

(c)

Evenr

Eventus. Ab eventu actionum felici non est argumentandum ad prudentiam hominis. p. 70. §. 82. eventus actionum humanarum a divina pendet providentia. *ibid.* §. 83.

Exemplum. Distinctio inter doctrinam in exemplis & per exempla. p. 52. *not. f*) usus harum doctrinarum. *ibid.*

Experimenta. Nulla veritas ignota potest inveniri experimentis. p. 203. §. 42. eadem experimenta fluunt sæpe ex diversis principiis. *ibid.* §. 43. per experimenta facile decipi possumus. p. 204. §. 44. cautela circa adhibenda experimenta artificialia rariora & pretiosa. *ibid.* §. 45. experimenta tamen non plane negligenda. *ibid.* §. 46. usum quem præstant experimenta ad agnoscendos fines intellectus nostri. p. 205. §. 48.

Extensio. Erronea Cartesii sententia de extensione corporum, p. 201. §. 25. quænam ex hac hypothese manaverint aliæ erroneæ conclusiones *ibid.* §. 26.

Fabula. Usus fabularum politicarum. p. 108. §. 44. Scriptores huc pertinentes. *ibid.* p. 109. *not. e*)

Facultates. Artium & scientiarum facultates nimis laudabilem ha-

bere scopum. p. 44. §. 6. 7. non debent certis limitibus inter se distingui. p. 46. §. 17.

Felicitas. Omnes creaturas DEus fecit, ut felices sint. p. 8. §. 33. vox felicitatis & infelicitatis non occurrit in novo foedere. p. 9. *not. f*) inter felicitatem & beatitudinem nulla intercedit differentia. p. 8. §. 34. cur apud Germanos ut diversi plane conceptus definiantur. *ibid.* *not. e*) verus apud christianos felicitatis & infelicitatis significatus. *ibid.* §. 35. vera felicitas habet suos gradus diversos. p. 9. §. 36. felicitas æterna & temporalis quomodo differant. *ibid.* §. 37. *seq.* distinctio inter felicitatem naturalem & supernaturalem. p. 27. §. 17. in quonam summa felicitas & summum hominis bonum consistat. p. 228. §. 39. *seq.* cautela circa conceptum veræ felicitatis observandæ. p. 228. §. 38. *seq.*

Fictio. Doctrina de fictionibus studiose juris maxime utilis. p. 109. §. 45. *seq.* *vid.* pl. Poësis.

Fides. Distinctio inter scientiam & fidem. p. 58. §. 12. hæc distinctio non confundenda cum distinctione inter scientiam & verosimilitudinem. *ibid.* §. 13. definitio fidei strictè sic dictæ.

p. 60. §. 30. distinctio inter fidem philosophicam, historicam, juridicam & theologicam & definitio uniuscujusque in specie. p. 61. §. 34. *seqq.* doctrinæ de fide & variis ejusdem affectionibus traditæ maxime convenientes sunt scripturæ. *ibid.* not. k) sine certitudine sensuum fides esse non potest. p. 82. §. 46.

Fiducia. Definitio fiduciæ strictæ sic dictæ. p. 60. §. 31. distinctio inter stultam & sapientem fiduciam. *ibid.* §. 32.

Fletus. Non est character seriæ poenitentis. p. 17. §. 93. sed tamen non omnis fletus damnandus. p. 20. §. 106. *seq.* fletus est proprium hominis p. 18. §. 103. cur Pontificii fletum ad poenitentiam necessarium putaverint. *ibid.* §. 104. 105. & p. 9. not. g)

Fortitudo. Communiter historici ethnici commendant fortitudinem bellicam. p. 70. §. 81.

Fortuna. *vid.* Felicitas.

Fraternitas. Fraternitas inter pocula contracta non decet christianos. p. 257. §. 81. regulæ christianismi non postulant, ut omnes christiani se fratrum nomine compellent invicem. p. 257 §. 82,

Fraternitas rosæ crucis, p. 212. §. 78. not. w)

Frigusculum, quid sit. p. 51. §. 22. conjunctum est cum majori civilitate, quam qua uti solemus erga amicos. *ibid.* §. 23.

Gassendus. Autoritas Philosophiæ & Physicæ Gassendi, p. 197. §. 9. convenientia physice Cartesianæ & Gassendistice. *ibid.* §. 10. quomodo differant ab invicem. p. 198. §. 11. errores fundamentales in philosophia Gassendistice. p. 198. §. 14. *seq.*

Geometria. Usus hujus disciplinæ insignis. p. 151. §. 8. geometrica demonstratio æque incerta ac physica. p. 153. not. m)

Germanica lingua, *vide* lingua.

Geulingius Arnoldus. Judicium de ejus Ethica. p. 225. §. 33.

Gnostologia. Quisnam usus sit Gnostologiæ. p. 135. §. 27. Scriptores Gnostologiarum. *ib.* not. y)

Grammatica, quomodo differat a Grammatistica. p. 93. §. 4. non habenda est pro sapientia aut vera eruditione. p. 100. §. 39. *vid.* Lingua.

Græcica Philosophia dividitur p. 80. §. 33. *sq.* qua occasione ad Romanos translata. p. 82. §. 47. 48. a Catone, Salustio, &c.

contemta, *ibid.* §. 49. Cicero ostendit philosophiam non esse adstrictam ad linguam græcam. *ibid.* §. 50. cur scriptura sæpius græcorum mentionem faciat. p. 84. §. 55.

Gratia. Distinguenda natura & gratia. p. 27. §. 16. *item*, lumen naturæ & gratiæ, *ib.* §. 18. a paucis scriptoribus hæc rite fuerunt distinctæ, *ibid.* *not.* k) & p. 336. *not.* g) quomodo distinguendum sit lumen naturæ a lumine gratiæ. p. 58. §. 11. *not.* f) & p. 336. §. 25.

Hæresis. Hæreses maximam partem ex gentili philosophia in Christianam religionem manarunt. p. 87. §. 72. *not.* o) *conf.* p. 323. §. 14. Deus non vult ut odio persequamur hæreticos. p. 323. §. 13. distinctus conceptus formandus de hæresi. p. 191. §. 79. & *not.* t)

Heraclytus, an actiones humanas ploraverit. p. 80. §. 39.

Hercules. Fabula de Hercule in bivio inepta, p. 22. *not.* r)

Hilaritas facit ad conservandam sanitatem corporis. p. 304. §. 35. *seq.* Doctorem hilari oportet esse animo. p. 23. §. 128. *seq.* hilaritas non repugnat scripturæ S. p. 338. §. 28. & *not.* o)

Hilleliana Secta inter Phariseos,

p. 84. §. 56. 57. fraudes Hillelis. p. 84. §. 57.

Historia alter oculus sapientiæ, p. 57. §. 1. studioso sapientiæ maxime necessaria. p. 61. §. 38. quotuplex historia. p. 73. §. 1. neglectus studii historici. p. 61. §. 39. causæ hujus neglectus. p. 62. §. 40. -- 50. Jucunditas studii historici. p. 64. §. 52. necessitas ejusdem, *ib.* §. 53. & utilitas, *ibid.* §. 54. utilitas, quam historia philosophica præbet juris studioso *ibid.* §. 55. quamque ex historia juris capere potest. *ibid.* ex historia politica. *ibid.* ex historia ecclesiastica *ibid.* utilitas, quam nobilis inde sperare potest. p. 65. §. 56. Historici utiles ab inutilibus secernendi. *ib.* §. 57. Historici boni nascuntur non fiunt. p. 66. §. 62. quomodo historia cum fructu legenda, *ibid.* §. 63. *seq.* historiis arcanis plerumque plus fidei habendum quam publicis. p. 67. §. 68. Cautela circa fidem historico adhibendam. p. 68. §. 71. sobrie dubitandum de rebus historicis. *ib.* §. 72. Judicium de orationibus apud historicos. p. 68. §. 73. differentia inter Epitomatores & fusiores historicos. p. 69. §. 75. Scopus in historiis legendis stultus.

tus, p. 72. §. 90. non statim historici cum observationibus politicis legendi. *ib. not. y*) an historia ad emendationem aut mutationem rerum publ. addiscenda sit. *ibid.* §. 91. an lectione historiarum cognitio & desiderium boni & mali acquiratur. *ibid.* §. 92. an lectione historiarum prudentia politica parari possit. p. 73. §. 93. lectio historiarum pręparat saltem ad prudentiam politicam. p. 73. §. 94. historia sectarum philosophicarum necessaria studioso sapientia. p. 74. §. 2. Scriptores historię Philosophicę. p. 100. §. 40. *not. f*)

Homo, ad utilitatem reliquarum creaturarum parum confert. p. 7. §. 26. *seq.* origo sententię, hominem esse nobilissimam creaturam. p. 12. §. 58. *not. r*) homo miserima creatura. *ibid.* §. 59. tum intuitu bonorum corporis, *ibid.* §. 60. cum etiam intuitu bonorum animi. p. 13. §. 68. ratio ad cognitionem veritatis homini noxia. p. 14. §. 73. *seq.* gaudia & dolores hominum plerique sunt saltem imaginarii. p. 15. §. 76. maxima hominum stultitia intuitu voluntatis. p. 15. §. 78. Nimia hominis inconstantia in desiderio boni impedit

eum, quo minus consequatur bonum. p. 15. §. 80. *seq.* homo sine agnitione proprię miserię sapiens fieri nequit. p. 16. §. 85. in quonam agnitio hęc proprię miserię consistat. *ibid.* §. 88. ars humana est simia naturę. p. 32. §. 46. fines exigui intellectus humani. *ibid.* §. 47. in quonam cognitio sui ipsius consistat. *ibid.* §. 50. homo plerumque infortunii, rarissime fortunę suę faber. p. 70. *not. t*) non omnes actiones hominis turpis & vitiosi sunt vitiosę. p. 71. §. 85. & *not. t*) etiam homo honestus & prudens injustam & im prudentem actionem suscipit. *ibid.* homini inclinatio imitandi alios indita. p. 244. §. 31. homo non solum animę sed & corporis curam gerat. p. 286. §. 2.

Hypocrisis, quę vera sit hypocrisis. p. 21. *not. o*) vera doctrina de natura & criteriis hypocrisis. p. 356. §. 54. *seq.* quomodo differat hypocrisis ab impietate. p. 361. §. 75. *sq.*

Jesuitę. Scholastici juniores vocantur. p. 90. §. 85. a Jesuitarum philosophia morali cavendum. p. 223. §. 27.

Ignis. Vis ignis. p. 202. §. 34

Ignorantia, in se est indifferens. p. 4. §. 7. exempla ignorantię utilia.

- lis. *ibid.* not. k) vera causa denominationis, cur ignorantia utilis vel inutilis, bona vel mala dici possit. p. 4. §. 9.
- Imitatio.* Homini inclinatio alios imitandi indita. p. 244. §. 31. vera doctrina de imitatione morum aliorum hominum. *ib.* §. 31. *seq.* imitatio aptissimus modus amittendi libertatem. p. 250. §. 55.
- Impietas,* differt ab atheismo. p. 354. §. 48. impietas quid sit. *ib.* §. 50. fontes impietatis. *ib.* §. 51. differt ab hypocrisis. p. 361. §. 75.
- Indecorum.* Regulæ de indecero. p. 252. §. 64. *sequ.*
- Infelicitas,* apud Christianos operationem providentiæ divinæ denotat. p. 9. §. 35. infelicitas non profluit unice ex ignorantia boni. p. 10. §. 41. vox infelicitatis in novo fœdere non occurrit. p. 9. not. f) agnitio infelicitatis nostræ ac miseræ gradus est ad sapientiam. p. 12. §. 58.
- Inimicus.* Nemo est qui nullos habeat inimicos. p. 266. §. 11. regula inimicos avertendi. 265. §. 7. *seq.* it. p. 269. §. 29. *seq.*
- Intellectus.* An media ad sapientiam perveniendi in intellectu querenda. p. 24. §. 3. *seq.* emendatio voluntatis magis necessaria quam emendatio intellectus. p. 25. §. 4. & not. c) fines intellectus rite examinandi. p. 135. §. 28.
- Interpretatio.* Bonæ interpretandi regulæ studioso juris necessariæ. p. 138. §. 38. differentia interpretationis grammaticæ & logicæ. *ibid.* p. 139. §. 39. cautelæ circa interpretationem Logicam. *ibid.* §. 40. *conf.* p. 347. §. 41. JCI multis falsis interpretandi regulis abundant. p. 139. §. 41. & not. l) Cautelæ circa interpretationes juridicas in legibus fundatas. p. 140. §. 43. non inutile juris studioso, scire regulas interpretationis mysticæ. *ibid.* p. 141. §. 44. *conf.* p. 347. §. 42.
- Invisibilis.* Doctrina de natura visibilium & invisibilium. p. 206. §. 54. 55. cur sectarii hæc non intellexerint. p. 208. §. 62. not. g) hæc principia physica in S. scriptura querenda. *ibid.* p. 207. §. 62. & in quibusdam novioribus scriptoribus. p. 208. §. 63. it. not. g) & h)
- Jocus.* Quomodo dictum Pauli de prohibitionem joci intelligendum. p. 257. §. 80.
- Ira,* quomodo noceat sanitati. p. 306. §. 41.
- Italica* lingua, an utilis sit studioso juris. p. 96. §. 20.
- Judei.* Leges in republ. Judaica
pru-

prudentissimæ & sapientissimæ. p. 35. §. 61. sapientia quænam quærenda apud Judæos. p. 76. §. 19. Judæi a vera philosophia recedunt. p. 83. §. 51. *seq.* origo sectarum judaicarum. *ibid.* §. 53. potissimæ Judæorum sectæ. *ibid.* §. 54. cur in S. scriptura Judæorum & Græcorum toties mentio fiat. p. 84. §. 55.

Judicium. Regulæ judicandi de aliorum scriptis summe necessariz. p. 141. §. 45. cautelæ idcirco juris studioso observandæ. §. 46. *seq.*

Julianus, cur scripserit adversus religionem christianam. p. 126. *not. u)*

Jureconsultus. Distinctum hujus officium ab officio Principis. p. 48. §. 1.

Jurisprudentia paci externæ conservandæ ac reparandæ inservit. p. 45. §. 12. jurisprudentiæ definitio. p. 47. §. 23.

Kufferus. Judicium de ipsius Specimine artis ratiocinandi. p. 130. §. 10.

Lætitia. *vid.* Hilaritas.

Lapis. An lapides crescant. p. 298. *not. s)*

Latina Lingua. *vid.* Lingua.

Liberalitas. Nemo sapiens divus factus sine liberalitate. p. 283. §.

43.

Libri. Præter sacram scripturam varii generis libros studiosus sapientiæ legat. p. 36. §. 66. *seq.* qui libri legendi. *ibid.* §. 70. scriptio librorum non pertinet ad ideam sapientis. p. 75. §. 10. regulæ de aliorum scriptis judicandi necessariæ. p. 141. §. 45. cautela idcirco notanda *ib.* §. 46.

Lingua. Linguæ orientales studioso juris non negligendæ. p. 93. §. 7. *seqv.* inprimis hebrææ. *ib.* §. 8. exempla Ictorum, qui scientiæ hebrææ linguæ inclaruerunt. *ibid.* §. 8. 9. scientia linguæ græcæ studioso juris maxime utilis. p. 95. §. 14. *seq.* usus latinæ linguæ. *ibid.* §. 16. *seq.* cautelæ hic notandæ. *ib. conf.* p. 98. §. 33. *seq.* notitia linguæ Gallicæ studioso juris æque utilis ac latinæ. p. 36. §. 19. usus linguæ Italicæ, Hispanicæ, Anglicæ, Belgicæ. *ibid.* §. 20. *seq.* lingua Germanica valde necessaria. p. 96. §. 12. *seq.* cautelæ circa studium linguarum. p. 97. §. 27. *seq.* an una lingua altera purior, jucundior, aut ornatior sit. p. 97. §. 29. divisio linguarum in certas ætates. p. 98. §. 30. cautelæ circa mixturam linguarum. *ibid.* §. 31.

Logica. Communis logica est inepta ars ad invenientiam veritatem.

- tem p. 128. §. 3. & not. b) ad stultissimum scepticismum manuducit. *ibid.* §. 4. & not. c) de quibusdam recentioribus logicæ scriptoribus. p. 129. §. 7. *seq.* cavenda logicæ juridicæ. p. 131. §. 16. & p. 132. not. r) studium logicæ genuinæ juris studioso perutile. p. 134. §. 25. *seq.* fines intellectus nostri in Logica rite examinari fas est. p. 135. §. 28. *add.* p. 136 not. z)
- Loockius**, iudicium de Loocki tractatu de intellectu humano. p. 130. not. m)
- Lucianus**. Commendatur Luciani libellus de historia scribenda. p. 65. §. 58. Lucianus non fuit atheus. p. 192. not. u)
- Lumen** res est spiritalis. p. 174. §. 15. etiam secundum scripturam sacram. *ibid.* not. q)
- Lutherus** in philosophiam scholasticam invehitur. p. 89. §. 82. dogma consubstantiationis ex Philosophia scholastica hausit. *ibid.* §. 83. *conf.* p. 124. §. 15.
- Lynckerus**. Iudicium de ejus instructorio forensi. p. 132. §. 21.
- Machina**, ab hominibus inventæ non ut opera DEi administranda. p. 32. §. 45.
- Magistratus**, *vid.* Princeps.
- Malebranchius**. Iudicium de ipsius philosophia morali. p. 225. §. 32.
- Malum & bonum** a voluntate proficiscitur. p. 5. §. 14.
- Manuarie artes**, an his præstent artes liberales. p. 276. §. 12.
- Manutius**. Iudicium de ipsius latinitate. p. 113. §. 16. not. q)
- Martyr**. Martyria non genuinus character ecclesiæ. p. 360. not. n) dantur etiam martyres diaboli. *ibid.*
- Materia**. Differentia inter spiritum & materiam in invisibilitate & visibilitate ponenda. p. 174. §. 14. etiam secundum scripturam S. *ibid.* not. p) error, quo materiæ subtilissimæ principium activum asseritur. p. 201. §. 37. an DEus immediate vortices materiæ moveat. *ibid.* §. 38.
- Mathesis** veteribus græcis Philosophis in magno pretio erat. p. 149. §. 3. studium Matheseos juvenibus jucundum. p. 150. §. 3. & not. c) & utile. *ibid.* negligitur hodie communiter apud protestantes. *ibid.* §. 4. causæ hujus neglectus. *ibid.* §. 5. studii Matheseos insignis utilitas. *ibid.* §. 6. *seq.* quam cujusvis sortis & conditionis homines inde capere possunt. p. 151. §. 10. & p. 152. not. k) cavendi, qui a studio Matheseos nos avocare student. p. 152. §. 11. non tamen sola Mathesis nomen scientiæ meretur. p. 153.

p. 153. §. 12. & not. m) *conf.* p. 156. §. 20. & p. 159. §. 25. 26. n̄vi in Mathesi obvientes. p. 153. not. m) causæ horum n̄vorum apud Doctores Mathe-
 seos quærendæ, p. 154. §. 14. *seq.* error Mathematicorum res in sensus incurrentes definiendum. p. 155. §. 16. & res impossibiles demonstrare cõnantium. p. 156. §. 18. in doctrina de objecto Ma-
 theseos sibi ipsis contradicunt Mathematici. p. 157. §. 21. & not. u) difficultas corporis mathe-
 matici. *ibid.* §. 22. multas inutil-
 les subtilitates continet Mathesis, p. 158. §. 23. & not. x) multas res sensualiter evidentes non
 possunt demonstrare Mathema-
 tici. *ibid.* §. 24. & not. y) res jam
 claras & sensibus perceptas de-
 finiendo magis obscurant. p. 160.
 §. 27. & not. a) ex hypothesebus
 veritates deducunt. p. 161. §.
 28. & not. b) infinitum mathe-
 maticum meris contradictioni-
 bus suffultum. p. 162. §. 29. &
 not. c) *it.* p. 162. §. 30. origo
 harum nugarum. p. 166. §. 37.
 ostenditur, subtilitates has ma-
 thematicas nulli plane usui es-
 se. p. 167. §. 39. *sq.* tan-
 tum abest ut intellectus emen-
 detur, ut potius corrumpatur
 iisdem. p. 168. §. 41. quomodo

(Thomas. Causel. Pars I.)

studiosus juris in studio Mathe-
 seos procedat. p. 169. §. 43.
sq. optimæ demonstrationes in
 Mathesi, p. 170 not. p) requisita
 Doctõris Matheleos. *ibid.* §. 46.
 cautelæ hæ circa studium Ma-
 theleos scripturæ S. maxime
 conveniunt. p. 350. §. 44.

Medicamentum. Quomodo medica-
 mentis utendum. p. 316. §. 49.

Medicina, quomodo inserviat feli-
 citati humanæ, p. 45. §. 11. me-
 dicinæ studiosi non commo-
 de carere possunt studio juris-
 prudentiæ, p. 46. §. 16. dantur
 & medici inepti, p. 13. not. u)
 studium medicum studio ju-
 ris non negligendum. p. 285. §.
 1. *seq.* fallã opinio de morbis &
 medicina. p. 287. §. 6. *sq.* de-
 scriptio medicinæ, p. 290. §. 13.
 quomodo studiosus juris studio
 medicinæ operam navare debe-
 at. p. 291. §. 14. *seq.* paucissima
 præcepta circa studium medi-
 cum observanda. p. 292. §. 16.
sq. medicina non est scientia. p.
 199. §. 17. cur hoc medici non
 diffiteantur. *ibid.* §. 18. quomo-
 do medicorum scripta legenda.
 p. 292. §. 17. *sq.* *it.* p. 294. §. 21.
seq. experientia in studio me-
 dica quomodo suscipienda. p.
 298. §. 25. *sq.*

Medicatio. Necessarium instru-
 mentum.

(d)

mea-

- mentum sapientis. p. 214. §. 2. & not. c) ars meditando debeat in academiis doceri, *ibid.* not. c)
- Melancholia* parum apte laudatur. p. 23. not. x) melancholici quibusnam morbis obnoxii sint, p. 207. not. x)
- Melanchron*, novus autor & introductor philosophiæ scholasticæ in Lutheranam religionem. p. 90. §. 34.
- Metallum*. An metalla crescant. p. 298. not. s)
- Metaphysica* veterum differt ab hodierna. p. 170. §. 1. exiguus usus metaphysicæ scholasticæ. p. 171. §. 2. quomodo intelligendum vulgatum: ubi desinit metaphysica, ibi ineipit theologia. *ibid.* §. 2. cuinam usui adhuc possit esse metaphysica studioso juris. p. 172. §. 4. 5. an theologiæ inserviat metaphysica. p. 350. §. 45.
- Metus*. Differentia inter metum fervilem & filialem. p. 49. §. 8. 9 *seq.* metu continentur stulti sub obsequio. p. 27. not. m)
- Ministrissimus*. Vera doctrina de politica Ministrissimi. p. 272. §. 42.
- Miraculum*. Miracula, quorum extra scripturam sacram fit mentio, effecta sunt. p. 68. §. 70. cautela circa doctrinam de miraculis. p. 179. §. 34--42. Sulta quaestio: an diabolus possit miracula facere? p. 179. not. i) miracula sunt propter incredulos. p. 180. §. 37. Deus semper & quotiescunque vult miracula facere potest. p. 180. §. 38.
- Misericordia*, non debet esse conjuncta cum inquieta cura & angustiis. p. 22. §. 115.
- Monachatus*. Monachorum mores impedimento sunt Christianismo. p. 261. §. 98. status monachus & rationi & scripturæ repugnat. p. 282. §. 40. & not. 1)
- Monarchia*, an optima reipublicæ forma. p. 69. §. 79: an status monarchicus plane rejiciendus. p. 70. §. 80.
- Moralis Philosophia*. *vid.* Philosophia moralis.
- Morbus*. Falsa opinio de morbis. p. 287. §. 6: definitio morbi. p. 290. §. 12; morborum causa. p. 301. §. 28. *seq.* sanitas corporis sine cura animi frustra quaeritur. p. 303. §. 32. quibus morbis quodque temperamentum sit obnoxium. p. 307. not. x) quomodo morbis præcavendum. p. 316. §. 49.
- Mores* hominum variant pro diversitate statuum. p. 245. §. 33. regulæ Christianismi non præcipiunt,

piunt, ut omnes Christiani eosdem plane in omnibus mores habeant. p. 261. §. 93.

Mors. Definitio mortis. p. 289. §. 11. an timenda sit. p. 299. §. 26. Sententia Aristotelis de morte. *ibid.*, not. u)

Moses. Sapientia Moïsis. p. 75. §. 16.

Motus. Subtilitates & erronæ hypotheseſe Physicorum de motu. p. 203. §. 40. & not. m)

Mulus. Origo mulorum ex Gen. XXXVI. p. 7. not. x)

Musica. Uſus muſicos. p. 151. §. 9. qui ſuo modo exiguus eſt. *ibid.* not. i)

Mystica interpretatio. Regulæ interpretationis myſticæ ſtudioſo juris perquam utiles. p. 141. §. 44. inprimis intuitu ſtudioſi theologi. p. 347. §. 42. an & quatenus Apoſtoli interpretatione myſtica uſi ſint? *ibid.*, p. 348. not. d)

N*atura.* Natura & gratia probe ab invicem diſtinguendæ. p. 27. §. 16. quæ a multis ſectis confunduntur. *ibid.* not. k) liber naturæ ad acquirendam ſapientiam neceſſarius. p. 31. §. 41. inviſibilis DE I eſſentia & potentia quomodo per librum naturæ manifeſtetur. *ibid.*, §. 43. an rerum a Deo creatarum na-

turam ac eſſentiam ſcire poſſimus. *ibid.*, §. 44. & not. e) ignorantia eſſentiæ ac naturæ rerum non nocet. p. 32. §. 48. res naturales quænam ſint. p. 60. §. 25. quænam ſupranaturales. *ibid.*, & §. 26. quænam contraturales. *ibid.*, §. 27.

Noachus, fuit vir ſapiens. p. 75. §. 14.

Noologia. Judicium de Noologiis! p. 135. §. 27.

Numa Pompilii philoſophia. p. 82. §. 47.

O*economicum* ſtudioſum haecenus neglectum. p. 273. §. 1. & cur? *ibid.* not. a) definitio prudentiæ œconomicæ. p. 274. §. 3. prudentia œconomica non repugnat S. ſcripturæ. p. 279. §. 21.

Ontologia vide Metaphyſica.

Oratio, & labor communia media omnia acquirendi bona. p. 28. §. 22. differentia inter veram & falſam orationem. *ibid.*, §. 24. vera oratio eſt ſerium ſapientiæ deſiderium. *ibid.*, §. 26. oratio & preces non conſiſtunt in multiloquentia. *ibid.*, §. 27. optime fiunt ſeparatim. *ibid.*, §. 28. criterium vanarum & ſtultarum precum. p. 29. §. 30. quænam preces fieri queant indefinenter. p. 29. §. 31. ne fiat oratio de rebus ſtultis. *ibid.*, §. 33. oratio domini-

(d) 2

minica optima precum formula. p. 29. §. 35. & *not.* u) cautela circa hanc orationem. *ibid.* §. 36. ne inhaereamus nimis formulis precum ab hominibus inventarum. p. 30. §. 37. oratio non confundenda cum labore. *ib.* §. 38. fructus verae orationis. *ibid.* §. 39.

Oratoria, seu Rhetorica ars in quam consistat. p. 110. §. 1. Oratores nascuntur non fiunt. *ibid.* §. 3. & p. 120. §. 45. oratoria non est pars sapientiae. p. 120. §. 43. interim singulare Dei donum. *ibid.* §. 44. oratoria sine autoritate loquentis, & dispositione audientis frustranea est. p. 121. §. 46. *seq.* gestus & actiones plus persuadent quam figurae verborum & artificium sermonis. p. 121. §. 50. tria genera artis oratoriae. p. 122. §. 51. an dentur plura? *ibid.* *not.* a) oratoria in democratia plurimum valet. *ibid.* §. 53. in monarchia non item. *ibid.* §. 54. *conf.* p. 344. §. 37. interim non negligenda in statu monarchico. p. 123. §. 55. exigua in academiis manuctio: ad artem oratoriam. *ibid.* §. 58. etiam post reformationem. p. 125. §. 64. an lectio veterum oratorum sufficiat ad perficiendum sese in arte

oratoria. p. 123. §. 59. & p. 124. *not.* g) totam oratoriam corrumpit Clerus Papalis. p. 124. §. 60. *conf.* p. 344. §. 38. cur Clerus fere sibi soli vindicet orationes publicas. p. 125. §. 65. *conf.* 344. §. 38. *not.* q)

Orium, in quonam consistat. p. 275. §. 7.

Panegyricus. Panegyricorum abusus. p. 126. §. 68. *conf.* p. 346. *not.* r) parum differunt ab adulationibus. p. 127. §. 69. veritas facti historici non ex panegyricis probanda. *ibid.* §. 70. & *not.* r) sapiens declinat panegyricus potentum. p. 127. §. 71.

Paterulus est adulator. p. 71. §. 87.

Patres ecclesiae vide Ecclesiae Patres.

Patriarchae. Antediluviani fuerunt viri sapientes, etsi simplices. p. 74. §. 7. 8. 9. non scripsere libros nec scholas instituerunt. p. 75. §. 11.

Paulus inculcat, fugiendam esse sectariam Philosophiam. p. 85. §. 59.

Pauperes. Fraudes monachorum & Jesuitarum sub praetextu amoris erga pauperes. p. 284. §. 47. & *not.* s)

Pharisaei. Descriptio Pharisaeorum. p. 21. *not.* o) duae Pharisaeorum sectae, Hilleliana & Schammzanna. p. 84. §. 56.

Phi.

Philosophia, instrumentum trium superiorum facultatum. p. 45. §. 9. variaz divisiones Philosophiaz, *ibid. not. g*) quomodo ad sapientiam manuducat. p. 45. §. 10. studioso juris genuino necessaria est. p. 47. §. 25. causae neglectus studii philosophici. p. 48. §. 26. philosophia est alter oculus sapientiae. p. 57. §. 1. Philosophiae sectariae divisio in graecanicam & barbaricam. p. 79. §. 31. *sq.* falsa hypothesis, philosophiam omnem a Dæmone esse profectam. p. 91. §. 93. divisio philosophiae a 7. liberalibus artibus antiquis fuit ignota. p. 92. §. 2.

Philosophia moralis. Cavendus communis neglectus studii moralis. p. 214. §. 1. omnes doctrinae genuinae philosophiae moralis in sacra scriptura continentur. p. 215. §. 3. causa neglectus philosophiae moralis ex parte doctentium, *ibid. not. e*) ex parte ipsius philosophiae moralis. *ibid.* §. 5. historia philosophiae moralis non negligenda. p. 216. §. 6. varii docendi moralem philosophiam modi. *ibid.* §. 7. *sq.* quae methodus praefenda. p. 217. §. 8. qua methodo graeci usi sint. *ibid.* §. 10. *sq.* Socrates pater philosophiae moralis. *ibid.* §. 12. *sq.* quid desiderari in e-

jus philosophia morali possit. *ib.* §. 13. Ceбетis philosophia moralis. *ibid.* §. 14. *cet. vid. Plato, Aristoteles cet.* Judaeorum philosophia moralis corrupta. p. 221. §. 22. restauratur a Christo. p. 222. §. 23. sed de novo corrumpitur. *ibid.* §. 24. Patres ecclesiae fere omni doctrina morali destituti. *ibid.* §. 25. cavendum ab ethicis, quae christianae vocantur. p. 227. §. 36. philosophia moralis necessaria ad studium jurisprudentiae. p. 235. §. 60. Ethica sumitur vel late vel stricte, p. 236. §. 1. moralia cadunt sub demonstrationem. p. 237. *not. d*)

Physica. Definitio physices. p. 195. §. 1. innumeræ veterum de rerum naturalium ortu & causis hypotheses. p. 196. §. 2. principes inter hodiernos physicos, *ibid.* §. 4. physica non est scientia *ib.* §. 5. an nomine scientiae hypotheticæ insigniri possit. *ibid.* §. 6. & *not. f*) autoritas physicae scholasticae collapsa hodie inter protestantes. p. 197. §. 7. Autoritas & fata physicae Cartesianae. *ibid.* §. 8. cur aegerime ferant physici, si quis titulum scientiae deneget physicae. p. 199. §. 18. defectus & errores physicae communis. p.

(d) 3.

200.

200. §. 20. *seq.* quos noviores
 physici intactos reliquerunt. *ib.*
 §. 22 -- 24. *sq.* principia vera
 physices. p. 206. §. 53 -- 62.
 quae S. scripturae convenient.
 p. 353. §. 46. angenuina physica
 non debeat sollicita esse de fini-
 bus rerum, sed de earum causis
 efficientibus. p. 209. §. 67. *sq.*
 physici magis nascuntur, quam
 fiunt. p. 210. §. 72. cautela circa
 lectionem physicarum. *ib.* §. 73.
 differentia inter physicum cor-
 puscularem & spiritualem. p.
 211. §. 74. *sq.* usus genuinae
 physicae in philosophia morali.
 p. 213. §. 79.
Planta. Historiae plantarum, p.
 205. §. 47. & *not.* t)
Platonica Philosophia. Fata Pla-
 tonicorum. p. 85. §. 62. *seq.* cur
 ad Platoniam sectam inelina-
 verint patres ecclesiae. p. 87. §.
 70. Platonici, cur patriarchae
 haeticorum dicti. *ibid.* *not.* o)
 intempestiva conciliatio philo-
 sophiae Aristotelicae & Platoni-
 cae. p. 91. §. 94. Platonis philo-
 sophia moralis parum satisfacit,
 p. 219. §. 15.
Plinius. Judicium de stilo latino
 Plinii. p. 113. *not.* q)
Plutarchus. Judicium de ipsius
 philosophia morali. p. 221. §. 21.
Pneumatica. Defectus pneumatici-

cae vulgaris. p. 172. §. 7.
Poenitentia. Ex poenitentia fit sa-
 cramentum, item poena. p. 18. §.
 105. causae hujus rei. *ibid.* *not.*
 d) f) vera poenitentia sine de-
 speratione est. p. 20. §. 108. *conf.*
 p. 19. *not.* f) *in fine.* poenitentia
 necessaria ad acquirendam sapi-
 entiam. p. 16. §. 88. nulla poe-
 nitentia est sine pudore facti.
 p. 17. §. 90. fletus non est chara-
 cter seriae poenitentiae. *ibid.* §.
 93. poenitentia tamen potest
 esse conjuncta cum fletu. *ibid.*
 §. 94. *seq.* Clerus pontificius
 corrumpit veram doctrinam
 poenitentiae. p. 18. §. 104. con-
 juncta esse etiam potest cum ir-
 risione sui ipsius. p. 17. §. 98.
Poësis. Finis Poëseos apud anti-
 quos. p. 101. §. 2. duplex ejus
 artificium, fingendi & versifican-
 di. *ibid.* §. 3. usus hodiernae poe-
 seos exiguus. *ibid.* §. 5. poëtae na-
 scuntur non fiunt. *ibid.* §. 7. cau-
 telae circa artem versificatoriam,
ibid. §. 8. *seq.* an commendan-
 dus sit mos Jctorum, alleganti-
 um testimonia poëtarum. p. 102.
 §. 11. usus artis fingendi. *ibid.*
 §. 13. cautela circa addiscendam
 fingendi artem. p. 103. §. 16. *sq.*
 de divino in poësi. p. 104. §. 19.
 de furore poëtico. *ibid.* §. 20.
 utile inprimis Jcto, ut artem
 fingen-

fingendi calleat. p. 109. §. 45.
seq.
Politica, in sensu strictiori quid doceat. p. 263. §. 3. causæ neglectus studii politici. *ibid.* §. 4. an regulæ politicæ dari possint. p. 264. §. 5. prudentia politica divinæ providentiæ cedat oportet. *ibid.* §. 6. nemo bonus politicus est, qui non est bonus ethicus. p. 268. §. 26. falsum, non dari bonum politicum. *ibid.* §. 27. prudentia politica non comparatur lectione librorum. p. 269. §. 28. studiosus juris cautelas de prudentia politica datas ad omnes status futuros, ad quos adhiberi forsitan poterit, applicabit. p. 270. §. 34. *seq.* in omni officio politica prudentia est opus: p. 272. §. 45.
Polybius, in demonstranda populi Romani prudentia falsam doctrinam de felicitate reipubl. mixtæ fundamenti loco ponit. p. 69. §. 78.
Præjudicium, Doctrina de præjudiciis probe tenenda juris studio. p. 137. §. 33. Præcipui scriptores de præjudiciis. *ibid.* *not.* c).
Preces, vide Oratio.
Princeps, Vera doctrina de politica prudentia Principis. p. 271. §. 49. Principis & doctoris officia

sunt distinctissima. p. 46. §. 1. *seq.* quæ non commode in unum idemque subjectum cadere possunt. p. 49. §. 4. *seq.* vide Rex
Prudentia sine sapientia esse non potest. p. 9. §. 40.
Pufendorfius, Encomium Pufendorffii tanquam optimi inter Germanos historici. p. 66. §. 92. error ejus, atreos posse puniri. p. 193. §. 86. *not.* a)
Pythagoras, Philosophia Pythagorica Imperatoribus exosa. p. 85. §. 63. *seq.*
Quæri ex ostiideo, quod doctrinam, de moribus receptis tollant. p. 256. §. 77. conveniunt in eo cum Socinianis, quod etiam ethnici honeste viventes sint salvati. p. 336. *not.* f)
Rabbini. In libris Rabinicis parum sapientiæ. p. 76. §. 19. *seq.*
Ramus, Ramistica philosophia utilis studioso juris. p. 92. §. 98. judicium de Logica Rameæ. p. 131. §. 16. alia particularia de Ramo. *ibid.* §. 16. *seq.* inepti satellites Rami. p. 132. §. 21.
Rapinus, Judicium de Rapini observationibus historicis. p. 65. §. 60.
Ratio, intuitu voluntatis & acquirendi veri boni plus nocet homini quam prodest. p. 14. §. 73.

pl.

- pl. *vid.* Homo. Ratio & revelatio a multis sectis non rite distinguuntur. p. 336. *not.* f)
- Reformati.** Quomodo in controuersis Reformatorum & Lutheranorum instrui queamus p. 329. §. 18. 19. calumniae Lutheranorum aduersus Reformatos. p. 332. §. 22.
- Reipublica forma.** Polybius mixtam rempublicam felicem autumat. p. 69. §. 78. *vide* Respublica.
- Religionis iuramentum.** Cautela circa hoc. p. 331. §. 20.
- Respublica.** An status reipublicae monarchicus optima reipublicae forma sit. p. 69. §. 79. emendatio & imitatio reipublicae difficillima. p. 72. §. 91.
- Reuelatio.** Differentia luminis rationis & reuelationis a lumine naturae & gratiae. p. 58. §. 11. & *not.* f) reuelatio est vel diuina vel humana. p. 60. §. 23. reuelatio humana est rerum tantum naturalium. *ibid.* §. 24. diuina supranaturalium. *ibid.* neutra contranaturalium. *ibid.* & §. 28.
- Rbetorica.** *vid.* Oratoria.
- Risus,** quomodo differat ab irrisione & cachinno. p. 18. §. 100. *sq.* quam differentiam admittit scriptura S. *ibid.* §. 102. an solariisibilitas sit proprium homi-
- nis. *ibid.* 103. cur Pontificii damnauerint risum. *ibid.* §. 104.
- Romanenses fabulae.** Origo & progressus fabularum Romanensium. p. 109. §. 39. navi scriptorum talium fabularum. p. 110. §. 40. Galli & Germani in hoc scribendi genere excellunt. *ibid.* §. 42. usus ex lectione fabularum Romanensium. *ibid.* §. 43.
- Romani.** Origo & progressus philosophiae apud Romanos. p. 82. §. 47. *seq.*
- Roseae crucis Fratres.** Historiae de fraternitate roseae crucis. p. 212. §. 8.
- Saga.** An dentur venefici & sagae pactum cum diabolo ineuntes. p. 189. §. 69. unde fabulae haec ortae. *ibid.* §. 70. 71. *seq.* falsum est, cum, qui pacta cum diabolo negat, cum diabolo pactum iniisse. *ib.* §. 72.
- Salomon.** Sapientia Salomonis. p. 75. §. 17. *seq.* notitia in rebus naturalibus. *ibid.* §. 18. *conf.* p. 209. §. 66. cur in physicis libros non scripserit. p. 76. §. 18.
- Sanctus.** Ambiguitas hujus vocis. p. 166. *not.* q) cavendum a doctrina scholastica de sanctitate diuina. *ib.* §. 47. *seq.* doctrina Judaeorum de sanctificatione. p. 167. *not.* t)

Sapi-

Sapientia. Una est, p. 3. §. 1. in quam consistat, *ib.* §. 2. *seq.* & p. 11. §. 53. sapientia humana non potest esse sine prudentia. p. 9. §. 40. sapientia non operatur in intellectu. p. 11. §. 52. sapientiam præcedit cognitio miseræ humanæ. p. 16. §. 85. an certa vocatione aut functione opus sit, si alios docere ac emendare volumus. p. 23. §. 16. inepta media, homines ad viam sapientiæ reducendi. p. 22. §. 118-120. quomodo via sapientiæ optime monstrari possit. *ibid.* §. 119 *seq.* media perveniendi ad sapientiam non sunt in intellectu quaerenda. p. 24. §. 3. sed involuntate. *ibid.* *seq.* nemo fit sapiens mere naturaliter. p. 26. §. 14. sed tamen non tota via ad sapientiam est supernaturalis. *ib.* §. 15. manuductione. opus est ad acquirendam sapientiam. p. 31. §. 40. qui libri ad acquirendam sapientiam requirantur. *ibid.* sapientia non quaerenda in ethnicorum libris. p. 33. §. 55. sed in scriptura sacra. *ib.* §. 53. *seq.* & sapiens errare potest. p. 74. §. 5. non necesse est, ut sapiens sit polyhistor. *ib.* §. 9. aut libros scribat. p. 75. §. 10. sapientia apud Judæos quaerenda. scilicet in libris sacris. p. 76. §. 19. criteria veræ sapientiæ. p. 78. §. 29. Christus veræ sapientiæ restaurator. p. 84. §. 58.

Satyræ. Origo Satyricorum scriptorum. (*Thomas, Counsel, Pars I.*)

p. 106. §. 34. Satyræ Romanorum ad nostra tempora non quadrant. p. 107. §. 35. maximum artificium Satyrici. *ib.* §. 36. exempla duo optimorum Satyricorum nostra ætate. *ibid.* *not. w*) cavebit studiosus sapientiæ scriptionem satyrarum. p. 107. §. 37. lectio tamen satyrarum non nocet. *ib.* §. 38.

Scandalum. Quomodo imbecillibus non præbenda sint scandala. p. 259. §. 86.

Sceptica secta, quomodo differat a secta Academicorum. p. 81. §. 44. verus conceptus de hac secta. *ibid.* §. 45. error capitalis Scepticorum. *ib.* §. 46. Scepticorum doctrina moralis. p. 220. §. 19.

Schammeani Phariseorum secta. p. 88. §. 56.

Schola. Patriarchæ non instituerunt scholas. p. 75. §. 11. orta de summa philosophia sectaria ortæ sunt scholæ. p. 78. *not. n*)

Scholastica philosophia. Origo hujus. p. 88. §. 77. divisio scholasticorum in tres ætates. p. 88. §. 78. scissio scholasticorum in sectam nominalium & realium. *ibid.* §. 79. non adhibendæ in studio theologico distinctiones metaphysicæ & theologiæ scholasticæ. p. 322. §. 19. fata scholasticæ philosophiæ in Gallia. p. 89. §. 80. in Germania. *ib.* §. 81. philosophia scholastica est fons ac origo controversiarum theologiarum. p. 324. §. 14

(c)

Sci-

Scientia. Distinctio inter fidem & scientiam, p. 58 §. 12. quæ distinctio non confundenda cû distinctio inter scientiam & verosimilitudinem. *ib.* §. 13. definitio scientiæ, *ib.* §. 14. quid requiratur ad scientiam, p. 196. *not. e.*

Scriptura sacra. vide Biblia.

Secta. Sectarius, qui dicendus p. 74. §. 3. sapiens non est sectarius. *ib.* §. 4. differentia inter errantem & sectarium. *ibid.* §. 5. a secta Cainitica originem sumsit philosophia sectaria, p. 75. §. 12. progressus ejusdem post diluvium. *ib.* §. 13. §. 1. primi sectarum autores post diluvium. p. 76. §. 22. critesia philosophiæ sectariæ. *ib.* §. 24. philosophiæ sectariæ duplex methodus, cum successu propagandi suos errores. p. 77. §. 26. quam in rem & scholæ inventæ. p. 78. §. 27. fructus philosophiæ sectariæ. *ib.* §. 28. divisio philosophiæ sectariæ in græcicam & barbaricam, p. 79. §. 31. *seq.* celebriores philosophorum sectæ a Socrate descendunt. p. 80. §. 41. *seq.* Paulus philosophiam sectariam fugiendam inculcat, p. 85. §. 59. viventibus adhuc Apostolis philosophia invaluit, p. 85. §. 60. progressus variarum sectarum sub Imperatoribus Romanis. *ibid.* §. 61. *seq.*

Sensio. Excitantur universaliter per sensationes singulares, p. 57. §. 3. doctrina de sensationibus hominum. *ib.* §. 4. *seq.* sensationes alienæ utiles sunt ad studium sapientiæ. p.

53. §. 10.

Sensus. Sine certitudine sensuum nec scientia nec fides in genere esse potest, p. 82. §. 46. & *not. a.*) dubitatio de certitudine sensuum capitalis Scepticorum est error. *ibid.*

Separatio. a societate humana studioso sapientiæ fugienda, p. 39. §. 83. *seqq.* doctrina hæc monachalis de separatione a societate humana repugnat doctrinæ Christi, p. 184. §. 51. *not. u.*

Simplicitas. intellectus non confundenda cum simplicitate cordis, p. 74. §. 8.

Singularitas. Fugiendum singularitatis vitium, p. 253. §. 69.

Societates eruditorum exiguum habent usum, p. 116. §. 28. *seq.*

Socrates Græcus Philosophus, Pater fuit philosophiæ moralis, p. 218. §. 12. 13. ab eo omnes Philosophorum sectæ descendunt, p. 80. §. 41.

Spectrum. Non dantur spectra, p. 189. §. 69.

Spes. excitamentum virtutis, p. 27. *not. m.)*

Spinosa. Judicium de ethica Spinozæ, p. 225. *not. x.)*

Spiritus. Insufficiens spiritus definitio, p. 173. §. 8. essentia spiritus non absolvitur cogitatione. *ibid.* origo hujus erroneæ sententiæ. *ib.* §. 9. §. 10. usus doctrinæ de essentia spiritus. *ib.* §. 11. ubinam quaerenda doctrina vera de essentia spiritus, p. 174. §. 12. *seq.* differentia inter materiam & spiritum

po.

ponenda in invisibilitate & visibilitate. *ib.* §.14. etiam secundum sacram scripturam. *ibid.* *not.* p) non omnes spiritus cogitant. p. 175. §.17. doctrina Cartesii de spiritibus cavenda. p. 187. §. 60. doctrina de agente principio spiritali. p. 297. *not.* s)

Status: civiles omnes ex voluptatis, ambitionis & avaritiæ affectibus orti. p.279. §.22. an status civiles a DEO approbati sint; nec ne. *ib.* §.23- 41. status non sanctificat aut sapientem reddit hominem. p.280. §. 26.

Stilus: De variis stili generibus. p. 111. §.4. humilis stilus non pertinet ad Rhetoricam. *ib.* §.6. abstinendum a stilo sublimi. *ib.* §.7. in quo consistat stili sublimitas. *ib.* §.8. & *not.* k). non possunt formari regulæ de stilo sublimi. p.112. §.9. causa introducti stili sublimis. *ib.* §.10. & *not.* m) stilus medius commendatur. p.112. §.11. fugiendus stilus Hispanicus & Italicus. *ib.* §.12. usus stili jocosus. p. 113. §. 13. 14. ornatus loquendi commendatur. *ib.* §.15. nec nimis brevis, nec nimis verbosus sit stilus. *ib.* §.16. sententiis mediocriter utendum in stilo. p.114. §. 17. stilus epistolicus præcipue studio juris exercendus. *ib.* §.18. inclinatio singulorum hominum ad certum stili genus. *ib.* §.20. *seq.* cautela circa inclinationem ad certa genera stili. *ib.* §. 22. caven-

du stili ethnicismus. p. 115. §.23. cautela circa imitationem stili alterius. *ibid.* §.24.

Stoica Philosophia tempore Imperatorum secta celebrior & frequentior. p. 85. §.63. Stoica secta potissimum se commendavit JCtis. p. 86. §.67. notitia philosophiæ Stoicæ maxime necessaria studioso juris. *ib.* & p.92. §.98. cur Stoica philosophia a Doctolibus ecclesiæ æssimata fuerit. p.86. §.69. Stoicorum philosophia moralis. p.220. §.18. Stoici defendunt autochiriam. p. 301. *not.* a)

Stultitia: non consistit primario in ignorantia & errore. p. 10. §.45. est multiplex. *ib.* §.46. in quonam consistat. *ib.* §.47. eruditi stulti majores sunt reliquis. p. 11. *not.* k) radix & essentia stultitiæ non in intellectu sed voluntate quærenda. p.11. §.51. separatio ab insipientibus non parit sapientiam. p.40. §.84. *seq.* obligatio sapientis, ut ne a stultis se separet. *ib.* §.89. *seq.* quomodo sapiens mores suos ad mores insipientum aptare debeat. p.41 §.92. facilius aliorum stultitiam quam nostram agnoscimus. p.10. §.87. & *not.* b)

Supernaturales res quænam sint. p.60. §.26.

Superstitio. Definitio superstitionis. p. 359. §.67. *conf.* p.191. *not.* c) comparatio instituta inter atheismum & superstitionem. p.197. §.91. superstitiosi plerumque stupido & crasso intellectu laborant. p.360. §.69.

Tabella, quem usum habeant? p. 133. §.23.

Talander, judicium de ipsius stilo germanico. p.117. §.30.


Temperamentum. Usus doctrinæ de temperamentis intuitu morborum humanorum. p.309. §.43.

Theologia, docet modum perveniendi ad pacem internam conscientiæ. p. 45.

45. §. 13. Studiosi Theologiæ non commode studio jurisprudentiæ plane carere possunt. p. 46. §. 16. cautelæ circa studium theologicum. p. 319. §. 6. seq.
- Theresia.** Cavendum a lectione Scriptorum §. Theresia. p. 187. §. 64.
- Tbuanus.** Inter historicos Gallorum parem vix habet. p. 66. §. 62.
- Tragædiæ.** Cautelæ circa dramata tragica. p. 104. §. 24.
- Transsubstantiatio.** Irrationalis & contradictoria transsubstantiationis doctrina. p. 320. §. 9. qua occasione Lutherus hanc doctrinam oppugnare animum induxerit. p. 324. §. 13.
- Tria.** Quod sint unum in DEO, non involvit contradictionem. p. 179. §. 33. not. h)
- Trigonometria.** Usus hujus disciplinæ. p. 151. §. 8.
- Tristitia.** Quomodo ad sanitatem faciat conservandam. p. 306. §. 38. seq. quem spiritus tristitiæ agit, parum aptus est ad viam sapientiæ monstrandam aliis. p. 23. §. 130.
- Valesius Franc.** Judicium de ipsius Physica. p. 209. not. k)
- Vana sunt omnia.** p. 42. §. 94. not. l) multæ actiones vanæ addiscantur necesse est. *ibid.* §. 96. sed tamen cum cautione. *ibid.* §. 97. seq.
- Vannius Jul. Cas.** non fuit atheus. p. 191. not. u)
- Vayer la Mothe** sequitur magis dogmaticos, quam scepticos in Ethica sua. p. 224. §. 30.
- Veritas.** Sapientia non quærenda in sola cognitione veri. p. 3. §. 3. scientia veritatum noxiarum potius stultos, quam sapientes nos reddit. p. 4. §. 4. veritates in se nec bonæ, nec malæ sunt. *ib.* §. 6. exempla noxiarum & inutilium veritatum. *ib.* §. 8. nude veritates, vel bonæ, vel malæ dicantur. *ib.* §. 9. *ib.* p. 7. §. 25. cum grano salis accipiendum, quod omnes veritates perficiant intellectum. p. 8. §. 29. sq. voluntati humanæ adscribendus est usus & abusus veritatum. p. 5. §. 14. quænam veritates veri utiles vel inutilis dici debeant. p. 8. §. 32. criteria distinguendi certas veritates a propositionibus verosimilibus probe discernenda. p. 137. §. 34. Definitio verisimilitudinis. p. 59. §. 15.
- Vestitus** elegantior ad mores consuetos aptatus non repugnat S. Scripturæ. p. 258. §. 83.
- Virtus.** Via ad sapientiam & virtutem non tota est supranaturalis. p. 26. §. 15. sq.
- Virtutes creaturarum.** p. 206. §. 56. & nos. b)
- Visibilis** vid. invisibilis.
- Vita.** Vera doctrina de vita humana. p. 288. §. 9. Christus & Apostoli non præscripserunt regulas vivendi. p. 260. §. 90. cavendæ regulæ vivendi. *ib.* §. 91. sq. & p. 261. §. 97. seq.
- Unanimitas** potest esse inter dissentientes. p. 74. §. 6.
- Universitas.** vide Academia.
- Vocatio.** An certa vocatione aut sumptione opus ad emendationem aliorum. p. 23. §. 16.
- Voluntas.** Misericordia & stultitia humana intuitu voluntatis omnium maxima est. p. 15. §. 78. sq. fons est stultitiæ & sapientiæ. p. 25. §. 3. & p. 230. §. 43. de emendatione voluntatis magis solliciti esse debemus, quam intellectus. p. 25. §. 4. & not. c)
- Vossius.** Judicium de ipsius tractatu de arte historica. p. 65. §. 59.
- W** **Eisius.** commendatur ipsius stilus germanicus. p. 117. §. 30.
- Z** **Ebesis** philosophia moralis laudatur. p. 218. §. 14.
- Zeno.** Stoicorum auctor. p. 220. §. 18. cur defecerit a secta Cynicorum, p. 237. not. c)

CAUTELÆ
• CIRCA
PRÆCOGNITA
JURISPRUDENTIÆ
ECCLESIASTICÆ
IN USUM
AUDITORII
THOMASIANI.

EDITIO II.
NOVIS ACCESSIONIBUS AUCTA.




HALÆ MAGDEBURGICÆ A. 1723.
PROSTAT IN OFFICINA RENGERIANA.

ILLUSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO
V I R O
DN. MARQV. LUDOVICO
DE PRINTZEN,
POTENTISSIMI REGIS BORUSSIÆ
MINISTRO STATUS INTIMO,
ORDINIS REGII AQVILÆ NIGRÆ
EQVITI,
REGII PALATII PRÆFECTO
CONSISTORII PRÆSIDI,
RERUM ECCLESIASTICARUM ET FEUDALIVM
DIRECTORI,
COMITAT. RUPPINENSIS ET TERRÆ BELLINENSIS
PRÆFECTO,
cetera.

DOMINO SUO GRATIOSO

S. P. D.

CHRISTIANUS THOMASIVS.



Quemadmodum à primis
statim Christianismi temporibus,
imò à primo rerumpublicarum
ortu si non collisio aperta, saltem
æmulatio inter sacerdotium &
imperium perpetuò intercessit,
quoties utrumque horum unius hominis aut cor-
poris arbitrio vel directioni non fuit subjectum; i-
ta non diffitendum est, eos, qui imperium civile
adversus vim vel fraudem sacerdotii factum tectum
conservare vel voluerunt, vel debuerunt, duos
potissimum errores commisisse. Vel enim in-
tempestivis honoribus ac divitiis nimis sacerdoti-
um sibi obsequens reddere ac delinire cupientes,
hoc

DEDICATIO.

hoc ipso imprudenter illi arma suppeditarunt, non solum se eximendi potestati civili, sed & hanc plane sub jugum suum mittendi, atque autoritatem ejusdem tantum non pedibus conculcandi. Vel aliam plane & contrariam viam ingressi sacerdotium bonis omnibus spoliare ac coram populo contemptum reddere allaborarunt, aut vires proprias non juste metientes intempestiva reformatione morum sacerdotii aut ceremoniarum ab eo inventarum, autoritatem suam stabilire cupientes, occasionem dederunt incauti, ut vel populus tantum non omnem religionem ac pietatem vilipenderet, sine quibus tamen nulla societas, tantum abest Republica, conservari potest, vel ut sacerdotium majoribus viribus, etsi occultioribus, pollens, motibus internis excitatis summa imis misceret, & de adversariis Politicis, sive Regibus, sive Regni ministris triumpharet, atque victoris talibus semper deterius redderetur. Nec diffitendum, rarissimæ prudentiæ specimen esse, si princeps media inter impietatem & superstitionem via sacerdotium debitis honoribus & præmiis afficiat, & simul tamen autoritatem suam ita tueatur, ut sacerdotium sentiat, Ecclesiam esse in Republica, non Rempublicam in Ecclesia, & ne in Republica biceps potestas collateralis oriatur, aut ne potestas ecclesiastica politicam plane deglutiat. Cum vero Academiæ
X 3 deberent,

DEDICATIO.

deberent esse seminaria Reipublicæ & Ecclesiæ, deberent utique & in Academiis, potissimum vero principum protestantium, tractari fundamenta genuina doctrinæ de jure principum circa sacra, nec sacerdotium honore & sustentatione debita, nec principem imperio justo defraudantia. Sed deberent. Postquam enim etiam in Academiis principum protestantium doctrina vera politica, seu de prudentia legislativa, hæctenus fere neglecta aut supine tractata fuit, postquam ibidem in facultatibus Juridicis Professores, potissimum Juris Canonici, piaculum se commissuros esse putarunt, si à traditis hujus juris, veræ doctrinæ de jure principum circa sacra planè repugnantibus, vel latum unguem recederent, tantum abest, ut illa fundamenta in Academiis hæctenus fuerint debito modo exposita, ut potius de illis vel non fuerit cogitatum, vel etiam, si qui de illis cogitare voluerint, illi metu potentia eorum, quorum interest, arcana hæc Politica Papatus non detegi, facile fuerint deterriti. Equidem illustris Samuel Pufendorffius, in dissertationibus eruditissimis de Monarchia Papali & de habitu religionis ad Rempublicam, inter Lutheranos primus hic glaciem fregit, ac præcipua fundamenta arcanorum politicorum Papatus feliciter destruxit. Sed ut tamen regulariter fieri solet, ut qui primi errores corrigunt, non omnia videant,

DEDICATIO.

deant, sed multa relinquunt diligentia aliorum emendanda aut supplenda; Ita & tentavi haecenus, ut variis scriptis vel doctrinam Pufendorffii bene positam adversus communes errores defenderem ac stabilirem, vel etiam omissa ab eo aut praetermissa supplerem, aut ubi opus esset, modeste emendarem. Atque hic etiam primarius scopus est cautelarum praesentium circa praecognita Jurisprudentiae Ecclesiasticae, cum ad caput decimum septimum, quod peculiares cautelas circa doctrinam de jure summarum potestatum circa sacra tradit, tanquam ad commune centrum colliment omnia reliqua capita tam antecedentia, quam consequentia, ut ex inspectione totius tractatus cuilibet Lectori extra partes posito, tacite patebit. Quod vero libellum hunc TIBI, VIR ILLUSTRIS- SIME & EXCELLENTIS- SIME, offerre ausus fuerim, rationes equidem e longinquo petendas non afferam. Postulabat enim id ausum non solum debita gratitudo, ob multa haecenus immerenti mihi exhibita beneficia, sed & idem exigebat obligatio, quo TIBI ut Supremo Curatori Academiae Fridericianae rationes reddere doctrinarum mearum obstrictus sum. Omnium vero maxime me ad id impulsus esse confiteor admiratione virtutum Tuarum, magis per nativam ingenii & genii bonitatem, quam per manu-ductionem doctrinarum
Acade-

DEDICATIO.

Academicarum acquisitarum, quibus, dum iussu **POTENTISSIMI REGIS** Sacro rerum Ecclesiasticarum Consistorio præes, functionem eam ita expedis, ut & **SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS** imperium circa sacra nullum patiatur damnum, & ut tamen sacerdotio debitus honor & protectio conservetur, quo ipso ipsum, etsi rarissimum **POTENTISSIMI REGIS** exemplum, feliciter imitaris, Cujus pietas exteris pariter & subditis cognita, ita prospicit sacerdotio non Suo solum, sed & subditorum Suorum, ut omnia, quæcunque salva majestate Regia ab **IPSO** expectari poterant beneficia & privilegia, etiam non imploratus clementissime eidem indulgeat. Ergo vel hæc ipsa consideratio me non potuit non impellere, ut meditationes has meas censuræ **TUÆ** subjicerem, ut, sicubi hinc inde lapsus fuero, ad nutum **TUUM** eadem in posterum emendentur. Neque despero, fore, quin de sincera mea veneratione certissimus, aulum meum serena fronte sis accepturus, ac submisisse precor, ut & in posterum gratiam ac favorem **TUUM** continuare in me non dedigneris, à **DEO** vero optimo maximo stabilem & perennem felicitatem **TIBI** animitus apprecor. Dabam in Academia Fridericiana circa finem Septembris 1712.

PRÆ-

PRÆFATIO.




Romisi ante biennium, cum cautelas circa præcognita Jurisprudentiæ publici juris facerem, quod & reliquas partes doctrinarum fundamentalium in ejusmodi cautelas redactas edere vellem. Jam igitur sisto priorem sectionem partis quartæ, seu priora capita septem illius partis quartæ, quarum rubricæ sunt 1. de Historia Ecclesiastica veteris fœderis, 2. de Hist. Eccles. Novi fœderis usque ad Constantinum; 3. de H. E. inde ad Carolum Magnum, 4. & inde ad Carolum V; 5. ac porro inde ad nostra tempora, 6. de utilitate, quam studiosus juris ex studio historiæ Ecclesiasticæ sibi promittere debeat, 7. de habitu religionis ad rempublicam. Sed, uti collatio cautelarum præsentium cum istis septem capitibus ostendet, plane alia est facies cautelarum, quam doctrinarum illarum fundamentalium. Harum enim priora sex capita nil nisi excerpta vel potius indicem summarissimum & nimis generalem dicendorum ex Arnoldina historia Ecclesiastica, tam majore, quam minore desumptum, caput septimum autem talem indicem ex Pufendorfii tractatu de habitu religionis ad rempublicam excerptum continent, lectoribus, si non accedat lectio utriusque autoris aut expositio oralis, parum proficuum. In capite vero sexto pauci conceptus de usu studii historiæ Ecclesiasticæ intui-

))

tu

tu jurisprudentiæ proponuntur & ipsa multæ explanationis indigentia. At in præsentibus cautelis, etsi singula capita Historiæ Ecclesiasticæ non fuerint repetita; etsi paucissima ex Pufendorffii libro de habitu religionis ad Rempublicam fuerint allata, longe plenior tamen introductio ad lectionem historiæ Arnoldinæ & aliorum Autorum selectiorum cum judicio faciendam hic continetur, eo primario collimans, ut præparetur studiosus juris ad sanam doctrinam hæctenus neglectam de jure principis circa sacra, quæ singula in doctrinis istis fundamentalibus deficiebant. Ac prima quidem vice has cautelas usque ad caput decimum septimum circa finem anni 1707. & initium anni 1708. selectioribus quibusdam auditoribus describendas dedi, accedente interpretatione vivâ & ostensis scriptoribus hinc inde allegatis. Cum vero professio juris Canonici vel Ecclesiastici mihi interea mandata fuerit, non diutius differendam putavi editionem harum cautelarum, adjeci tamen a capite decimo octavo primas lectiones juris Canonici anno superiore publice expositas, de origine, incrementis & auctoritate juris Canonici, ut quod ipsum caput etiam ad præcognita juris Canonici pertinet. Hac ætate exposui differentias Juris Canonici & civilis. Sequenti anno Deo exponam institutiones Juris Canonici ad ductum Lanceotti, & forte institutiones Lancelotti cum notis priorum simul publici juris faciam, ostensurus arcana Politica papatus sub doctrinis Juris Canonici latentia. Tu interim Lector, his utere laboribus nostris in honorem Dei, & commodum proximi.

INDEX



INDEX CAPITUM.

- I. De Jurisprudencia Ecclesiastica in genere. p. 1
- II. De Historiæ Ecclesiasticæ neglectu , usu, & scopo peculiari studiosi juris circa illud studium. p. 8
- III. De Cautelis circa Historiam Ecclesiasticam generalibus. p. 17
- IV. De Cautelis circa Historiam Ecclesiasticam a tempore creationis ad tempora diluvii. p. 45
- V. De Cautelis circa Historiam Ecclesiasticam a temporibus diluvii ad Mosen. p. 57
- VI. De C. c. H. E. tempore Mosis. p. 71
- VII. De C. c. H. E. a tempore Mosis ad captivitatem Babyloniam. p. 84
- VIII. De C. c. H. E. a tempore captivitatis Babyl. ad adventum Christi. p. 97
- IX. De Cautelis generalibus circa H. E. Novi Testamenti. p. 112
- X. De C. c. H. E. seculi primi a Christo nato. p. 130
- XI. De C. c. H. E. seculi secundi. p. 155
- XII. De C. c. H. E. seculi tertii. p. 187

XIII.



INDEX CAPITUM.

- XIII. De C. c. H. E. seculi quarti. p. 202
- XIV. De C. c. H. E. seculi quinti. p. 215
- XV. De C. c. H. E. seculorum sequentium usque ad tempora Reformationis. p. 225
- XVI. De C. c. H. E. a tempore reformationis. p. 236
- XVII. De Cautelis circa doctrinam de jure summarum potestatum p. 248
- XVIII. De Origine Juris Canonici. p. 256
- XIX. De progressu Juris Canonici ad collectionem Gratiani. p. 286
- XX. De progressu Juris Canonici a collectione Gratiani hucusque. p. 3
- XXI. De Autoritate Juris Canonici in Germania usque ad tempora reformationis. p. 3
- XXII. De Autoritate Juris Canonici post reformationem in terris potissimum Principum Protestantium. p. 353
- XXIII. De utilitate ac neglectu studii Juris Canonici in Academiis etiam Protestantium, & methodo illud docendi. p. 375

CALL



CAUTELÆ

Circa

PRÆCOGNITA JURISPRU- DENTIÆ ECCLESIASTICÆ,

CAP. I.

De

Jurisprudentia Ecclesiastica in genere.

SUMMARIÆ,

Jurisprudentia Eccles. definitio. §. I. Homonymia. §. II. Differentia utriusque generis. §. III. Definitio primigenis. §. IV. secundæ generis. §. V. Corruptio jurisprudentia Ecclesiastica. §. VI. Causa neglecta emendationis tempore reformationis. §. VII. postea magis aucta. §. VIII. Varia classes scriptorum eo pertinentium. §. IX. Judicium generale de iis. §. X. Necessario præcognoscenda doctrina de jure Principis circa sacra. §. XI. & inde instituendum examen legum Ecclesiasticarum. §. XII. Item historia Ecclesiastica & juris Canonici. §. XIII. Tria præcognita Jurispr. Eccles. §. XIV. Methodus dicendorum. §. XV. Cautela circa ipsam Jurispr. Ecclesiasticam. §. XVI.

(Caus. Eccles.)

A

§. I. Ju-

§. 1.

*Jur. Eccles.
definitio.*

Homonymia.



Jurisprudencia Ecclesiastica est prudentia leges ecclesiasticas ferendi & interpretandi.

2. Cæterum vox ipsius Jurisprudentiæ ecclesiasticæ & legum ecclesiasticarum potissimum dupliciter sumitur, vel pro legibus ab Ecclesia latis & habitu eas interpretandi, vel pro legibus circa res ecclesiasticas & prudentia politica eas ferendi & interpretandi. Posterior significatus est hujus loci.

*Differentia
utriusque
generis.*

3. Differunt hi duo significatus dupliciter, tum respectu legislatoris, tum respectu negotiorum, de quibus agunt leges ecclesiasticæ.

*Definitio
primi generis.*

4. Leges ecclesiasticæ in priori significato sunt latæ ab Ecclesia, i. e. a Clero, (qui jam a primis post Apostolos seculis actu politico vocem Ecclesiæ repræsentativæ sibi soli tribuit,) indulgentibus partim ex negligentia, partim ex superstitione Imperatoribus Christianis, de negotiis non solum ecclesiasticis, sed & indubie civilibus, ut contractibus, hereditatibus, processu.

Tum una voce dici solent Jus Canonicum, de cujus origine & autoritate infra agetur *cap. 18. seq.*

Secundi generis.

5. Leges ecclesiasticæ in posteriore significato dicuntur leges latæ vel adprobatæ post Reformationem a Principibus Evangelicis (1) de negotiis ecclesiasticis vel quasi.

Dico

(1) Ex subjuncta statim nota apparet, quod respiciam hic in specie ad usum moderatum in Germania. Nam alias secundum num. 2. leges Ecclesiasticæ sunt, quæ latæ sunt a magistratu civili de negotiis vere Ecclesiasticis.

Dico *vel quasi*, quia huc referuntur etiam negotia, quæ secundum doctrinam protestantium debebant esse, pure civilia. e.g. Matrimonium, *vid. Lutheri Catechism.* it. causæ civiles ministrorum Ecclesiæ, annus Gratiæ &c. quæ tractantur in Consistoriis Principum Protestantium. Tractantur autem ibi omnia negotia, quæ pro ecclesiasticis habentur apud Pontificios.

6. Cum vero jurisprudentia ecclesiastica, etiam in posteriore & strictiore significato sumpta, tota, & quanta quanta est, tempore Reformationis fuerit corrupta, atque ad interesse Cleri papalis aptata, sane debebant Juriconsulti Protestantes in tempore operam dare, ut jus Principum Evangelicorum circa sacra, i. e. negotia ecclesiastica, plene definiretur & ab invasione & corruptione Cleri papizantis purgaretur.

*Corruptio
Jurispru-
dentia Ec-
clesiastica.*

7. Sed tantum abest, ut id debito modo fuerit observatum, ut potius id plane neglectum fuerit. Cujus rei variæ sunt causæ, hic saltem summatim indicandæ.

*Causa ne-
glectæ emen-
dationis
tempore re-
formatio-
nis.*

- (1) Miseria totius Jurisprudentiæ tempore reformationis, ignorantia videlicet doctrinæ Juris Nat. & prudentiæ civilis laborantis. (2) Dissidia legistarum & canonistarum. (3) Æmulatio inter JCros & primos reformatores Theologos, præprimis cum Lutherus (*) publice cremaret jus canonicum. (4) JCtorum exclusio vel neglectus in consiliis perficiendæ reformationis, (5) Theologorum ad ea consilia adhibitorum bona intentio, destituta, vitio seculi, prudentia partim morali, partim civili, partim juris publici Romani-Germanici. Dicendum hic de Corpore Juris matrimonialis Sacercii, (†) de consiliis Theo-

A 2

logi-

*) *Vide infra cap. 22. §. 2.*

†) *Prodibat 1. Lips. 1559. sub titulo: von heiligen Ehestande. Cum vero raras inveniret emtores, novus titulus fuit huic li-*

bro datus: scilicet, Corpus juris matrimonialis Francof. 1569. Liber est exigui usus, non solum, quod varia alioquin contineat, sed quod repletus sit infinitis contradictionibus

*Pæfles ma-
gis auctæ.*

logicis contrariis, circa quæstionem de bello a statibus ob religionem suscipiendo. &c. †)

8. Neque successu temporis nævi hi emendati fuere, sed potius indies & ad nostra usque tempora aucti sunt. Cujus miserix plures adferri possent rationes, si institutum id permetteret.

- (1) Institutio consistoriorum talis, ut ibi ex dictis causis prævaluerint consilia Theologorum, relicta exquendi gloria JCtis. (2) Diffidia inter Protestantes utriusque partis, nimium hic indulgentibus politicis fervori hæreticum. (3) Reliquix non pauca Papismi politici, in ordinationes ecclesiasticas Principum Protestantium translata, (4) ac defensæ a JCtis Lutheranis (*) ex principiis juris Justiniani, Papismo politico nimium quantum infecti, aut etiam ex principiis juris Canonici, quibus singularem sc. æquitatem & pietatem commendati. (5) Diffidia in ecclesiis reformatis in Belgio de jure Principum circa sacra. (6) Suppressio sententiæ verioris per accessionem Principis Mauriti, ex arcana ratione status, ad partem adversam. †) (7) Nimia autoritas (***) consiliorum Theologorum in Germania superiore Principibus etiam parum tributis. (8) Inde oriens metus Politicorum, ne contra hiscere auderent. (9) Persuasio Principibus insi-

bus Theologorum. Ad id tamen utilis, ut principes agnoscant, an conducant Reipublicæ, si nimia autoritas concedatur Theologis, se immiscentibus negotiis politicis.

†) *Deprehendes hæc consilia in Consiliis Theologicis VVittembergensibus Tom. III. tit. 3. num. 5. ad 14. fol. 95--105.*

*) *Huc pertinet G. A. Struvii Commentarius ad priores titulos l. I. Cod. Justin. de quo vide Hist. Cont. int. imp. & sacerdot. p. 33. et p. 645. item Abasveri Fritschii Jus Ecclesiasticum, tripartitum & in eo potissimum VVeberi tra-*

ctatus egregie Papizans de jure Consistoriorum, vid. Hist. Cont. p. 342. 343. 650.

†) *Adde infracap. 17. §. 12. & annotata de Auberii memoires de Hollande in Histor. Cont. p. 346. & 611.*

**) *Huc pertinet etiam, quod Consilia Theologica, cum saltem ut Consilia considerari debeant, communiter tamen, etiam hominum soleant in effectu equiparari decisionibus & sententiis juridicis, adeoque ex hac præjudicio etiam acta judicialia simul ad Fæcultates Theologicas transmitti,*

insinuata, ut ipsi sub specie pietatis vindices juris politici vel supprimerent, vel his certe non assisterent. &c. (†)

9. Unde non mirandum, quod Studiosus veritatis non possit magnam fiduciam ponere in scriptis ad Jurisprudentiam ecclesiasticam pertinentibus, a Jctis vel Theologis Protestantibus huc usque editis, sed hujus Jurisprudentiæ justa emendatio adhuc inter desiderata sit numeranda.

*Varia classif-
ses scripto-
rum eo per-
tinentium.*

Sunt illa scripta variorum generum (1) *Responsa & consilia* partim *promiscua*, ut consilia Wittebergensia, consilia Dedekenni, cum auctario Grubelii, a) partim *in specie matrimonialia*, ut præter Sarcerii jam memoratum corpus, decisiones matrimoniales Bruckneri; Scripta polemica occasione controversiæ de matrimonio cum uxoris sorore; Responsa in causa Oettingensi, Hieronymi Delphini de conjugio Eunuchi &c. (2) Scripta *systematica* vel quasi, ut Carpzovii Jurisprudentia consistorialis, b) Brunnemanni jus Ecclesiasticum c), Gisberti Voetii Politica Ecclesiastica d), Martini Schookii dissertationes variæ, item de bonis ecclesiasticis e). Schilteri Institutiones Juris Canon. &c. f) (3) In specie de Jure Principis circa Særa, Jo. Uytenbogardi de officio magistratus in rebus ecclesiasticis g), Antonii Wallæi de Jure Magistratus in ecclesiasticis contra Uytenbogardum h), Hug. Grotii de Imperio summarum potestatum circa sacra i). Nicolai Vedelii de Episcopatu Constantini M. s. de Potestate Magistratum Refoꝛmatorum circa res ecclesiasticas k).

A 3

Jaco-

†) Adde infra cap. 17. §. 8. 10. seq. & d) Vide Hist. Cont. p. 632-640. de Wt. belmi Zepperi Politia Ecclesiastica vide ibid.

a) Vid. Hist. cont. p. 645. 647. Divisa p. 600.
sunt in partem. quarum 1. agit de causis
Religionis, 2. de causis Ecclesiasticis, 3. de in Hist. Cont. p. 621. 626. 628 - 632. 638.
moralibus & Politicis, 4. de matrimonialibus, (seq. f) H.C.p. 652. 660. g) H.C. p. 346. h)
b) Vid. Hist. Cont. p. 644. 670. | H.C.p. 347, i) H. C. p. 348. k) H. C. p. 330.
c) Judicium de eo vide in H. C. p. 650. seq. | 349

Jacobi Triglandii dissertatio de civili & ecclesiastica potestate, occasione libelli Vedeliani l). Jacobi Revii examen dissertationis hujus Vedelii m). Guilielmi Apollonii jus majestatis circa sacra oppositum Vedelii tractatui de episcopatu Constantini M. n) Grallæ s. vere puerilis cothurnus sapientiæ, quo se jactat apud imperitos Guilielmus Apollonius in centonibus, quos edidit de jure majestatis circa sacra contra libellum Nicolai Vedelii de episcopatu Constantini M. o) Ludovici Molinæi Parænesis ad ædificatores imperii in imperio. p) Ludiomæi Colvini Papa Ultrajectinus sive mysterium iniquitatis reductum a Gisberto Voetio in opere politiæ ecclesiasticæ. q) Jugulum causæ seu nova, unica, compendiaris & una propemodum periodo comprehensa ratio, per quam totus doctrinarum Romanensium complexus, de quibus lis est inter Protestantes & Pontificios & una Papa, ejusque imperium funditus evertitur. r) Pufendorffii de habitu religionis ad rempubl. &c. s) In discursu dicendum de singulis.

*Judicium
generale de
iis.*

10. Etsi enim inter Scriptores & tractatus hæctenus recensitos aliqui sint, qui corruptionem Jurisprudentiæ ecclesiasticæ sentientes de emendatione cogitaverint (a) eamque tentaverint etiam, tamen partim ob imperfectionem ingenii humani glaciem saltem fregissent, (b) non tamen rem perfecerunt, partim ubi latius progressi sunt in refutandis doctrinis erroneis, ab adversariis suppressi & eorum scripta, fisco addicta vel alio modo occultata fuere. (c)

(a) Ut ex recensitis Brunnemannus in jure ecclesiastico, passim, Schookius, Uytendogardus, author Grallarum, Molinæus, Pufendorffius. (b) Ut Brunnemannus & Pufendorffius, item Schookius, quorum ultimus, ut ex aliis

349. 623. l) *lb. p. 623.* m) *lb. p. 351.* | *p. 423. seq.* r) *lb. p. 429. seq.* s) *Vide*
n) *lb. p. 330. 351. 356.* o) *lb. p. 357.* | *infra cap. 17. §. 14. 15. 16. Hist. Cont. p.*
391. p) *lb. p. 416. 418. seq.* q) *Ibid.* 450.

liis ejus scriptis patet, plus ingenio & lectione valet, quam iudicio. (c) Ut Vytenbogardus, author Grallarum, Molinæus, quorum libri sunt rarissimi. Ipsa etiam doctrina, ut hæretica & Arminiana aut Puritanorum vel independentium fuit traducta, unde & nomen *Erastianorum* ortum habet, de quo diximus in nos, ad *Hub. jus civit.* lib. 1. *Seff. de Eccles.* *)

11. Cæterum uti cujusque Jurisprudentiæ duo *Necessario* sunt genera, universalis una, altera particularis, ita & *præcognoscenda doctrina de jure Princ. circa sacra.* intuitu ecclesiasticæ res se habet. Neque enim poteris expendere & examinare leges ecclesiasticas Protestantium, nisi eas intelligas, nisi doctrinam communis prudentiæ circa jura summarum potestatum calleas.

12. Ergo si quis emergere ex nævis istis, quæ Jurisprudentiam ecclesiasticam etiam apud Protestantes *Et inde in-stit. examen legum ecclesiastic.* adficiunt, sine periculo velit, necesse est, ut pauca & perspicua axiomata, de jure & prudentia Principis circa sacra intelligat, tum ut secundum eas regulas Jurisprudentiam ecclesiasticam, quæ in foris Protestantium obtinet, examinet.

13. Uti vero alibi †) ostendimus, historiam esse *Item historia eccles. & juris Canonici.* alterum sapientiæ oculum, ita hic maxime historia ecclesiastica & juris Canonici Studio juris ecclesiastici non est negligenda, sed ante omnia illa quidem præcognoscenda, hæc subjungenda.

14. Ergo, ut ex hætenus dictis adparet **) , sine *Trium præcognita Jurispr. ecclesiastic.* studio historiæ ecclesiasticæ & juris Canonici, vix posse judicari de jure Principis circa sacra, sine studio juris Principum circa sacra non posse expendi, quid in legibus

*) *Conf. infra c. 17. §. II. Hist. Cont.* p. 344. §. 20.

†) *Vid. cans. circa præcogn. jurispr. cap. 5. n. 1. seq. item n. 54. seq.*

**) *Loquor hic de præcognitis specialibus jurisprudentiæ Ecclesiasticæ. Ergo non excludo, sed præsuppono præcognita jurisprudentiæ in genere, de quibus in peculiari tractatu actum.*

bus ecclesiasticis emendandum sit, quid retinendum, ita simul perspicuum est, tria esse præcognita Jurisprudentiæ ecclesiasticæ specialis, de quibus jam agendum erit.

*Methodus
discudorum*

15. Horum primum est historia ecclesiastica, secundum doctrinam de jure summarum Potestatum circa sacra, tertium historia de origine, progressu & autoritate Juris Canonici.

*Cautela cir-
ca ipsam ju-
risprud., ec-
cles.*

16. His probe cognitis alio tempore tradentur cautelæ circa ipsum Jurisprudentiæ ecclesiasticæ Protestantium studium adhibendæ.

C A P. II.

De

Historiæ ecclesiasticæ neglectu, usu, & scopo peculiari studiosi juris, circa illud stu- dium.

S U M M A R I A.

Historiæ ecclesiasticæ definitio duplex. §. I. Communis neglectus, etiam apud Protestantes. §. II. Hujus neglectus causa, partim communes. §. III. Partim speciales. §. IV. Damna varia inde orta. §. V. Insignis usus historiæ ecclesiasticæ in studio sapientia, §. VI. & prudentia consultatoria. §. VII. In historiæ ecclesiasticæ diversi sunt fines. §. VIII. Alium scopum habent studiosi Theologia, §. IX. alium studiosi juris, §. X. conjungendos tamen a studio juris, §. XI. non vero a studio Theologia. §. XII. Usus historiæ ecclesiasticæ intuitu peregrinationum, §. XIII. etiam vulgo neglectus. §. XIV. Usus peregrinationum in historiæ ecclesiasticæ. §. XV. Cavenda rixa cum dissentientibus. §. XVI. Afferenda ad peregrinationes historiæ & Jurisprudentiæ ecclesiasticæ. §. XVII. Insufficiencia librorum, peregrinantes instituentium. §. XVIII. Usus cautelarum in peregrinationibus, §. XIX. etiam in convertendis errantibus. §. XX.

§. 1.

Historia ecclesiastica est historia agens de origine divina non solum mundi totius, sed & in primis humani generis, tam quoad statum integritatis, quam quoad originem mali, & inde secutum lapsum, de institutis pariter divinis ac humanis circa facta & actiones humanas, quatenus homo consideratur in societate humana colendi Dei causa inita, tradens adeo narrationem de origine & progressu Religionis tam veræ, quam falsæ post lapsum. Breviter: Historia ecclesiastica est narratio factorum divinorum & humanorum in Ecclesia.

Historia ecclesiastica definitio duplex.

Historia quotuplex sit, dixi in *cautelis circa præcognita jurisprudentia cap. 6. n. 1.* unde patet, historiam *Ecclesiasticam* differre ab historia *naturali*, quæ est historia de structura corporis visibilis, & usu ejus structuræ ad conservandam hominis sanitatem: a *civili*, quæ est historia originis & progressus rerum publicarum & factorum humanorum in republica abstrahendo a cultu divino & respectu ad ecclesiam. *Philosophica* est historia originis & progressus sapientiæ & stultitiæ humanæ, abstrahendo a revelatione divina. Unde patet, (1) historiam philosophicam certo respectu esse latiorẽ historia ecclesiastica, quatenus ostendit etiam originem errorum in philosophia naturali & prudentia civili, partim etiam, esse necessariam partem historiæ ecclesiasticæ, quatenus docet originem factorum dogmatum sub prætextu religionis in republica cum tumultu & injustitia stabilitorum. Differunt etiam historia *Ecclesiastica* & historia *Sacra*. Posterior est historia

ria

(1) *Historia Ecclesiastica certo respectu est species historiæ civilis, quatenus docet originem & progressum contentionis inter imperium & sacerdotium; certo respectu etiam est species historiæ Philosophicæ, quia hæreses & Philosophia orta.*

(Caus. Eccles.)

ria contenta in sacris literis de rebus vel ecclesiæ vel civilibus & negotiis aliis non ecclesiasticis.

*Communis
neglectus et-
iam apud
Professo-
res.*

2. Uti vero de communi neglectu studii historici in genere alibi (a) sumus conquesti, ita experientia quotidiana docet, inter studia historica ecclesiasticam historiam adhuc magis negligi quam historiam civilem, (b) etiam apud Protestantes, (c) neque solum ab hominibus aliorum statuum, sed & ab eruditis, & quod mireris a multis, si non plerisque, Theologis.

(a) *In citat. cautelis cap. 16. n. 39.* (b) Eam enim colunt non solum multi haud eruditi, sed & ex eruditis politici pariter & ecclesiastici: Imo ecclesiasticis plus debemus in conservatione historiarum præcedentium seculorum, quam politicis. (c) Testatur quotidiana experientia, quod ex studiosis paucissimi, dum ex scholis in academiis ascendunt, vel modicam saltim notitiam historiæ Bibliæ in academias afferant, unde quid de aliis in statibus haud eruditis viventibus, sperandum sit, facile constat. (d) Loquor de studio historiæ ecclesiasticæ distincto & sincero. Nam quoad superficialium & fucatum (2) concedo eos non tam crassa ignorantia laborare, ac politicos.

*Hujus neglectus
causæ
partim communes.*

3. Communes causæ neglectus studii historici in genere ibid. recensitæ etiam hic in considerando neglectu studii historiæ ecclesiasticæ sunt repetendæ: Præterea tamen etiam sunt causæ peculiares neglectus hujus studii ibidem non memoratæ.

Causæ communes recensitæ sunt *d. l. c. 6. n. 40-50.* sc. petitiæ a culpa præceptorum, tam scholarum trivialium, quam academiarum, sive Professores historiarum respicias, sive Professores reliquos, tam Philosophiæ, quam trium superiorum facultatum; denique a culpa studiosorum.

4. Ni.

2) *Quid vocem studium fucatum, patebit ex cap. seq.*

4. Nimirum (1) paupertas Ministrorum Ecclesiae, & quae inde oriuntur incommoda, (a) inter quae etiam est neglectus historiae ecclesiasticae, tanquam quae requirit inspectionem librorum, multis impensis comparandorum: (2) nimia inclinatio plurimorum hominum ad superstitionem idololatricam, (b) cujus stultitia maxime detegitur per historiam ecclesiasticam sinceram: (3) interesse eorum, qui arcana Papismi promoverunt etiam in ecclesiis Protestantibus, (c) ne ea detegantur, & regnum tenebrarum damnum patiatur, (4) contemptus historiae ecclesiasticae respectu eorum, qui putant, religionem esse saltem opus astutiae humanae, inventum in gratiam plebis, mulierum, infantum, ne hiscant contra arcana vel potius flagitia dominationis. (d)

partim speciales.

(a) De quibus actum *pecul. dissert. de officio Principis Evangelici circa augenda salaria & honores ministrorum ecclesiae §. 33. seq.* ubi imprimis ostensum fuit, inde ortum esse neglectum studii theologici ab ingeniis excitatis inter divites & potentes, & affluentia ex pauperibus pigrorum & stupidorum. (b) Etsi enim homines intuitu affectuum dominantium aequae inclinent ad atheismum, ac ad superstitionem, oritur tamen pluralitas superstitionum ex eo, quod imperium adfectantes autoritate in republ. praedicti, inclinationem naturalem vulgi adjuvent, ad superstitionem, ad suum interesse. (c) Cujus causae & occasiones declaratae sunt summam *ad cap. praed. §. 7. & 8.* (d) Qui contemptus tamen, ut mox videbimus, oritur etiam ex neglectu historiae ecclesiasticae. Post ortum tamen auget illum neglectum.

5. Oriuntur autem ex hoc neglectu infinita damna, partim in rempublicam, partim in Ecclesiam, alia *Damna varia inde orta.* communia, ut multiplicatio & incrementa superstitionis *ta.*

B 2

pari-

pariter & Atheismi (a) alia *particularia* intuitu *reipublicæ*, turbæ internæ (b) & externæ, (c) ac aversio hominum a via felicitatis temporalis consequendæ; intuitu *Ecclesiæ*, cultus idololatricus & aversio hominum a via felicitatis æternæ.

(a) Dum scilicet superstitio ad summum impudentiæ gradum pervenit, homines, qui a furore superstitionis supprimuntur, solent in alterum extremum labi. (b) Seditiones, rebelliones, regicidia, sacræ inquisitiones sub specie pietatis defensæ. (c) Defensiones & justificationes bellorum ad propagandam religionem susceptorum, cruciatarum &c.

*Insignis usus
H. E. in
st. dio sapien-
tia.*

6. Unde non opus est, ut multa differamus de insigni usu studii historiæ ecclesiasticæ. Cum enim superstitio pariter & atheismus impediunt veram hominis felicitatem, non solum futuri, sed & præsentis seculi, ac per ea vitia stultitia naturalis humani generis altas ac firmas radices agat in cordibus hominum, ut inde per præcepta sapientiæ loco moveri nequeat, facile constat, quantam utilitatem adferat studium, quod ostendit originem & progressum veræ religionis & superstitionis cum utriusque effectibus in societatibus humanis.

*Ex prudentia
consulti-
verbo.*

7. Adde, quod sine historia ecclesiastica non possint agnosci fontes confusionum & turbarum ob religionem, quæ hodiernum per tot secula sunt frequentissima inter populos christianos, (a) adeoque non possint etiam prudentia formari consilia. (b)

(a) Tum inter diversas respubl. diversis religionibus gaudentes, tum in una republica, in qua vel diversæ florent religiones, vel una sola dominatur aut dominari vult. (b) Fere enim cura adhibetur per violentam propagationem aut suppressionem religionis, quorum utrumque tamen
repu-

repugnat & dictamini rationis & Scripturæ S. utriusque fœderis.

8. Interim ex differentia studii Theologici & Juridici patet, quod cum utraque facultas maxime opus habeat studio historiæ ecclesiasticæ, diversus tamen sit scopus Studiosi Juris & Studiosi Theologiæ in isto studio.

In historia ecclesiastica diversi sunt fines.

9. Studiosus Theologiæ maxime sollicitus est de accurata notitia status integri, lapsus, & post lapsum institutæ a Deo religionis, quatenus ea consistit in doctrinis ad salutem æternam ducentibus; quomodo & quibus autoribus doctrinæ in veteri fœdere fuerint falsificatæ, ac postea per Christum & Apostolos renovatæ, ac in majore perspicuitate propositæ, tum rursus per singula secula inversæ & turbatæ, tam ante, quam post tempora reformationis. Uno verbo, considerat historiam articulorum fidei cum relatione ad institutionis & restitutionis statum.

Alium scopum habens Studiosi Theologiæ.

10. At Studiosus Juris magis abstrahit ab accuratioris notitia status integritatis vel lapsus, ut & ab Oeconomia divina quoad reparationem salutis æternæ, sed magis respicit ad habitum religionis veræ, ad felicitatem hujus vitæ & utilitatem rerum publicarum, & falsa dogmata examinat, quid in iis lateat arcanae dominationis, & qua ratione religio per omnia secula fuerit pallium omnis stultitiæ & nequitiae.

Alium Studiosi Juris.

11. Et si autem Studiosus Theologiæ possit commode salvo suo scopo in studio historiæ ecclesiasticæ præterire scopum studiosi juris, hic tamen non poterit plane negligere ea, ad quæ respicit Studiosus Theologiæ, partim, quia Studiosus Juris antea debet cognoscere, quænam religio sit vera & falsa, antequam utriusque habitudinem ad rem publicam expendat, partim quia

Coniungendi tamen Studiosi Juris.

Studiosus Juris simul est in statu Christianismi, & hoc intuitu debet ipse rationem reddere de fide sua, non veniendi auctoritate humana docentium.

Etsi non debeat ita profunde rimari puncta illa historiae Eccles. quae rimatur Theologus, quia non intendit docere dogmata fidei.

Non vero a studio Theologiae.

12. Cautelae certe in studio historiae ecclesiasticae observandae Theologo, sunt etiam observandae JCo, non vice versa,

Nam cum theologi non participant de regimine reipublicae, non opus habent attendere cautelas Studioforum juris ecclesiastici. At JCo intuitu ipsius regiminis, ad quod jure suo aspirant (3), obligati sunt defendere doctrinam veram contra fraudes fallorum doctorum, tum etiam intuitu jurisdictionis ecclesiasticae, ubi Praesides & assessores agunt, eorum officium est, audire quidem consilia Collegarum Theologorum in Consistoriis, sed etiam judicare posse de partialitate & impartialitate talium consiliorum.

Ufus H. E. intuitu peregrinationum.

13. Est etiam peculiaris scopus & usus studiosi historiae ecclesiasticae, Studioso juris probe attendendus intuitu peregrinationum.

Etsi enim Studiosi aliarum facultatum etiam peregrinari soleant, etsi optandum esset, ut Studiosi Theologiae id frequentius facerent, nullum tamen dubium est, Studiosos juris frequentius peregrinari reliquis, & in ipsis peregrinationibus ad sui perfectionem alium habere scopum, quam Studiosos Philosophiae, Medicinae & Theologiae.

Etsi vulgo neglectus.

14. Equidem haec, qui de utilitate peregrinationum Studiosis juris consilia dederunt, potissimum respexerunt regimen mere politicum, de religionum vero diversitate parum fuere solliciti.

Ufus peregrinationum.

15. Cum tamen & peregrinationes & conversatio-

3) Quodsi forte dubites et allegata desideres, en perlege proemium infra. in fine.

tiones cum hominibus diversæ religionis multum con- in hist. ec-
cles.
ducant ad corroborandam doctrinam historię & juris-
prudentię ecclesiasticę.

Ut videlicet observemus in singulis rebus publicis nexum
religionis cum regimine politico.

16. Omnino autem cavendum est ante omnia Cavenda rē.
xæ cum dis-
sidentibus.
Studio sapientię, in primis autem Studio juris, ne ri-
xetur cum dissentientibus in religione.

Neque enim peregrinatur, ut alios emendet, sed se, neque ri-
xæ ad emendationem aliorum conducunt, sed potius
tollunt omne conversationis vinculum & occasionem
conversandi.

17. Caveat etiam Studiosus juris, ne peregrine- Asterenda
ad peregrina-
tiones H.
& J. E.
tur absque jactis fundamentis & principiis historię ec-
clesiasticę & jurisprudentię ecclesiasticę, cum alias ne
quidem cum personis diversæ religionis possit conver-
sari, aut eorum religionem debite examinare absque
meru seductionis.

Deprehendet enim in plerisque dissentientibus religioni-
bus viros simplices & honestos, sed & seductores & sedu-
ctos, multos bona fide errantes, multos callidos & hypo-
critas. Deprehendet in religionibus dissentientibus
plurimos, qui lyncei sunt in detegendis nãvis & errori-
bus aliarum religionum, contra talpæ in agnoscendis de-
fectibus religionis, quam profitentur. Unde facilis est
seductio peregrinorum, nisi probe sint contra eam muniti. In sufficien-
tia librorum

18. Neque enim defectum hunc supplebunt scri- peregrinan-
tes instrum-
tium.
pta theologica instruentia peregrinantes Lutheranos
in terris Pontificiis & similia.

Tale est scriptum Germanicum D. J. Frid. Majeri : Unter-
richt für reisende Lutheranen. partim quia homini Luth-
erano majus periculum est ab aliis religionibus in Belgio &
Anglia, partim quia talia scripta instruunt magis ad rixan-
dum,

dum, quam ad placidam conversationem, partim quia Pa-
pistæ urgent multos nævos non tam religionis nostræ,
quam nostrorum, qui in ejusmodi libris dissimulantur,
partim, quia cæcus cæcum ducere nequit.

*Usus cante-
larum in pe-
reginationi-
bus,*

19. At qui cautelis circa studium veræ Philoso-
phiæ (a) & cautelis circa studium historiæ ecclesiasticæ
est probe instructus, is melius munitus est, ut seductio-
nem timere non debeat. (b)

(a) Quas tradidimus in *cautelis circa præcognita Jurisprud.* (b)
Nam e. g. Quakeri, Sociniani, Anabaptistæ, Pontificii
&c. aberrant a fundamentis veræ Philosophiæ, præpri-
mis autem in doctrina de natura humana & de differen-
tia & convenientia luminis naturæ & gratiæ, & hic error
postea produxit alios in rebus ad religionem propius per-
tinentibus. Ita v. g. notum est, quod Quakeri & Soci-
niani sint sectæ maxime oppositæ, & tamen utraque secta
convenit in errore de salute Gentilium. Nimirum
Quakeri omne lumen revelationis adscribunt lumini in-
terno gratiæ, quod etiam dicunt esse in Gentilibus. At
Sociniani lumen rationis, quod etiam fuit in Gentilibus,
nimis extollunt.

*Etiam in
conversioni-
dis erranti-
bus.*

20. Ac tantum abest, ut studiosus ita munitus se-
ductionem timeat, ut potius sperare possit, se multas oc-
casiones esse nacturum, ut in conversatione amica &
placida ostendere possit errantibus in diversis religioni-
bus fontes errorum, veræ Philosophiæ de natura homi-
nis repugnantium, & illis viam ad veram felicitatem
monstrare queat :

Ostensum hoc iterum in exemplis religionis Quakerorum,
Socinianorum, Anabaptistarum, Pontificiorum. Qua-
keri peccant contra doctrinam decori, & naturam con-
fundunt cum gratia. Hoc posterius etiam faciunt So-
ciniani, nimium adscribentes viribus liberi arbitrii. Ana-
baptistæ ordine inverso procedunt, dum v. g. per com-
mu-

munionem volunt ex insipientibus reddere sapientes, dum studia Philosophica plane supprimunt, dum perfectionem humani generis in hac vita non dabilem supponunt, quando docent, Christianos non decere bella nec officia magistratuum. Pontificii peccant contra politicam, formantes statum in statu &c.

C A P. III.

De

Cautelis circa historiam ecclesiasticam generalibus.

SUMMARI A.

Abundantia librorum in hoc studio. §. I. Quorum plerique parum profunt. §. II. Pauciores emendationem hactenus tentarunt. §. III. Non omittenda historia ecclesiastica veteris fœderis. §. IV. Diligenter meditanda structura resp. Mosaiica. §. V. Religio primævanon ad hodiernæ normam, sed hæc potius ad illam examinanda. §. VI. Rejiciendum præjudicium pro religione, in qua educati sumus. §. VII. Historia ecclesiastica scriptura reliquis omnibus præferenda. §. VIII. Hæc autem cultum simplicem & paucos articulos in ecclesia primitiva ostendit. §. IX. Cavende fabula Rabbinica in historia Veteris Testamenti. §. X. De Richardi Simonis historia critica Veteris & Novi Testamenti. §. XI. Cautela circa miracula extra scripturam. §. XII. item de miraculis in scriptura. §. XIII. Miracula non sunt frustra. §. XIV. Nulla miracula in scriptura ob mysteria mere speculativa. §. XV. Cautela circa observationes Chronologicas. §. XVI. Utilitas harum cautelarum. §. XVII. Cautela circa H. E. Eusebii, Socratis, Theodoretii, Sozomeni, Evagrii. §. XVIII. Circa Cassiodori historiam tripartitam. §. XIX. Circa hist. eccles. Nicephori Calisti. §. XX. Circa H. E. Philostorgii. §. XXI. Novi Philostorgii. §. XXII. Non omnia credenda, quæ Arriani narrant. §. XXIII. Sed tamen nec omnia rejicienda. §. XXIV. Cautela circa orthodoxiam & heterodoxiam scriptorum. §. XXV. Partialitas & ingenuitas.

genuitas utriusque communis. §. XXVI. Inde legenda historia ecclesiastica utriusque partis. §. XXVII. Cautela generalis circa historias ecclesiasticas miscellæ. §. XXIIIX. Iudicium generale de centuriatoribus Magdeburgensibus. §. XXIX. Eorum encomium & adversarii. §. XXX. Annales ecclesiastici Baronii. §. XXXI. Autores potissimi de scriptoribus historia ecclesiastica. XXXII. Natalis Alexandri opus. §. XXXIII. Timanni Gessellii Medici Tomi duo priores. §. XXXIV. Tomus tertius. §. XXXV. Tomus quartus. §. XXXVI. Iudicium de Gesselio. §. XXXVII. Cautela circa Patres priorum quinque seculorum. §. XXXIIIX. Historia ecclesiastica Hornii & Spanheimii. §. XXXIX. Historia ecclesiastica Gothana. §. XL. Commendatio operis Arnoldini. §. XLI. Nevi ejus. §. XLII. Cautela de interpretatione allegorica & mystica scriptura. §. XLIII. Cautela circa H. E. V. T. §. XLIV. Circa interpretationem textus sacri. §. XLV. Circa sensum litteralem. §. XLVI. Quandoque iudicium suspendendum. §. XLVII. Iudicium de Iosepho. §. XLIIIX. Examinatur censura Rapini de Iosepho. §. XLIX. Cautela circa H. E. N. T. §. L. Characteres duarum classium oppositarum. §. LI. Nevi utriusque classis. §. LII. Prajudicium legitimum adversus utramque classem. §. LIII. Regula prima. §. LIV. Secunda. §. LV. Tertia. §. LVI. Quarta. §. LVII. Mutatio iudicii circa eosdem scriptores inde orta. §. LIIIX. Defensio Arnoldi ex regulis hætenus traditis. §. LIX. Addita tamen ex iisdem cautela circa Mysticas. §. LX. Cautela circa praxin. barum causetarum. §. LXI.

§. 1.

Abundantia
librorum in
hoc studio.

CRescit quotidie studium historiae ecclesiasticae in omnibus religionibus, ut hodie fere scriptoribus ecclesiasticae historiae abundemus, adeoque de defectu scriptorum conquerendi occasionem non habemus, sed ut potius studiosus juris sit instruendus, ut caute verferur in lectione talium scriptorum, nec tempus inutiliter perdat.

2. Sci-

2. Scilicet uti de jurisprudentia ecclesiastica supra diximus, ita & de historia ecclesiastica pronuncian- *Quorum plerique po- rum pro- suat.*
dum est, eam in Papatu studio & data opera ad interesse cleri esse corruptam & infinitis mendaciis falsificatam, atque ita & hodiernum a Pontificiis, non tamen ita crasse (1) proponi; neque tamen istum nævum capitalem sufficienter a Protestantibus esse emendatum ob easdem rationes, quas supra memoravimus.

Vid. sup. Cap. I. §. 6. 7. 8.

3. Interim tamen non est diffitendum, quotidie *Pauciores emendationem hactenus tentant.*
a Protestantibus pariter & Pontificiis scriptoribus pedetentim (quamvis intuitu Pontificiorum & apud nos scriptorum papizantium, impari proportione) nævos quosdam hinc inde emendari, etsi id fiat a paucissimis, & ubi fit, fiat eo modo, ut multa adhuc maneant emendanda & cavenda. (2)

4. Ergo caveat studiosus historiæ ecclesiasticæ, *Non omittenda H. E. Veteris fæderis.*
ne omittat historiam Veteris Testamenti, aut superficialiter saltem eandem tractet, etsi illud plerique, posterius fere omnes faciant; neque enim poterit accurate cognoscere arcana politicæ Clericalis in Novo Testamento, nisi noverit arcana politicæ sacerdotalis apud Paganos & ipsos Judæos temporibus templi secundi.

5. Atque ut has fraudes evidentius palpet, operam dabit, ut, quod hactenus a nemine sufficienter est ostensum, diligenter meditetur ideam reipublicæ Mo- *Diligenter meditanda structura reip. Mosai- ca.*
saicæ & sapientiam divinam in structura ejusdem, & nævum religionis cum statu. Ita enim abusum juris sacerdotalis a vero usu discet discernere.

C 2

6. Ca.

(1) Ita v. g. de donatione Constantini M. *navis Patrum.*
sacent hodie saniores Pontificii. Ita du Pin

(2) Vide infra, n. 17 seq.

quandoque sincerior paulo est in agnoscendis.

Religio primæva non ad hodiernæ normam, sed hæc potius ad illam examinandæ.

6. Cavebit porro studiosus historiæ ecclesiasticæ, ne examinet statum Ecclesiæ primævum sive Veteris sive Novi Testamenti, secundum statum religionis, quæ hodie præ vera habetur, & in qua est educatus, (a) sed potius ex statu Ecclesiæ primævo suo modo (b) dijudicandus est status Ecclesiæ posterior quicumque & sic etiam hodiernus.

(a) Impingunt in hanc observationem, qui ea, quæ hodie apud nos in usu sunt, aut inculcantur a doctoribus, afferunt fuisse etiam (aut certe ita sibi imaginantur) in Ecclesiis Patriarchalibus antediluvianis & postdiluvianis, item in Ecclesiis Apostolicis. (3) Huc pertinet suo modo *dissertatio* 5. Natalis Alexandri *ad seculum* 1. P. C. N. T. 3. f. 118. seq. cujus propositio est, Christiana religio Christi natalem non solum antecessit, sed cum primis hominibus orta est, & floruit apud homines sanctos, qui tempore legis naturæ & legis scriptæ vixerunt. (b) Nam & hic cavendum est alterum extremum, ne nimis rigore examinemus perfectionem aut imperfectionem religionum hodie florentium ad conditionem Ecclesiæ Patriarchalis, vel Apostolicæ, cum utique alia debeat esse facies ecclesiastici cultus extra civitates, aut etiam in civitatibus simplicioribus, aut simpliciter moratis, quam in civitatibus populosis & imperiis amplis, & cum alia debeat esse facies Ecclesiæ, quam negligunt Imperantes, etsi eam tolerant, aut quam plane persequuntur, quam ejus, ubi Imperantes sunt membra Ecclesiæ. Multo magis cavendum est extremum aliud, ne cognita imperfectione Ecclesiarum hodiernarum statim putemus eas redigendas esse ad perfectionem Ecclesiarum illarum primævarum, sive status Ecclesiæ id. permittat, sive minus, & sive media sint apta, sive inepta.

Rejiciendum

8. Ergo caveat, ne afferat ad lectionem historiæ eccle-

(3) Ut Pfeiffer & Cave de quibus infra suo loco.

ecclesiasticæ præjudicium religionis, in qua educatus est, (a) sed ponere illud ante omnia debet, (b) aut certe abstrahere ab illo, si fructus debitos sentire velit.

præjudicium pro religione, in qua educati sumus.

(a) Inculcamus id omnibus illis, qui diversæ a nostra sunt religionis, & fuit hæc cautela sua sponte ex præcedente. Sed cum ad nos ipsos eam debemus adplicare, talpæ fumus, aut venenum sub ea latere clamamus. (b) Aliud est, deponere religionem, in qua quis educatus est, aliud præjudicium religionis. Prius consistit in persuasionem eam esse falsam, posterius in persuasionem, eam, si non conveniat cum religione primæva, esse examini ulteriori obnoxiam; aut in persuasionem, quod homines illi, qui religionem illam stabiliverunt vel formarunt, fuerint homines, & fallibiles, certe non in eo gradu a Spiritu S. inspirati, quo inspirati fuere Prophetæ & Apostoli.

8. Porro in inquisitione primævarum Ecclesiarum caveat, ne misceat ab initio quoscunque alios historicos ecclesiasticos cum ipsa historia ecclesiastica scripturæ, cum reliqui prope omnes contra duas modo memoratas cautelas impegerint, etsi diversis gradibus.

H. E. scriptura reliquis omnibus præferenda.

9. Unde cavebit etiam, ne in primævis religionibus utriusque fœderis multos subtiles articulos fidei & mysteria speculativa, aut in Ecclesia novi fœderis magnificum cultum externum & practicum quærat. Etsi enim talem exhibeant Ecclesiam primitivam scriptores alii, historia tamen scripturæ nil nisi fidem simplicem speculativam, multa mysteria (4) non tam ignorantem, quam scire non desiderantem, & ritus exiguos cultus externi, contra mœurs simplices & beneficos in Ecclesiis primitivis depingit.

Hæc autem cultum simplicem & paucos articulos in ecclesiis primitivis ostendit.

¶ 3 .

¶ Com-

(4) Nusquam memoratur in scriptura sacra quod Christus aut Apostoli inculcaverint, commendaverint, studia speculativa circa

mysteria essentia divina. semper tamen commendaverunt studia mysteriorum voluntatis divine & verum præmia.

Commend. hic præ reliquis quoad mores primitivæ Ecclesiæ Novi Testamenti Timanni Gessellii *Tom. 3. & 4. Histor. Eccles. (5)*

Cavenda fabula Rabbinnica in H. V. T.

10. Cavebit etiam a fabulis, quibus intuitu Ecclesiæ Veteris Testamenti Rabbini, & qui hos sequuntur, intuitu Novi, Hæretici & Clerus imperium affectans, in interpretationibus suis ineptis & contortis corruerunt historiæ ecclesiasticæ textum in Scriptura S. aut quas per libros falsos & supposititios textui adjece-
runt.

Rabbînicarum fabularum (6) meminit sæpius Heidegger in *Historia Patriarcharum*, Pererius ad *Genesin*, Leiserus in *Adamo, Noacho, Abrahamo &c.* Schotanus in *Historia S. &c.* Fabulas Historiæ priorum seculorum Novi Testamenti admixtas deprehendes apud Baronium, quas excusit quidem, sed non pro dignitate, Casaubonus. (7) De libris supposititiis Novi Testamenti infra pluribus agemus. Jam saltim prænotentur exempli loco Clementis Recognitiones & Acta Theclæ. (8)

De Richardi Simonis Hist. Crit. V. & N. T.

11. Multum etiam adjuvabit studiosum H. E. ut eo firmiter libros genuinos Scripturæ S. a falsis & supposititiis separet, ut haud fugitivo oculo percurrat Richardi Simonis Historiam Criticam Veteris & Novi Testamenti cum scriptis polemicis ea occasione natis.

• Dictum de iis, qui contra Simonem scripserunt, potissimum Clerico, Majo & Antonio Coulanio. (9)

Cavenda de

12. Cum vero inter illas fabulas multa sint falsa
mira-

(5) vide infra § 35. 36. 37.

(6) Commendanda intentio Natalis Alex. qui in singulis periodis peculiariter vult ostendere corruptions Historiæ sacræ a Judæis factas. Adde Eijemengers entdecktes Judenthum.

(7) De Casaubono notabilia vide in Moli-
nat jugulo cause cap. 0. p. 101. seq. Eum

videlicet insensibilem fuisse Genevensibus & nimis operam dedisse studio Patrum & transire voluisse ad religionem Pontificiam.

(8) Hos libro, sanquam bene pios in idiomate Germanicum transeult.

(9) Huc pertinet etiam tractatus de la Meuse de l' inspiration des livres sacrés. Amst. 1695.

miracula, & talibus miraculis valde usus fuerit Clerus *miraculis extra Scripturam.* ad auctoritatem & imperium acquirendum, valde cavebit studiosus H. E. ut non facile miracula credat, quæ non extant in Scriptura.

13. Imo de iis, quæ Scriptura memorat, ante omnia discutiat explicationes eorum, qui absque conceptu miraculi loca illa explicant (a) an explicationes istæ sint contortæ, nec ne. (b) *De miraculis in Scriptura.*

(a) Dicendum de controversia, quæ Dn. von der Hardt ea de re cum Calvoerio (10) & aliis intercessit, item de explicationibus ejus quibusdam novioribus. (b) Ita Clericus accusatur a nostris, quod in ejus Genesi multæ periphrases miraculorum Mosaicorum sint contortæ aut periculosæ. Dispicendum erit, an accusationes illæ fundamento justo nitantur. Certe quæ alii in expositione factorum Simsonis noviter monuerunt, præprimis de vulpeculis Simsonis non sunt contemnenda aut simpliciter rejicienda.

14. In eo criterio credo conventuros omnes, nullum miraculum frustra fieri, sed in illis casibus, ubi opus divina & miraculo maxime opus. (11) *Miracula non sicut frustra.*

15. De alia vero cautela parum legitur, etsi sit utilissima, quod in Scriptura S. nunquam legantur miracula edita esse propter mysteria pure speculativa &c. (12) *Nulla miracula in Script. propter mysteria mere speculativa.*

Secundum hæc ergo & similia examinanda erunt miracula plurima, quæ etiam in Protestantium historiis ecclesiasticis extant. Conf. *disp. nostr. de Fide jurid. & casum ultimum specim. jurispr. judic.*

16. Por-

(10) Potissimum de miraculo vestium non attritarum, quod defendit Calvoerius, sed cum Hardtio sentit Buddeus *Hist. Eccl.* p. 658.

(11) Dicendum hic iterum de vulpeculis Samsonis & maxilla Asini. Pro vulpibus tamen pugnat Buddeus *id.* p. 907. seq.

(12) Unde non sine causa suspecta sunt, quæ in controversiis orthodoxorum cum Arianis & aliis hæreticis communiter referuntur. Adde etiam *disputat. de rite formant. statu controuv. circa usum Juris Juslin.* §. 33. p. 68. seq.

Cautela circa observationes Chronologicas.

16. Porro quamvis in omni historia circumstantiæ loci & temporis non sint plane negligendæ, tamen studiosus juris cavebit, ne nimium tempus impendat in quaestionibus ad eas circumstantias & studium chronologicum pertinentibus.

v. g. de loco & fluviis Paradisi. Huc pertinent Scaliger & Petavius *de emendatione temporum*, Pagi *emendationes ad annales Baronii* &c. (13) Considerat hæc studiosus historiæ ecclesiasticæ ut ornamenta, non ut scopum præcipuum.

Utilitas haurum cautelarum.

17. Quod si secundum illas cautelas quis scriptores historiæ ecclesiasticæ examinaverit, deprehendet, paucos esse, imo paucissimos, in quibus non quædam ex dictis cautelis sint adhibendæ. Videbimus saltim quosdam præcipuos, & qui præ reliquis in hoc studio commendari solent.

Cautela circa H. E. Eusebii, Socratis, Theodoretii &c.

18. Commendari autem solent ex antiquioribus Eusebius, Socrates, Theodoretus, Sozomenus, Evargius, qui & propterea conjunctim sunt editi. Sed quam multa ab his scriptoribus sint immixta falsa miracula, fabulæ, & quam multæ subinde parialitatis & affectus notæ appareant, a paucis moneri solet.

Vid. quæ diligenter quoad hos autores excerptit Arnoldus in *præloquio ad lib. germ. de statu primorum Christianorum* n. 19. 53. 54. 55. & 69. Et si plerique Socratem ut Novatianum præ reliquis notent, qui tamen præ reliquis erat commendandus. Conf. quæ de Eusebio & ejus adulationibus ac fabulis distinctius notavimus in *Obs. set. Hallens. Tom. I. Obs. 22. 23. 24.*

Circa Casiodori histo-

19. Et talia adhuc magis desiderantur in historia tripartita Casiodori, ex Socrate, Sozomeno & Theodore-

(13) *Elegans locus de novitate aut renovatione studii Historico-Chronologici ex discursu Philippi Melanthonis extat ante Usserii Annales V. & N. Testam.*

doreto collecta, præprimis cum inepta versione Epi-
 phanii scholastici fuerit usus, & parum feliciter conne-
 ctat autores illos, ut sæpe non intelligere possis quid ipse
 velit.

Arnold. *d. l. n. 66.*

20. Plures adhuc fabulas, falsa miracula & ine-
 ptias immiscuit Nicephorus Calistus, (14) qui & pro-
 pterea tam a Pontificiis, quam a Protestantibus notari
 solet, etsi tamen multa subinde ex ipso translata sint in
 historias ecclesiasticas recentiorum.

Conf. Arnold. *d. l. n. 82.*

21. Solet inter alia Nicephorus etiam exinde no-
 tari, quod multa descriperit incaute ex Philostorgio, i-
 mo quod multa ex eo futuratus fuerit & interpolaverit,
 (a) unde non omittenda Philostorgii historia ecclesiasti-
 ca, aut potius ejus fragmenta a Photio conservata & a Ja-
 cobo Gothofredo eruditissimis dissertationibus illustra-
 ta, sed cum ipse Philostorgius Arrianus fuerit, pariter
 cum judicio legenda.

(a) Arnold. *d. l. Gothofr. in Proleg. ad Philostorg. p. 54. s.*

22. Scilicet tractat Philostorgius historiam eccle-
 siasticam a temporibus Constantini M. ad tempora
 Theodosii Junioris, (15) & sæpissime cum Socrate, So-
 zomeno, Theodoretto easdem materias sibi tractandas
 proposuit, atque his in multis contradicit, sed tamen
 cum Arrianus fuerit, sæpissime partibus nimis addictus
 est, adeoque non solum nævum divisionis in ecclesia ab
 Arrio ad Catholicos derivare nititur, Arrianos immen-
 se commendat, & falsa miracula de iis fingit, sed & Im-
 pera-

D

pera-

(14) *A Nisto christo ad Phocam.*
 (Cont. Eccles.)

(15) *Gothofr. in proleg. p. 49.*

peratores Arrianos magnis præconiis extollit, contra Catholicos aliosque dissentientes, maledictis atque convitiis traducit, ac Catholicos Imperatores increpat, maxime Constantinum M. Constantem, Gratianum, Valentinianum, Theodosium, Arcadium &c. quæ omnia latius deducit, & exemplis declarat Jac. Gothofredus in laudatis Prolegom. ad Philostorgium. (16)

*Non omnia
credenda,
que Arriani
narrant.*

23. Qui hactenus quidem recte & utiliter inculcat cautelam studioso juris non omittendam: in lectione historię ecclesiasticę ante omnia inquirendum esse in sectam autorum & genium, cum plerumque historiam non ex veritate, sed ex partialitate sectę narrent.

Ibid. p. 22. Adde eleg. locum Sozomeni in Parrhaf. P. I. pag. 169. Fluit hæc cautela sua sponte ex cautela supra §. 7. vel certe est observatio eo pertinens, ex doctrina oppositorum.

*Sed tamen
nec omnino
rejicienda.*

24. Sed tamen in eo papizat, quod mox in casu, ubi Philostorgius reliquis & potissimum orthodoxis contradicit, Philostorgium mendacii accusat, & testimonium Orthodoxorum inter criteria veritatis refert.

In d. Prolegom. passim. (17)

*Cautela cir-
ca ortho-
xiam & he-
terodoxiam
scriptorum.*

25. Scilicet cavendum insuper est studioso sapientiæ in lectione historię ecclesiasticę istud capitale præjudicium Papismi: Orthodoxus est, ergo vera sunt, quæ scribit, hæreticus est, ergo ea, quæ dicit, quatenus dissentiunt ab orthodoxis, sunt mendacia.

Ita enim Papistas argumentari notum est. (18) Evidenter vero

(16) ap. 20. ad p. 34.

(17) Cum tamen & Sozomenus Philostorgii adversarius ipso Gothofredo id adducente proleg. p. 42. multa mentiatur: & ipse Sozomenus in loco a Clerico in Parrhafianis

p. 169. adducto fateatur & orthodoxos & heterodoxos non scripsisse ubique vera.

(18) Confer locum Baronii de Philostorgio adductum a Gothofredo in testimoniis p. 69.

vero utrumque esse falsum constat, partim quod inter heterodoxos multi sint viri honesti bona fide errantes, & inter orthodoxos in Ecclesia visibili multi sint homines malæ fidei : adeoque circa criteria veritatis aut falsitatis plane aliis conjecturis est opus. (19)

26. Unde non solum idem Gothofredus cogitur *Partialitas* fateri, in Philostorgio multas apparere notas ingenuita- & *ingenui-* tis, (a) sed & alibi (b) satis diserte fatetur, omnibus scri- *tas utrisque* ptoribus historiæ ecclesiasticæ id commune esse, ut ad *communis.* suas singuli quique (adeoque & orthodoxi) sectas sen- tentiæque defensionem eam aptarent, easque adeo nar- rationes (ex iis, quæ varie circumferebantur,) quæ cau- sæ suæ inservirent, deligerent.

(a) *ibid.* p. 33. (b) p. 19. 20.

27. Ergo tantum abest, ut, quod communiter *Inde legen-* fieri solet, studio sapientiæ commendanda sit sola hi- *da historia* storiæ ecclesiasticæ ab orthodoxis conscriptæ lectio, ut *ecclesiasti-* potius hæc commendatio sit maxime cavenda, tan- *ca utrius-* quam arcanum Papismi, & ut potius ex collatione con- *que partis.* traditionum, quæ deprehenduntur inter orthodoxos & heterodoxos, eo magis veritas eruatur, aut certe incertitudo fidei historicæ & humana imbecillitas scribentium elucescat.

De usu lectionis Philostorgii multa erudite disserit Jac. Gothofred. d. proleg. p. 38. seq. (20)

28. Non omittenda est etiam cauteia (ut ad scri- *Cautela* ptores noviorum temporum progrediamur) ejusdem *neralis cir-* Gothofredi de scriptoribus miscellionibus sequioris æ- *ca hist. eccl.* vi, (21) (qui scilicet ex variis iisque contradicentibus au- *miscellas.* tori-

D 2

tori-



(19) Adde Parrhasiana part. I. p. 166.]
seq.

(20) Sed non tangit tamen usum in thes.

hic explicatum, sed usum saltem, quem per-
stringunt Parrhasiana p. 167. seq.

(21) Ut Cassiodoro, Nicephoro &c.

toribus antiquioribus historiam ecclesiasticam collegerunt) quod nimirum ex eodem praejudicio antiquiores ad suum sensum inflectere soleant, proficiente maxime circa haec indies mutandi & mentiendi libidine, & quod, dum ex contradicentibus absque judicio excerpant, multa inter se pugnancia necessario referant, ac ita centones scribant male inter se cohaerentes.

Ibid. p. 16. ubi acute tales historias comparat cum centonibus juris Justiniani.

Judicium

*generale de
centuriato-
ribus Mag-
deburgensi-
bus.*

29. Atque ejus cautelae exempla deprehenduntur in omnibus scriptoribus historiarum ecclesiasticarum, qui ante tempora reformationis tales centones ex scriptoribus antiquis variarum sectarum collegerunt. Unde laudanda valde optima intentio Centuriatorum Magdeburgensium, (a) istas confusiones evitare & historiam ecclesiasticam in justum ordinem redigere volentium. Laudanda etiam est diligentia & judicium. Sed tamen (22) conditio temporum quod tempore auroræ scripserint, & quod successu temporis haud dubie major lux in historia ecclesiastica fuerit accensa, effecit, ut & Protestantes sincere de hoc opere judicantes nævos aliquot in insigni hoc opere agnoscant, excusandos quidem, sed non defendendos aut imitandos. (b) (23)

(a) Matthias Flacius Illyricus, Jo. Wigandus, Mattheus Judex, Basilius Faber &c. (b) Vid. Dn. Jo. Andr. Schmidii *historiam centuriatorum illorum Helmstad. 1700.* Degoreum Wheat

(22) Nimum fervorem centuriatorum in dissentientes a consiliis pacificis Politicorum commendat Rango de prudentia politica § 337 ad p. 394 Peccarunt etiam Centuriatores adversus Cautelas 8, 6, 7. 9. dumin

singulis Centuriis c. p. 4 de doctrina hodierna, controversias noviores tanquam articulos fidei in primis centuriis quaesiverint.

(23) Conf. Parrhas. part. 1. p. 168.

Whear in *Methodo legendi historias Part. I. Sect. 42. 43. p. m. 159. seq.* & accessiones Joh. Christ. Neu *ad distas Sectiones p. 316. seq.* Confer Sagittar. *Introd. ad hist. eccles. c. 13. p. 240.*
 -- 281. Slüterum in *Propyl. H. E. Sect. 1. p. 24. seq. (24)*

30. Uti vero potissimum in eo laudandi sunt Centuriatores Magdeburgenses, quod originem & progressum crassi illius Papatus, quem oppugnabant suo tempore ac destruebant primi Reformatores, solide detexerint; ita & oppugnatores eorum ex Papistis Conradus Brunus, Guilielmus Eifengrein, Alanus Copus aliique nuditatem Papatus detectam frustra calumniis in Centuriatores evomitibus obtegere conati sunt.

Joh. Christ. Neu. *d. 1.*

31. Unde Cardinalis Baronius cautius procedere voluit, paulo post medium seculi decimi sexti, duodecim vastis voluminibus Centuriatorum operi oppositis, (ac postea a Bzovio, Spondano, & Oderico Reynaldo in epitomen contractis & continuatis,) ita tamen, ut rarissime Centuriatores nominatim refutaret, ne videlicet lectores occasionem haberent, veritatem curiosius inquirendi. Sed tamen uti ejus fallaciæ & fabulæ a Casaubono, Tribbechovio, Henrico Ottio & Kortholto nostratibus ex parte sunt detectæ, ita & ab ipsis Pontificiis subinde malæ fidei postulatur.

Eorum encomium & adversarii.

Annales ecclesiastici Baronii.

D 3

Neu.

(24) Adde Caveum in præfat. ad Hist. li. ser. Script. Eccles. p. 30. *Judicium Clerici Bibl. Univ. tom. 15. p. 288. breve & non politum, sed verum tamen est: quils se sont plus appliqués à l' étude des faits, qu'à celles des temps: qu'elles sont pleines de fautes grossières, & degerées dans un ordre Allemand, qui accable l'esprit, & qui le de-*

goute au lieu de l'attacher; qu'elles sont faites principalement en vûe de decrier l'eglise romaine, & de faire passer ses dogmes pour nouveaux. Plura de centuriarum col. lectoribus singulis, Mecanatis, adversariis, summa laude, navis editionibus, versionibus, epitome, continuatione vide apud Sagittarium, 100, cit.

*Autores po-
tissimi de
scriptoribus
historia ec-
clesiasticæ.*

Neu. d. l. p. 319. seq. Whear, d. l. Sect. 44. p. m. 163. seq. (25)
32. Plura, qui de scriptoribus historiarum ecclesia-
sticarum scire cupiverit, eum ex nostratibus ad Casparis
Sagittarii introductionem ad historiam ecclesiasticam
(1694. 4to.) & ad Severini Walteri Slüteri Propylæum
historiæ ecclesiasticæ (1696. 4to.) ablegamus. Ex re-
formatis Guil. Cave magna diligentia conscripsit histo-
riam literariam (26) de scriptoribus ecclesiasticis valde
commendandam, nisi quod & hic & in aliis scriptis cau-
telam n. 6. & 7. fere neglexerit, & nimius defensor Pa-
trum (27) existat. Ex Pontificiis Ludovicus Elias du Pin
ab anno 1686. hætenus multis tomis novam bibliotheca-
m scriptorum ecclesiasticorum edidit, quæ etsi valde
commendetur, & ob quasdam veritates Cleri Parisien-
sis decreto condemnata sit, laborat tamen subinde iis-
dem nævis, quibus libri Pontificiorum non possunt non
laborare.

*Natalis A-
lexandri o-
pus.*

Conf. Slüteri Propylæum Sect. 2. n. 11. p. 108. seq.

33. Idem iudicium formandum est de Natalis
Alexandri opere insigni historiæ ecclesiasticæ, quod &
ipsum jam anno 1684. ab Innocentio XI. damnatum &
velejus lectio sub pœna excommunicationis prohibita
est. (28) Synopsin ejus & potissima dissertationum
singula-

(25) De Baronii Annalibus, horum pri-
mario scopo, censoribus Pontificiis, singulis
tomis, editionibus, versionibus, epitomis, cen-
soribus Protestantibus &c. vide Sagittar. In-
tröd. in hist. Eccl. c. 14. p. 282--323. Slü-
ter. Propyl. sect. I. §. 18. p. 25. seq. Caveum
in d. præfat. p. 31. Edidit etiam anno 1689.
Antonius Pagi volumina quadam Critica in
annales Baronii quibus Baronium illustrare

& emendare intendit, sed saltem in circum-
stantiis chronologicis. De hoc opere vide
Clerici Bibl. univ. d. tom. 15. p. 289. seq.

(26) Cujus ultima editio prodit Gene-
væ 1705. in fol.

(27) v. g. Eusebii dissert. pecul. contra
Clericum. De Cavei scriptis adde Slüter.
Propyl. p. 109.

(28) Natalis Alexander non ratiocina-

singulis tomis contentarum per indicem exhibent Sagittarius & Slüterus.

Ille *cap. 17. §. 16. p. 364--377.* Hic *Secl. I. n. 11. seqq.*

34. Ex reformatis valde commendari meretur *Timanni* Timanni Gessellii Medici Ultrajectini historia sacra & *Gessellii Me-* ecclesiastica publicata 1659. 4to. memorata quidem sed *dici Tomi* obiter a Sagittario & Slütero, (29) nisi quod uterque ad- *duo priores.* dat illustri Boineburgio eam valde fuisse adamatam. Constat ea, si novam editionem 1667. respicias, tomis 4. ex quibus duo priores historiam ecclesiasticam tradunt usque ad annum Christi 1126. Scopus auctori fuit ostendere subinde, sed modeste, errores Baronii (30) & infelicia schismata Ecclesiæ per disputationes de credendis, quarto & sequentibus seculis motis. (31) Unde putat noster, commodissimam esse viam ad inveniendam veritatem, consensum Patrum primitivæ ecclesiæ, per quos intelligit Patres trium priorum seculorum, (32) ex Græcis Ignatium, Polycarpum, Justinum, Athenagoram, Tatianum, Theophilum Antiochenum, Irenæum, Cle-

tur sed adducit auctoritates patrum tanquam consensum Ecclesiæ Catholicæ. Utile id tamen est, 1) ut quis in uno conspectu habeat doctrinas Patrum, ut palpet, etiam absurda posse hac methodo defendi, & quod adeo parum prudenter illi ex nostralibus agant, qui eadem methodo utentes ad consensum quinque seculare in ubique provocant. In nova editione Natal. Alex. (qua prodit Parisiis anno 1699. in folio octo Tomis) priores duo tomi addunt etiam historiam Veteris testamenti, quam excerpere omiserunt Sagittarius & Slüterus. Exponit ibi historiam secundam 1) dicta scriptura, 2) Josephum & Rabbi-

na, 3) Ethnicos. 4) Addit historiam Exoticam. Dicenda hic etiam sunt quedam de Tillemontii memoirs pour servir à l'histoire Ecclesiastique de six premiers siècles à Bruxelles 1706. &c.

(29) Sagitt. c. 16. §. 1. pag. 346. Slüter. secl. I. n. 19. p. 30.

(30) Nam ipse Baronium valde commendat in præfatione.

(31) Sunt, qui putant, primarium scopum Gessellii fuisse tolerantiam Arminianorum, quibus favebat.

(32) Nam horum causam non obscure agit Tom, 3. p. 279. seq.

- Clementem Alexandrinum : Ex latinis Clementem Romanum, Tertullianum, Cyprianum, Minutium Felicem, Arnobium, Lactantium. Addit etiam in fine tomi secundi scripta irenica seculi praecedentis, & potissimum Johannis Duræi, ac consilium proprium de universali Concilio Amstelodami convocando,

Tomus tertius.

35. Tomus tertius & quartus, qui nescio quo facto cum reliquis prioribus duobus tomis rarius apparent, alia methodo intentionem Autoris modo memoratam promovere allaborant. In tertio cui titulus est: *Simplicitas Fidei Christianæ* Autor studet exhibere synopsis locorum scripturæ, Patrum, & recentiorum Theologorum, quibus probet fidem antiquam & veram & solam salvantem consistere in biga fidei & charitatis, idque sectione prima probare intendit testimoniis S. Scripturæ p. 7. seq. In secunda multis Patrum testimoniis p. 31. seq. In tertia adducit plurima Philosophorum Gentilium placita & mores ad incitamentum virtutis & pudorem p. 128-211.

Tomus quartus.

36. Tomi quarti eadem intentio est, ut vel ex titulo patet: *Antiqua & vera fides & sola servans*. Sed alia tamen hic est dispositio capitum. Prolegomena tractant de subtilitate & simplicitate. Cap. 1. p. 1. continet loca scripturæ, quibus demonstratur, quænam sint ad salutem creditu necessaria & sufficientia. (33) Cap. 2. p. 10. dat loca Patrum primitivæ Ecclesiæ, quibus demonstrat, regulam fidei veterum esse creditu necessariam & sufficientem. Cap. 3. p. 34. affert sententias Patrum de symbolo fidei, & cap. 4. p. 69. testimonia seculi 16. & 17. de symbolo & creditu necessariis & sufficientibus.

(33) Scil. ea, qua continentur in Symbolo, quod Apostolicum dicitur.

bus. Cap. 5. p. 148. agit de tœdere gratiæ & de facilitate fidei ac religionis Christianæ. Cap. 6. p. 159. disputat adversus curiositatem & pro simplicitate fidei & religionis Christianæ. Cap. 7. p. 180. exhibet brevem & simplicem religionis Christianæ doctrinam. Cap. ult. p. 191. agit de autoritate antiquitatis in rebus fidei & negotio religionis Christianæ.

37. Quamvis autem hæcenus excerpta satis ostendant, quod vir de pace ecclesiastica optime meritus observaverit cautelas supra §. 6. 7. & 9. commendatas, & quod adeo liber hic valde utilis sit studioso sapientiæ, non tamen tacendum etiam est, quod eo nævo adhuc laboret Gesselius, quod non observaverit nævos Patrum quorundam (34) etiam in ipsiis prioribus sæculis viventium, unde hoc intuitu non sine cautela legendus est.

Judicium de Gesselio.

38. Scilicet hic fere communis nævus & adeo insigniter cavendus studioso juris est, quod scriptores historiæ ecclesiasticarum Protestantium in eo quidem abeant a Pontificiis, quod scriptores ecclesiasticos a sexto sæculo ad reformationem usque pro fide dignis haud habeant, sed nimium tamen tribuant Patribus & historicis priorum quinque sæculorum (35), eosque, tam quoad narrationes historicas, quam

Cautela circa Patres priorum quinque sæculorum.

(Caut. Eccles.)

E

quoad

(34) Quorum nomina vide supra §. 34. applicat. Dicendum hic etiam de Harduino

(35) Videtur etiam laborare hoc præjudicio la Croze passim in suis scriptis. Vide supposititia esse, de quo vide la Croze dissert. histor. p. 33. juncto Leibnizio ibid. p. histor. p. 182. seq. potiss. p. 191. & post. 68. Sed vide tamen etiam ejusdem entres, sur divers sujets, p. 212. ubi se distindit ex-

quoad credenda scripturis fere æquiparent, contra cautelam §. 8. a qua cautela Gesselius, ut vides, saltim ex parte & quoad seculum quartum & quintum immunis est. (36)

*Historia ec-
clesiastica
Hornii &
Spanheimii,*

39. Quod si adeo cautelam istam bene observes, etiam aliis scriptis historiæ ecclesiasticæ reformatorum cum fructu uti poteris. Quos inter præprimis commendanda historia ecclesiastica Georgii Hornii, & Friderici Spanheimii scripta duo, unum plenius duobus (37) Tomis in 4to. historiam ecclesiasticam sistens usque ad seculum decimum, posterius etiam duobus voluminibus in 12mo. synopsis historiæ ecclesiasticæ exhibens usque ad seculum decimum sextam. (38)

Vid. Sagittar. cap. 16. §. 6. & 7. p. 354. seq. Slüter. Sect. 1. n. 4. & 13. pag. 9. & 21. seq. Dicendum de judicio Tenzelii apud Slüter. d. p. 22. Hornii usus maxime est in cognoscendis moribus Anglicis & Belgicis (*), eumque continuavit Leideckerus ab anno 1666. ad 1687. Novissime novam continuationem edidit Cramerus PP. Hanoviæ Francof. ad Mœn. 1704. Spanheimii usus est in multis falsis miraculis & fabulis detegendis, potissimum a temporibus seculi sexti. (39)

40. Si-

(36) Videtur tamen Gesselius hactenus u-
sui esse in disputationibus ad hominem adver-
sus eos, qui Patres illos priorum trium secu-
lorum nimis æstivant quamvis hanc inten-
tionem non habuerit ipse). Quod vero a pa-
tribus quarti & quinti seculi abstinuerit, ideo
factum, quia illo tempore hereticationes ni-
mis crasse dominabantur

(37) In novissima editione operum Span-
heimii etiam tertius tomus plenius elaboratus
est. (38) Dicendum etiam hic de Samuelis
Basnagii annalibus, eique valde commendan-
di, in primis ob cautelam §. 18.

(*) De quibus adde Honorium Reggium de
statu Eccles. Britann.

(39) Basnagius etiam exhibet fabulas
priorum seculorum,

40. Similiter commendanda ex Lutherano-*Historia ec-*
 rum novioribus scriptis historia ecclesiastica Gotha-*clesiastica*
 na, auspiciis potissimum Seckendorffii & Bœcleri ad-*Gothana.*
 ornata, (a) maxime quod historiam Veteris Testa-
 menti (40) paulo fusius tractet, (b) & quod paulo
 mitius & cautius in enarrandis controversiis & exa-
 minandis factis versetur, quam alias solent autores
 historiæ ecclesiasticæ studiis severioribus addicti. Et
 facile tempora, quibus editum est illud opusculum,
 (41) excusabunt Autores, quod cautelas de quibus
 supra (c) dictum, non semper observaverint. (42)

(a) Sagittar. cap. 16. §. 8. p. 333. seq. Slüter. Sect. 1. p. 8. n. 2.

(b) conf. sup. §. 4. (c) §. 6. 7. 38. &c.

41. Quamvis igitur Gothofredus Arnoldus *Commenda-*
 non observata cautela §. 4. Historiam Veteris Te-*tio operis*
 stamenti omiserit, aut saltim superficialiter tractaverit, *Arnoldini.*
 (a) præ reliquis tamen omnibus & potissimum præ
 hætenus recensitis commendari meretur, quod in-
 ruitu cautelarum reliquarum præcipuarum (b) fere
 solus inter nostrates, vel certe omnium primus sensi-
 biliter desipere desierit, & quod tum in ipsa historia
 ecclesiastica, tum in opere de statu primorum Chri-
 stianorum errores communes & præcipue Cavei so-
 lidissime detexerit, & per singula secula evidenter
 monstraverit, quomodo statim post resurrectionem
 Christi, ac multo magis post mortem Apostolorum

E 2

• Ec-

(40) Quod etiam facit in nova editione
 Natalis Alexander. vide supra nos. 28.

(41) Scilicet Tomus primus 1666, se-
 cundus 1670.

(42) Dicendum etiam de Job. Micralii
 Syntagmate Historiæ Eccles. de quo vide
 Sagitt. p. 185. & de Rechenbergii summa-
 rio.

Ecclesia Christiana quoad vitam & mores corrumpi cœperit, & quod hæc corruptio tempore Constantini M. maxima incrementa sumferit, (quod potissimum facit toto libro octavo illius tractatus.) Unde potissimum etiam, sed sine causa, vapulavit illis omnibus, quorum interest, illas cautelas in studio historiæ ecclesiasticæ non adhiberi.

(a) Illud in Opere majore, hoc in opusculo abbreviato,

(b) §. 6. 7. 9. 38.

Nævis ejus.

42. Est & ejus usus insignis intuitu cautelarum aliarum (a) quas alii fere omnes negligunt, sed non tantus, ut in illis, de quibus modo diximus. Nam & libros haud genuinos subinde pro genuinis venditat (b), & fabulas, quandoque etiam crassiores ac miracula supposititia, commendat (c), quoties videlicet sermo est de negotio Theologiæ mysticæ favente, utpote cui nimis addictus fuit (d). Et videtur in ultimo scripto de emendationibus operis illius historici Autor si non omnes, saltem quosdam ex his nævis ipse agnovisse.

(a) §. 8. 10. 12. 15. (b) v. g. Clementis recôgnitiones, acta Teclæ, vitam Pauli & Antonii, vitas Patrum. (c) v. g. in modo memoratis libris. (d) Quod docet ejus tractatus *de Theologia Mystica*, & Germanicus von der Sophia oder Weisheit.

Cautela de interpretatione allegorica & my-

43. Uti vero alibi (a) latius ostensum fuit, studium Theologiæ Mysticæ æque ac Scholasticæ studio sapientiæ cavendum esse; ita etiam de interpretatione Scripturæ S. intuitu historiæ Ecclesiasticæ cautela hæc probe notanda erit: ab interpretationibus

(43) *Ante omnia distinguendum inter interpretationes & applicationes allegoricas*

bus allegoricis & mysticis (43) maxime cavendum est, si scriptura S. eo ducat evidenter, aut certe, nisi si probe observatis, aut examinatis illis regulis, quas de interpretatione mystica dedimus alibi. (b)

(a) *Pref. ad Grotii versionem german.* (45) (b) *Part. 2. Log. §. 140. seqq.*

44. Igitur in historia Veteris Testamenti studiosus sapientiae tam quoad studium juris ecclesiastici, quam quoad studium doctrinae fidei separabit tradita scripturae S. a dictis aliorum scriptorum. Quoad facta historica cavebit ab assumptis Rabbidorum tanquam plerumque, si non semper, fabulorum.

Caute circa H.E.V.T.

45. In interpretatione textus sacri, si de facto, si de articulo fidei loquentis, ante omnia operam dabit, ut sensum literalem intelligat, ut eo melius interpretationes mysticas ad sensum literalem & regulas modo memoratas examinare possit. Operam porro dabit, ut inquirat, an interpretationis mysticae Autores sint Rabbini, an Apostoli, an Patres. Primae classis nihil, ultimae non multum tribuet, cum paucissimi ex Patribus fuerint ita comparati, ut regulas nostras de genuina interpretatione mystica ad illos applicare possis. Quod interpretationem mysticam Apostolorum attinet, videndum erit, an adhibuerint eam καὶ ἁπλοῦς, an tanquam doctrinam

Circa interpretationem textus sacri

E 3

pri

cas seu mysticas. Interpretationes sunt. si dicamus, loquentem intendisse sensum occultum. Applicationes voco, si ex dictis quoad sensum literalem intellectis, sumamus argumentum a simili & applicemus ad alium sensum similem.

(44) *Contra de studii allegorici praesentia, soliditate & regulis agit Vitringa lib. 6. obs. sacr. c. 20. Pro mea sententia adde infra cap. 9. §. 25.*

(45) *Fusus in Hist. Jur. Nat. cap. 3. §. 14, 26. seq. cap. 4. §. 21. seq.*

primariam ac fundamentalem, * an tanquam argumentum illustrans aut a simili desumptum &c. (46)

Circa sensum litteralem.

46. In interpretatione literali Scripturæ S. considerabit, quænam explicatio regulis bonæ interpretationis, antiquitatibus Ecclesiasticis & naturæ rei conveniat, quam aliis præferet, etsi antiquioribus aut communioribus.

Quandoq; judicium suspendendum.

47 Interim si res ita sit comparata, ut labyrinthum evadere non possit, suspendet judicium atque rem notabit tanquam dubiam & alio tempore meditandam ulterius.

Judicium de Josepho.

48. Qui Historiæ ecclesiasticæ veteris Testamenti jungi mereatur (47) vix est, præter solum Josephum, (a) a multis commendatum, a nonnullis taxatum. (b) Nos commendantium classi accenseri malumus, si modo non præferatur Scripturæ. (c)

(a) Nam quæ Josippo & Hegesippo tribuuntur, sunt suppositicia. *Præf. Hist. Eccl. Gotb. a. 5. b.* (b) *Præf. Hist. Eccl. Gotb.* & Cave in seculo I. inter censores ejus refert potissimum Jacobum Salianum. (c) Adde Pope-Blount *Censuram celebrium Autorum p. 131. seq.* & omnino de la Mothe le Vayeur *Tom. 3. p. 62. seq.* (48)

49. Cæ-

(46) Nam hoc differre ab interpretatione mystica jam dictum nota 43.

(47) Huc etiam pertinet institutum Natalis Alexandri, tradita Josephi in singulis periodis Veteris Testamenti jungentis Historiæ Biblicæ, etsi in eo excedat, quod omnia pro falsis habeat, quæ a Josepho suppleantur, sive conveniant cum natura rei, sive minus, nisi forte id faveat Clero,

(48) Le Vayeur p. 69. inter adversarios Josephi refert Maldonatum, Melchiorrem Camuz, Pererium, Salmeronem, Baronium, Salianum &c. Contra valde prædicarunt eum Justinus Martyr, Eusebius, Hieronymus, Suidas, & ex novioribus Scaliger & Calvisius (p. 70.) Casanbonus apud Pope-Blount p. 132. ejus errores paucos esse dicit si comparentur cum erroribus Eusebii. *Cate.*

49. Cæterum nescio quid velit Rapius, taxans Josephum, quod in gratiam Gentilium suppresserit quædam miracula (49) vera, (a) cum sane in Historia veteris Testamenti ea, quæ in textu Sacro memorantur, v. g. de Mose, fatis fideliter commemoret. (b) Potius taxari meretur, quod alias Rabbino- rum fabulas de Mose, quas Scriptura ignorat, ut veras narret, (c) item quod alibi miracula ex corruptione Rabbino- rum aut prava interpretatione ortain Historia sua retinuerit, (50)

*Examina-
tur censura
Rapi de
Josepho.*

- (a) Rapius *Reflexions Histor. sect. 27. Pope-Blount p. 133.*
 (b) *Lib. 2. cap. 5. p. m. 101. seq. edit. Gall. (c) d. c. 5. m. 97. seq.*
 de Mose coronam regiam conculcante pedibus, item p. 99. de Mose adversus serpentes per aves cicuratas pugnante, &c.

50. In historia Novi Testamenti cavebit a fabulis de Christo & Apostolis, quæ commemorantur ex libris falsis & suppositiis. Tum ubi deficiunt aut finiunt libri sacre Scripturæ, etiam scriptorum ecclesiasticorum reliquorum scripta supposititia separabit a veris (a). In veris porro scriptis indagabit autorum profectus & affectus, ut eo melius de eorum, quæ nar- rant, verosimilitudine judicare queat. (b) Porro notabit dissensum historicorum, atque eum in finem

*Cautela cir-
ca Hist. Ec-
cles. N. T.*

ijun-

Cæterum Josephus suppressit varias veritates Evangelicas. Nil scripsit de adventu magorum in Judæam, nil de infanticidio Herodis, quod eo magis mirandum, cum tamen Macrobius in Saturnaliis referat di- ctum acutum Augusti in Herodem huc ressi- ciens. Voveur p. 74. De Josephi testimo-

nio de Christo scripsit Christoph. Arnold.

(49) Ni fallor respexit ad ea, quæ Josephus narrat de maris recessu in transitu Is- raelitarum Tom. I p. m. 117. 118. Conf. infra cap. 6. n. 4. & ibi notata.

(50) Vide e. g. quæ de vulpeculis Simsonis narrat lib. 3. c. 10. p. m. 288.

junget scriptores oppositarum sectarum, si modo habere possit (c), & postea ex regulis criticis libere de veritate judicabit. (d)

(a) Autores, qui regulas criticas hic suppeditarunt, plures allegantur a Caveo in *Prolegom. ad histor. literar. Sect. 4.* ubi & ipse tales regulas 7. recenset (51), & exemplis illustrat, cui addi debet, qui hoc argumentum adhuc magis provide tractavit Clericus in *Tomis tribus de arte critica patissim. Tom. 2. sect. 2. p. 402--534* ubi decem indicia suppeditat. (b) Elegans specimen hic dedit in examinando Curtio Clericus *Art. Crit. Tom. 2. Sect. 3.* (52) In historia ecclesiastica hic nimis propensus in venerationem Patrum est Caveus, contra quem varie disputat Clericus *Volum. 3. Artis Crit. epistolis sex prioribus*, (53) & commendandus hic insuper Dallæus *de usu Patrum.* (c) Dico, si habere possit. Nam plerumque supprimuntur horum libri. Specimen hujus rei dedimus nuper in *addition. ad Huberum de historia controversiæ Erastianæ.* (d) Ita de usu Philostorgii jam supra dictum §. 28. Nostri temporibus historiam Arrianiismi scripsit Christophorus Sandius, de qua vide *Sagittarium cap. 18. p. 378. seq.* & *Slüter. Sect. 2. p. 198. seq.* Ita cum Hutteri Concordia concorde junget Hospiniani concordiam discordem.

51. Uti

(51) 1. de allegatione scriptorum recentiorum, 2. de fabulis inanibus & palpabilibus ab ingenio scriptorum ævi Apostolici abhorrentibus, 4. de stilo a stilo Autorum alieno, 5. de dogmatibus, doctrinis aliis autorum eorundem contrariis, 6. de explicatione terminorum Latinorum in Autore Græco, 7. de damnatione librorum spurriorum jam a Veteribus facta. Ex his criticiis, illa de stilo, collatione & testimoniis

veterum incertitudine laborare, monstrare vult Koch de *dial. Justiniani sect. 4. c. 1.* & *sect. 5. c. 1.* & 2. Adde tamen *Felden: contra Koch, p. 208.*

(52) Adde tamen *Perizonii defensionem Curtii.*

(53) In *Epistola tertia defenduntur vita Patrum a Clerico Tomo X. Bibl. Univ. inserta, in quarta Dallæus de usu Patrum.*

51. Uti vero talis liberi iudicii circa Hutteri *Characteres*
 Concordiam concordem alibi (a) specimina quædam *duo classum*
 dedimus, ita multum lucis historiæ ecclesiasticæ No- *opposita-*
 vi Testamenti accendet observatio, quod statim ab *rum,*
 initio religionis Christianæ duæ fuerint classes præci-
 puæ docentium, quæ post mortem Apostolorum
 continuas fere sectas oppositas & secum pugnantes
 constituerunt, una, quæ salutem in orthodoxia pone-
 ret, de vita virtuosa parum sollicita, altera, quæ ne-
 glectis nimis dogmatibus fidei aut captando eadem
 ex revelationibus peculiaribus & enthusiasmis, seve-
 ritatem & nimium vitæ rigorem inculcaverit, ac se-
 cundum conceptum istum alios cujuscunque ordinis
 regere instituerit. (b)

(a) In coroll. ad Dn. Brenneisen disput. inaug. de jure Principis
 circa Adiaphora, cum quibus junge Parrhas. Part. I. p. 166.
 seq. (b) Commentarii loco ad hunc & seqq. §§. esse po-
 terit *Prefatio nostra ad German. versionem Grotii.* (54)

52. Utraque id virii commune habuit, ut tan- *Nei utri-*
 dem in Monachismum desierit, & sub specie fidei aut *usque clas-*
 pietatis imperii humani & divitiarum acquisitionem *sis.*
 primario intenderit, & dissentientes contra dictamen
 rationis & præcepta Christi ne quidem juxta se ferre
 potuerit, tantum abest, ut officia humanitatis & amo-
 ris iis exhibuerit, quamvis posterior secta rarius occa-
 sionem habuerit, tales reformationes violentas exer-
 cendi.

53. Cum igitur Clerus dominans perpetuo *Prajudici-*
 ex natura humani generis eo laboraverit, ut religioni *um legiti-*
 (Caut. Eccles.) F adver-

(54) & nunc distinctius in *Wistor, jur. nat. cap. 3. s. 23. & seq. item cap. 4. & 5.*

*mum ad-
versus u-
tramque
classem.*

adversæ addictos intuitu vitæ, honoris & bonorum perderet, adeoque ut sub specie justitiæ id facere posset, incredibilia mendacia de illis excogitaverit ac propalaverit, atque eorum libros ac defensiones sub prætextu periculi communis & veneni occulti omni modo suppresserit, prout omnium seculorum historiæ id ubique clamant, & i: a non potuerit non historia ecclesiastica valde corrumpi, opus est impartiali lectori legitimo præjudicio quodam ad secernenda verosimilia a falsis.

*Regula pri-
ma.*

54. Scilicet, ut in dubio præsumat, pressor ab aliis, quamdiu in statu pressoris fuerunt, caute fuisse veratos ac modeste se gessisse, adeoque non semper esse verosimilia, quæ orthodoxa i. e. dominans (a) religio de eorum nequitiiis & criminibus scripsit.

(a) vid. dissertationem nostram: *An hæresis sit crimen.*

Secunda.

55. Contra ut in dubio præsumat dominantes aliis & illos prementes multa affinxisse in favorem sui & odium aliorum, adeoque parum iis in his negotiis credendum esse, præprimis in casu, ubi historia pressorum simul est suppressa.

Illustrari possunt dicta per fabulam de lupo & agno in diversis ripæ partibus stantibus.

Tertia.

56. Ubi verò contradicunt sibi dominantis & dominatæ religionis scriptores, posteriorum in dubio potiolem habendam esse fidem.

Quarta.

57. Quod si ex dominantibus unus ex mille fateatur excessum dominantium, aut semel testetur de innocentia pressorum, huic testimonio potior habenda erit ratio præ reliquis contradicentibus.

Hæc

Hæc præjudicia n. 54. seq. legitima esse, illustrari potest exemplo officij iudicis circa fidem probationū. Finge Consiliario Principis potenti & notorie affectibus indulgenti negotium esse cum paupere, & hunc pauperem a potente criminaliter accusari, accusatorem vero nil aliud probationis asserre, quam testimonia cognatorum & familiarium. simul vero constare, accusatorem suppressisse rei defensionem & probationem, sub prætextu, ne iudex aut populus veneno mendaciorum subtili in defensione illa inficiatur; adparebit, cuilibet iudici prudenti incumbere, ut ex præjudiciis hætenus recensitis causam dijudicet.

58. Postulant vero rationes præjudiciorum hætenus recensitorum, ut impartialis historiæ ecclesiasticæ iudex non faueat ullis, qui certæ alicui religioni addicti sunt præ cæteris, i. e. ut non perpetuo & semper favorabiliter de illis iudicet, sed ut secundum statum diversum, an pressa fuerit illa religio, an dominans, i. e. an pro hæretica fuerit habita, an pro orthodoxa, iudicium mutet, prout deprehendet., ipsos religionis unius ejusdemque doctores & doctrinam de officio erga dissentientes & mores mutasse. (55)

Mutatio iudicii circa eosdem scriptores inde orta.

Ita notum est, Augustinum, cum religio ejus a Donatistis premeretur, scripsisse contra persecutiones religiosas, contra cum ipsa dominaretur, eum defendisse persecutionem Donatistarum. Ita & cum doctrina quorundam Lutheranorum & Reformatorum, item & aliarum religionum pressarum comparatum est.

59. Atqui ex dictis rationibus credo Arnoldum

Defensio

F 2

dum

(55) *Etiã Anabaptistæ & Quakeri ubi paululum dominantur, in seipfos per excom.*

*Arnoldi ex
regulis ha-
Etenus tra-
dicis.*

dum ejusque historiam ecclesiasticam defendi posse adversus potissimas objectiones adversariorum, id præcipue adversus prætensam ab eo impartialitatem urgentium, quod tam favorabiliter semper pro hæreticis pronunciet, & tam inique contra orthodoxos viros, (56) Patres & Martyres ubique fere præsumat, etiam deficientibus scriptoribus id probantibus, aut plane verba orthodoxorum torqueat in alienum sensum. Accedit, quod Arnoldus ultimum monitum §. 58. bene observaverit, defendendo ejusdem religionis socios quamdiu sub persecutione steterunt, sed detegendo eorum artificia nocendi, quam primum paululum dominari cœperunt. (57)

*Addita ta-
men ex iis-
dem caute-
la circa my-
sticos.*

60. Sed studiosus sapientiæ præter hætenus observata & illud notabit, quod videtur neglexisse Arnoldus, mysticos, ut æque homines, iisdem tentationibus sæpissime succubuisse, quæ illos in aversum rapuerunt, qui morum emendationem & bona opera in negotio religionis alto supercilio despiciunt. Immo cavebit, ne commendet mysticorum visiones & prophetias, (58) cum historiæ omnium seculorum post Apostolorum excessum testentur, eas pertinere ad opera nimiae & ægrotantis imaginationis.

*Cautelæ cir-
ca praxin
harum cau-
telarum.*

61. Requiritur cautelæ hætenus memoratæ magnam attentionem in studioso sapientiæ. Unde maxime caveat vitium commune juvenum, ne rem tam seriam & non facilem superficialiter tractet, aut ut mul-

(56) Id opponunt Arnoldo Cyprianus, Pfanner, Veiel, Corvinus, alii.

(57) Secundum hanc observationem mm.

bat suum judicium de Arianis & aliis, etiam de Lutheranis & Reformatis.

(58) Et in hoc cavendus est Arnoldus.

multa de observatis in conversatione vulgari inconsiderate effutiat, & alios adhuc præjudiciis obrutos & immerfos docere gestiat. Sed meditabitur assidue, quæret, audiet, examinabit audita & tacebit, donec tempus loquendi maturescat.

C A P. IV.

De

Cautelis circa historiam ecclesiasticam tempore creationis ad tempora diluvii.

S U M M A R I A.

Varia interpretationes historiae Mosæicae de creatione. §. I. Commendantur Pererius, Schotanus, Heideggerus, Clericus. §. II. Ad quæ præcipue in historia creationis attendendam. §. III. Egypcius Guttmanus & ejus adversarii. §. IV. Questio de spiritu aquis innatante. §. V. De creatione angelorum. §. VI. Attendendus primario scopus creationis. §. VII. Contra æternitatem mundi a Gentilibus assertam. §. VIII. Et quod Deus non sit causa lapsus. §. IX. Cavenda interpretatio Rabbî norum de conjugio & dominio in bestias. §. X. De sanctificatione Sabbathi. §. XI. Falsa doctrina Gentilium de ortu humani generis & Peyrerii de Præadamitis. §. XII. Dissensus Doctorum circa statum integritatis & lapsum ac penam lapsus. §. XIII. Cautela circa conceptum de sapientia Adami. §. XIV. Sensus literalis historiae lapsus præferendus allegorico. §. XV. De serpente tentatore cavenda traditiones Rabbînicæ. §. XVI. Item circa fratricidium Caini. §. XVII. Cautela de ortu prima civitatis. §. XVIII. Circa explicationem Genes. IV. v. ult. §. XIX. Item circa exposi-

tionem Genes. VI. v. 1. §. XX. Circa explicationem diluvis Noachici. §. XXI. De statu economico, politico & ecclesiastico Antediluvianorum. §. XXII. De institutione matrimonii. §. XXIII. De rebus publicis Sethitarum. §. XXIV. De ecclesia Patriarchali. §. XXV. De scholis antediluvianis. §. XXVI. Cavei dissertatio proœmialis ad antiquitates Apobolicas. §. XXVII.

§. I.

Varie interpretaciones historiae Mosæicae de creatione.

Quo paucioribus verbis (1) Moses historiam hujus temporis descripsit, eo major cautio adhibenda est studioso sapientiæ in dijudicandis sententiis interpretum infinitis sibi contradicentium, ut vel earum contradictionum recensio peculiare collegium postularet, quod nostri instituti non est, cum ex aliis authoribus ea peti possint.

Commendantur Pererius, Schottanus, Heideggerus, Clericus.

2. Ex Jesuitis magna diligentia illa congeffit Benedictus Pererius (2) in commentario in totam Genesin; (3) Ex Reformatis commendari merentur Christianus Schottanus in bibliotheca historiæ sacræ, seu commentatio ad Genesios capita priora undecim; & capita quatuor priora Sulpicii Severi (4), & Joh. Henr. Heideggerus in historia Patriarcharum (5). Ex Remonstrantibus Jo. Clericus pentateuchum non tantum nova versione, sed & subjuncta periphrasi & notis succinctis philologicis ac criticis illustra-

(1) 1656. annos descripsit Moses in prioribus septem Capitibus.

(2) Commendandus etiam est Natalis Alexander Tomo I & II ad totum Vetus T

(3) Tomis quatuor: Mea editio est in

folio. Moguntiae 1612.

(4) Dicendum de variis editionibus hujus bibliothecæ.

(5) Amstelred. 1688. 2.

strare instituit (6), quod opus nostratibus parum placet, quod multa hic autor contra communem & per aliquot secula receptam interpretationem innovare studuerit. (7)

Dictum hic etiam de Lutheri commentario in Genesin.

3. Diximus supra (a) studiosum juris saltem ut Christianum sollicitum esse de statu integritatis, ac de lapsu prioribus tribus Geneseos capitibus descripto. Attendet igitur 1) narrationem creationis tam summatim descriptam, quam distinctim creationem reliquarum creaturarum & quoad creationem hominis in specie, 2) naturam status integri, & 3) historiam lapsus ac pœnarum lapsum infecutarum.

*Ad qua
præcipue
in historia
creationis
attendendum.*

(a) Sup. cap. 2. §. 9, 10, 11.

4. Summatim describitur creatio versu primo & secundo cap. 1. in quam & creationem specialem primi diei prolixum commentarium (8) scripsit Ægydius Guttmanus, singulis pene vocibus ac terminis singulos libros tribuens in libro, cui titulus est: *Offenbahrung Göttlicher Majestät /* cujus fata retulit summatim Arnoldus.

*Ægydius
Guttman
& ejus ad-
versarii.*

Part. 3. der Ketzer-Zistorie cap. 1. §§. prior. 13. Amersbachius curabat 1675. novam editionem, persuadens sibi exinde multas divitias, sed Ministerium Tripolitanum edito scripto contra illud opus & Amersbachium, impetrabat ejus confiscationem, donec tandem ante 15. annos, nescio quo fato, exemplaria hætenus con-

(6) In fol. Amstel. 1693. & 96.

(7) Hos quatuor autores subinde evolvi unde qua hic noto nemine citato, in iis quaerenda sunt, Pererii libro utar etiam in cap.

seq. & Heideggero etiam, atque ex parte Schoesano, Clerico vero etiam in super in cap. 6.

(8) Constat 24. libris.

confiscata iterum publice distraherentur. Odium Cleri autor non solum heterodoxia, sed & invectivis in corruptionem studiorum academicorum & Ministerii ecclesiastici sibi attraxit. Contra causa, cur ab aliis nimis æstimatus fuerit, primaria videtur adscribenda esse, quod alchymistæ, videntes hunc librum commendari a Fratribus Rosæ Crucis, putarent artem alchymisticam ibi latere. Conf. Colberg vom Platonischen Christenthum cap. 6. p. 288. seq. Autor Weigelii & Paracelsi doctrinam secutus est.

*Questio de
spiritu a-
quis inna-
tante.*

5. Notanda hic in usum doctrinæ christianæ dissensio interpretum de spiritu aquis incubante (9). Alii cum Judæis & Tertulliano ac Theodoro intel- ligunt ventum, alii cum Basilio, Augustino & Patri- bus communiter Spiritum S. Alii cum Chryosto- mo efficaciam vitalem & fecunditatis plenam aquis a Deo impressam. Pererio (10) prima & tertia ex- plicatio placet, quoad sensum literalem, media quoad sensum mysticum.

*De creatio-
ne angelo-
rum.
Attenden-
dus prima-*

6. Item dissensio circa quæstionem de creatio- ne Angelorum, an plane ea sit omissa Mose, an vero sub creatione lucis primigeniæ lateat. (11)

7. Cavebit autem studiosus sapientiæ, ne ni- mis diu incumbat quæstionibus & dissensionibus in- ter-

(9) Item de principio. Nam per prin- cipium Natalis Alexander dissert. I. ad pri- mam mundi ætatem Tom I f. 17. seq. in- telligit Christum, idque probare vult ex Ter- tulliano, Origene, Basilio, Ambrosio. Augu- stino, simul respondens Philopono dissenti- enti.

(10) Perer. f. 19. 20. Conf. Schotan.

Hexæm. p. 70. seq. item Clerici. Natalis A- lexander diſſ. diſſens. 1. fol. 23. primam & tertiam sententiam vocat probabiles. secun- dum vero Patribus probatissimam.

(11) Perer. p. 63 seq. Natal Alex f. 25. putat utramque sententiam posse defendi, nec esse articulum fidei, ut per lucem intelligen- tur angeli.

terpretum solvendis aut conciliandis, quas circa ^{rius scopus} creationem & lapsum movere solent, sed firmiter ^{bistoria} sibi persuadeat, ea quæ hic non habent perspicuam ^{creationis.} expositionem, non pertinere ad salutem. Igitur primario respiciat potius ad scopum Mosis illa simpliciter & brevissime narrantem.

8. In descriptione creationis communis intendit ostendere, falsissimam esse omnium Gentilium ^{Contra a-} Philosophorum hypothesin de æternitate Mundi (a), ^{ternitatem} unde falsum est, quod Grotius docet, gentiles fere eadem ^{mundi a} tradidisse cum Mose, quoad originem mundi, (b) ^{Gentilibus} quamvis eundem errorem repetierit Huetius. (c) ^{assertam.}

(a) Vid. Patris Orig. *bistor. Philos. & dissert. de Stoica mundi exustione.* Schotani *Heptaëmeron. p. m. 249. seq.* (b) Schotan. *d. l. p. 256. seq.* (c) *Alnetan. quaest. lib. 2. cap. 5. p. 137. seq.* (12)

9. In creatione hominis describenda intendit ^{Et quod} Moses ostendere, quod homo fuerit conditus ad ^{Deus non} imaginem Dei, (13) ut adeo causa subsequenter peccati ^{fit causa la-} non sit adscribenda creationi divinæ, sed imputanda ^{psus.} homini ipsi. In quo vero constitit imago divina, petendum est ex Theologorum doctrina. (14)

Quantopere ipsi Patres ecclesiæ in explicatione naturæ imaginis divinæ variaverint, videri potest apud Perer. *p. 124. seq.* Quænam hodie sit lis nostratum ea de
 (Caut. Eccles) G re

(12) Item Natal. Alex. *p. 12. art. 3.*

(13) In quo sita sit imago Dei non una est Patrum sententia. Natal. Alex. *Tom. I. p. 38.*

(14) De Paradiso vide duas ^{rationes} Pererii *T. I. p. 46. seq.* 1) de loco & situ Paradisi, ubi damnantur ^{videt a Patri-}

^{bus,} qui Paradisi descriptionem mystice interpretati sunt. Utrum adhuc hodie extet? *ib. p. 53. 2) de arboribus Paradisi p. 54. seq.* Evæ creationem non esse allegorice explicandam contra Cajetanum defendit Natalis Alex. *p. 66. seq.*

recum Socinianis, notum est, unde caute legendus Clericus *ad Genes. p. 12. (15)*

*Cavenda
interpretatio
Rabbin.
de conjugio
& dominio
in bestias.*

10. Cavendum autem hic maxime erit studio-
so sapientiæ ab interpretatione Rabbinorum, tor-
quente sensum benedictionis divinæ intuitu faculta-
tum generandi sui simile & dominandi bestiis. &c.

Clara verba sunt, hic agi non de præcepto, sed de con-
cessione facultatis, & tamen Rabbinum miras fabulas hic
tradunt de præcepto conjugii, quas incaute repetunt
aliqui ex nostratibus. Similiter, quæ nugæ soleant
doceri de origine domini, ostendimus alibi. Vide de
præcepto conjugii illo Rabbinico Heidegger. *Exercit.*
1. tb. 8. Selden. de jure Nat. & Gent. secund. discipl. Hebr.
libr. 5. c. 3. Clericum p. 13. De origine domini institu-
tiones nostras Jurispr. div. lib. 2. c. 10. n. 61. seq. (16)

*De sanctifi-
catione Sab-
bathi.*

11. Solet etiam communiter ex iis, quæ Gene-
sis narrat de sanctificatione Sabbathi, præceptum ali-
quod universale & perpetuum de sanctificatione diei
septimi effabricari; sed & imbecillitatem hujus do-
ctrinæ ex Evangelicis Doctoribus cordatiores jam-
dudum monstrarunt. (17)

Vid. omnino Heidegger. *Exerc. 3. tb. 88. seq. (18)*

*Falsa do-
ctrina gen-*

12. Simul vero Moses in descriptione creatio-
nis humanæ satis perspicue declarat, falsam esse sen-
ten-

(15) Interim tamen non omnia ejus mo-
nita plane sunt negligenda.

(16) Est de conjugio lib. 3. cap. 2. n. 52.
seq. & cap. 3. num. 8. seq.

(17) Ipse Natalis Alexander T. I. p. 38.
seq. agnoscit culturam Sabbathi solis Ju-
deis propriam, nec ante legem Mosaicam
fuisse institutam.

(18) Contra quem frustra disputat Bud-
deus Hist. Eccles. p. 101. Cavenda tamen
duo extrema, 1) ne cultura Sabbathi babea-
tur pro lege divina universali; 2) ne pro-
pterea contemnantur præcepta Principum
Christiani sum, culturam Sabbathi præci-
pientium.

tentiam Gentilium de ortu generis humani, quasi homines primitus undecunque ex terra, ut fungi sint editi, (a) imo falsum etiam esse somnium Peyre-rii (19) fingentis inepte Præadamitas. (b)

(a) Unde Avthochthones Gentilium, & ipsa sententia Taciti, quod Germani se jactent esse indigenas, etsi hæc duo distinguere velit Strauch. *in dissert. Germanos esse indigenas.* (b) Vid. omnino Arnold. *Part. 3. cap. 7.* qui modestius de errante sentit, quam alias communiter fieri solet. v. g. apud Carolum *in Memorabil. eccles. Lib. 6. pass. Conf. Schotan. Heptaemer. p. 498. (20)*

13 Caveat vero omnium maxime, ne nimis attente legendo commentarios in historiam de statu integritatis, lapsu & pœna lapsus fiat confusissimus, (21) sed potius observata cautela n. 7. & 9. ex tantis fluctibus & diffensionibus notet fructus neglectæ illius cautelæ.

Vid. Perer. *quatuor Libris integr. Part. I. Comment. in Genes. sc. lib. 3. 4. 5. 6.* Schotan. *Heptaem. p. 312 -- 496.* Heidegger. *Ex. 4.*

14. In specie caveat, ne Adamo & Evæ in statu integritatis nimiam eruditio nem scholasticam, neque nimiam simplicitatem, quali infantes recens nati sunt præditi, tribuat. Neutrum enim horum cum conceptu sapientiæ genuinæ potest consistere. (22)

G 2

De

(19) *Occasione Rom. V. v. 12. 13. 14.*

(20) *Addæ Natal. Alex. dissert. 3. art. 1. p. 56 seq. Hoornb. Misc. sacr. l. 2. c. 12. p. 104.*

(21) *Ni fallor, Pfeifferus in Pansophia Mosaica dicit, quod in lectione commentariorum in Genesim plerumque confusior fuerit*

redditus, quam ante fuisset.

(22) *De hominum creatione & statu ante Lapsum non adeo inepte ratiocinatur Libèrius de S. Amore Epist. 4. p. III. seq. ex cujus num. 23. seq. cautela hic tradita potest illustrari. Huic Epistola jungenda est V. p. 134. de primorū parcentum lapsu.*

De sapientia genuina vid. priora capita *cautelarum circa Pracogn. Jurisprud.* Item *Tom. 1. obs. Hall. 10.* De concionibus Adami & informatione liberorum in statu integr. *obs. Sel. 19. §. 2. & 3. ejusd. Tom.* Alterum extremum de infantili ignorantia Protoplastorum errant Sociniani. Unde caute legendus Clericus *in nar. ad vers. ult. cap. 2. Genes.* de causis deficientis pudoris. Ex verioribus principiis hanc pudoris carentiam deduximus *in cautel. circa Pracogn. Jurisprud. cap. 15. n. 75.*

Sensus literalis historiae lapsus praefertendus allegorico.

§. Caveat, ne historiam lapsus capiat in sensu allegorico, sed literali, ne vanas imaginationes Pseudo-mythicorum vel plane profanorum pro articulis fidei arripiat. (23)

De sensu literali tenendo vid. Schot. *Heptacm. 434. seq.* Ad imaginationes Pseudo-mythicas pertinent visones Anton. Bourignonæ & Helmontii *in priora tria capita Genes.* Dum profanos nomino, respicio ad Adriani Beverlandi *Tract. de Peccato originali.* Huic jungenda est *justa detestatio Leonhardi Ryffenii.*

De serpente tentatore cavende traditiones, Rabbinicae.

16. In primis doctrinam de serpente tentatore miris fabulis (24) involvere conati sunt Rabbinj (a).

(a) Omnino hic legi meretur L. Tilemann. Andr. Rivin *dissert. inaugural. de serpente tentatore. (25)*

17. Ca-

(23) *Vitringa lib. 4. c. 12. 13. Observ. sacr. prolixè disserit de arbore scientiae boni & mali. eamque tandem mystice explicat.*

(24) *Quas non raro ex Patribus & no. stratis reperierunt incautores, unde non potuit non postea in explicatione dicti de serpente mulieris caput serpentis contrituro varios dissensus oriri.*

(25) *Nat. Alex. T. I. p. 68. refutat Ca-*

jetanus, qui putat, tentationem Eve in aeterna suggestionem a diabolo esse peractam. Adamum esse salvatum per fidem in Christum. cuius promissioni facta fuerit, docet Idem p. 73. Heidegger. Exerc. 3 §. 25 seq. & Ex 4 p. 57. seq. ut postulatam praesupponit, dictum illud non loqui de serpente naturali. Pluribus hanc sententiam Heideggeri probare vult Webster de magia cap. 7.

De

17. Cavendum porro, ne ortum fratricidii Caini secundum fabulas Rabbinnicas quærat ex disputatione religiosa (26), aut excommunicationis antiquitatem in ejectione Caini a facie Domini.

Item circa fratricidium Caini.

Perer. p. 249. n. 34. Heidegg, *Exerc.* s. 6. 30. 31. & de Excommunicatione §. 38.

18. Id tamen probe observandum, Cainitas fuisse primos autores civitatum, non tam ad refutanda deliria Peyrerii, quam adversus communem doctrinam politicam adhuc hodie florentem.

Cautela de ortu prima civitatis.

Non concipienda est urbs ornate exstructa, sed simplicissime. Schotan. *Biblioth.* p. 28. Cleric. in *Genes.* p. 40, cui tamen non consentio, quod putet, exstructam esse urbem ex timore contra reliquos liberos Adami. Perer. p. 255. seq. Conf. Heidegg, *Exerc.* s. 1b. 44. Contra communem sententiam de ortu civitatis, vide, quæ diximus de contentione Morum cum jure scripto. It. In fundament,

G 3

ament,

De utroque (& naturali & sub naturali) latente diabolo intelligunt alii cum Schotano p. 472. seq. Pererius p. 208. seq. post recensionem variarum explicationum putat, secundum sensum historicum veriorem esse explicationem de serpente naturali, secundum mysticum, a Deo tamen principaliter intentum, de diabolo. Non negligenda etiam sunt, quæ Clericus ad illud dictum annotavit. Sane optandum, ut assertio communis (a qua profecto multa pendent in Theologia) minus & cautius defendatur, quam fieri solet. Nam anathemata hodie plus nocent veræ doctrinæ, quam ut profint. Et argumentum, quod ex *Genes. IV. v. 1* sumi solet, potius causam bonam male defendit, vide post

Clericum ad illum locum *Hist. Eccl. Goth.* p. 9. Dicenda etiam nonnulla de tribus vitiis capit. libus in lapsu apparentibus, avaritia (in dubitante responso Eva) ambitione (in cupiditate se parificandi Deo) voluptate (pulcritudine fructus item in poena lapsus avaritia in serpente, ambitionis in Eva, voluptatis in Adamo. Vide etiam in *Obs. Halens.* Tom. 8. c. 6. de corpore Adami lucido. & *Tom. 10. cap. 11. de Cherubim ad custodiam Paradisi positis. De serpente tentatore vid. Eisenmang. in indice voce Samael.*

(26) Aut ex disputatione de divisione mundi, *Eisenmang. Part. I. p. 321.*

dament. 1. N. & G. lib. 3. cap. 6. & passim in scholiis ad Huber. de jure civit. (27)

Circa expli-
cationem
Genes. 4. v.
ult.

19. Notandæ (28) variæ expositiones loci Genes. 4. v. ult. ex duabus illis, quarum una de cognomine natione piorum & impiorum, altera de origine idololatriæ explicat, alterutra verosimilior.

Vid. Cleric. *ibid.* Heidegg. *Exerc. 6. n. 27.* Hac occasione commendandus Vossii eruditus *Tractatus de origine idololatriæ.*

Item circa
exposit. Ge-
nes. 6. v. 1,

20. Cavenda maxime expositio phantastica eorum, quæ narrantur Genes. cap. 6. v. 1. seq. de congressu angelorum cum scæminis & natis inde gigantibus (29), in qua potissimum fundamentum ponunt assertores fabularum de congressu diaboli cum veneficis. (30)

Heidegg. *Exerc. 2.* Perer. Schotan. Cleric. *ad d. cap. 6. v. 1. seq.* Scripsit Jean d'Autun Capucinus *Lugduni 1674.* *tractatum pro probandis magis*, ubi sæpe ad illum locum ita explicatum provocat. (31)

21. De

(27) Dicendum hic etiam de vitæ generibus ad irritandos affectus vitiosos tendentibus inventis aut promotis per Jabal, Jubal, & Tubalcaïn. Et simul de ortu Consil. bellici, Ecclesiastici, & Cameralis in rebus publicis Cainiticis. Conf. Heidegg. *Exerc. 6. §. 10. ad §. 20.*

(28) De raptu & prophetia Enochii Nar. Alex. *pecul. differs. Tom. 1. p. 78.*

(29) Notanda etiam peculiaris expositio anonymi (Am audern Ende) Curieuse Erwægung der Worte Moses Gen. 6. v. 2. *amstel. 1700, qui ex principiis du Comte de*

Gabalus explicat de homunculis igneis, aqueis &c.

(30) Conf. *Hist. Eccl. Gotb. p. 15.*
(31) Titulus libri est: *L' incredulité scavante & la credulité ignorante au sujet des magiciens & des sorciers. Discours 1. vult probare, quæstionem de magis pertinere magis ad Theologos, quam JCtos, quia in his philosophia & Jurisprudencia ignorant demones pacta cum sagis facientes, easque per aërem portantes. Pergit: cum Theologia proponat dicta scripturæ, quod ipse Christus permiserit satvani, ut ipsum portaret in*
mon.

21. De arca Noæ, diluvio & reliquis ad diluivum pertinentibus explicationes variæ & dissentientes notentur diligenter; simul vero notetur, difficultates hic occurrentes originem dedisse Thomæ Burneto Anglo, ut Theoriam telluris ederet, in qua plane aliter de constitutione telluris ante diluvium, differit ac communiter fieri solet. (32)

Circa explicationem diluvii Noachici.

Dicendum de hoc Autore. Máxime illud notetur, quod maxima difficultas, quæ ipsum movit, ut recederet a communi doctrina, scilicet impossibilitas concipiendi, quomodo aqua potuerit transcendere cacumina altissimorum montium, feriat ejus hypothesin propriam &c.

22. Potissimum opera danda studioso sapientiæ, ut, quantum fieri potest, verosimilem, nec falsam aperte ideam sibi formet de statu œconomico, politico & ecclesiastico antediluvianorum, quam meditationem multum adjuvabit, si adhibitis cautelis supra dictis attendat ad ea, quæ jam eum in finem collegit Heideggerus.

De statu œconomico, politico & ecclesiastico antediluvianorum.

Part. I. Histor. Patriarch. prioribus tribus dissertationibus.

23. Ita quod doctrinam de conjugio attinet, cavendum est, ne cum Rabbiniis supra n. 10. notatis & Pontificiis ex matrimonio sacramentum facientibus leges positivas a Deo matrimonio circumpositas quærat, ubi nullæ sunt. (33)

De institutione matrimonii.

Conf.

montem &c. necesse esse, ut Jurisprudencia fateatur &c. *Id. autorem p. 4.*

(32) Vide etiam *dissert. Nat. Alex. de arca Noæ & diluvio T. 1. f. 106. seq. Vossius statuit solam Palestinam tempore diluvii*

fuisse habitam. Vid. Cuperum arcan. atheismi p. 21. Contra disput. Nat. Alex. d. 1. f. 114. seq.

(33) Notanda de hac questione doctrinae Buddæi in *Theol. mor. & Hist. Eccles. Lancæchi*

Conf. cum Heidegger. *Exerc. 1. ea, quæ notavi in Fundament. J. N. & G. ad lib. 2. cap. 3.*

*De Rebus-
publicis Se-
thitarum.*

24. Ita multa disputari possunt contra eos, qui politias sive Respublicas etiam inter Sethitas quæ-
runt.

Quod facit Heidegger. *Exerc. 2. n. 1. & 2. Conf. H. E. Goth. p. 15.*

*De Ecclesia
Patriarcha-
li.*

25. Ita circâ conceptum de ecclesia Patriarchali multa deprehendet apud Heideggerum, quæ repugnant cautelis cap. præced. commendatis (a), præprimis notabit quæstionem, an in ecclesia Patriarchali fuerit status Monarchicus, an Aristocraticus, an Democraticus, plane sapere reliquias Papismi, etsi recte refutentur scriptores Papistici Monarchicum statum in ecclesia Patriarchali quærentes (b).

(a) *Cap. præced. §. 7. 8. & 9. vid. Heidegger. Exerc. 3. passim*

(b) *d. exerc. 3. §. 3. Papsimum hujus assertionis monstrat Pufendorff. in de habitu Religion.*

*De scholis
Antediluvianis.*

26. Hactenus dicta ulterius partim illustrabunt, partim confirmabunt, partim novas cautelas ad hoc caput pertinentes suppeditabunt, quæ alibi latius differui de scholis antediluvianis. (34)

Tom. I. obs. Hall. obs. 19.

*Cavei dis-
sertatio
proemialis*

27. Neque omittenda Wilhelmi Cavei dissertatio proemialis præmissa ejus antiquitatibus Apostolicis, quæ & ipsa multa præcedentia illustrabit. O-
ptan-

sibi Polygamia non potest a crimine vindicari exemplo Polygamie Patriarcharum post diluivium, nec horum Polygamie exemplo Polygamie Lamechi damnari, Vid. Nat. Alex.

T. I. p. 74. seq.

(34) *Contra Sethi columnas disputat Mons. Sainjor, Biblioth. critique Tom. 2. c. 23. p. 341.*

prandum tamen esset, ut vir doctus non admiscuisset *ad Antiquit.*
 multas fabulas Rabbinnicas. *Apostolicas.*

Cap. 1. Dissertationis illius proemialis agit de Regimine
 ecclesiastico Patriarchali Huc pertinent dicta ibi-
 dem §. 11, 12, 13, 14.

C A P. V.

De

Cautelis circa historiam ecclesia-
 sticam a temporibus Diluvii ad Mosen. (I)

S U M M A R I A.

*De origine domini post diluvium. §. I. De septem praeceptis Noa-
 chidarum. §. II. De prohibito esu sanguinis & suffocati. §.
 III. De puniendo capitaliter homicida. §. IV. De peccato
 Chami. §. V. De confusione Babelica. §. VI. De origine
 idololatriæ. §. VII. De Melchisedeco. §. IIX. De excidio So-
 dome. §. IX. De benedictione Jacobi. §. X. De Schilo. §.
 XI. De statu Oeconomico, Politico & Ecclesiastico postdilu-
 vianorum. §. XII. De regula: Institutio divina habet vim
 legis. §. XIII. Errores de conceptu & moralitate adulterii.
 §. XIV. De Polygamia & concubitu mariti cum soluta. §.
 XV. De concubitu soluti cum soluta. §. XVI. De scorta-
 tione. §. XVII. De bestialitate & incestu. §. XIX. De di-
 vortiiis. §. XIX. De conjugii cum infidelibus. §. XX. De
 consensu parentum in nuptiis. §. XXI. Jus Levirationis. §.
 XXII. Jus primogenitura. §. XXIII. Successio liberorum in
 bona parentum. §. XXIV. Societas herilis. §. XXV. Status
 regius. §. XXVI. Judicia criminalia ob religionem. §. XXVII.
 (Caut. Eccles.) H Sta-*

(I) Hic iterum autores consulendi initio | nus, clericus.
 capitulis precedentis citati, Pererius, Sebota.

Status ecclesiasticus §. XXIX. Ubi commendatur Heideggerus. §. XXIX. De Theologia Patriarcharum sententia Cavei. §. XXX. Jobus. §. XXXI. Origines gentium hodiernarum a liberis Noachi. §. XXXII. Tres partes mundi. §. XXXIII.

I.

*De origine
dominii
post dilu-
vium.*

Hic caveat studiosus sapientiæ, ne in benedictione divina Noæ & ejus liberorum, iterum quærat institutionem domini per modum præcepti, & fabulas, quasi tres partes mundi a Noa in tres filios sint divisæ. 2)

Vid. Instit. Jurisprud. div. lib. 2. cap. 10. n. 61. seq. & cap. præced. n. 10.

*De septem
præceptis
Noachidarum.*

2. Caveat fabulam Rabbinorum, de septem præceptis Noachidarum, quæ in sensu abusivo ita dicuntur, a Seldeno in Jure Naturæ & Gentium secundum disciplinam Hebræorum expositis. (3)

*De prohibi-
to esu san-
guinis &
suffocati.*

3. Caveat, ne putet esum sanguinis & suffocati esse prohibitum per modum legis universalis & perpetuæ.

Conf Spencer. peculiari dissert. inserta tractatui de legibus Hebræorum ritualibus. (4)

*De punien-
do capitali-
ter homici-
da.*

4. Caveat, ne putet in constitutione divina de prohibito esu sanguinis simul fuisse dictatam legem universalem de puniendo capitaliter homicida.

Vid. dissert. nostram de jure Principis Evangelici dispens. in panæ homicidii dolosi.

§. Cir-

(2) Pro fabulis etiam habet Nat. Alex. T. I f. 135. Non ausus tamen Buddeus pag. 209. has fabulas verbis disertis damnare.

(3) Conf. Heidegg. Ex. 2. §. 8. Ea pla-

cent sâmen Natali Alexandro peculiari dissertatione T. I. p. 143.

(4) Item Nat. Alex. diff. 10. ad sec. 2. post C. N. Tom. 3. f. 131. seq.

5. Circa factum Chami, patris nuditatem ir- *De peccato*
 ridentis notet novam expositionem Domini de *Chami.*
 Hardt, & ejus propterea cum Calvörio litem. (5)

Nobis expositio Dn. von der Hardt in *Ephem.* 2. videtur
 repugnare sensui grammatico. Conf. Cleric. *ad cap.*
9. Genes. p. 72. add. Heidegg. *Tom. I. Exerc. 20.* (6)

6. Et majoris momenti controversiam alte- *De confusio-*
 ram de confusione Babelica eidem Hardtio cum Cal- *ne Babelica.*
 vörio intercedentem.

Von der Hardt *Ephemer. 3.* (7) Hic sane utraque exposi-
 tio & illa nova Hardtii convenit cum sensu gramma-
 tico. Conf. iterum Cleric. *ad cap. 2. Genes. p. 89. s.* Igi-
 tur momentum hic latere videtur in decisione quæ-
 stionis: an ex duabus interpretationibus Scripturæ S.
 illa sit præferenda, quæ supponit miraculum, an quæ
 rem sine suppositione miraculi explicat. Heidegger
 sane in *exerc. 21. n. 21.* dum de variis expositionibus
 confusionis Babylonice agit *pag. 651.* dicit, hic conce-
 dendum esse, ut quisque sensu suo abundet, dum con-
 tra fidei regulam, & ea, quæ sunt scripta, nil designet,
 adeoque quamlibet amplecti possit sententiam, quam
 judicet naturæ rerum & experientiae maxime consen-
 taneam. (8)

7. Observet sententias varias de origine & *De origine*
 progressu idololatriæ post diluvium. (9) *idololatriæ.*

H 2

Vossius

(5) Ebrietatem Nochi fuisse absque *Autorem observ. 10. der Auserl. Anmerk.*
 peccato asserit *Nat. Alex. T. I. f. 146.* p. 331. seq.

(6) Conf. *Budd. p. 204.*

(7) Sententiam Hardtii proluxa differ- *(8) Hardtio & Vitringa respondere*
 entiatione adstruit *Vitringa Obs. sacr. lib. 1.* voluit *Budd. p. 210 seq.*

(9) *Judæorum fabula de Abrahamo ob*
diff. 1. potiss. cap. 9. & cap. 6. p. 56. Adde } *execrationem idololatriæ in ignem coniecto*
& per

Vossius & Rambam *peculiaribus tractatibus de origine idololatriæ*. Heidegg. *Tom. 2. Exerc. 1. n. 34.*

De Melchisede.

8. Notet dissensiones varias de persona Melchisedeci, ipse vero observet præ reliquis conjunctionem regni & sacerdotii. (10)

De Melchisedeco Heidegg. *Tom. 2. Exerc. 2. integr. Saubertus in operibus posthumis de sacerdotio Hebræorum.* (11)

De excidio Sodoma.

9. Circa excidium Sodomæ (12) etiam notet varia consideratione digna, potissimum de uxore Lothi novam explicationem von der Hardt & Clerici.

Heidegg. *Tom. 2. Exerc. 8. Von der Hardt Ephemer. 4. Cleric. appendice prima & secunda ad Genes.*

De benedictione Jacobi.

10. In ultima benedictione Jacobi (13) observet erroneam opinionem communem de triplici præeminentia primogenituræ (14) apud Ebræos in sacerdotio, regno, & dupla portione hereditatis, ortam ex erronea interpretatione eorum, quæ Jacobus de Rubene dicit.

Vide Sauberti opera posthuma p. 225. seq. Cleric. ad Genes. cap. 49. v. 3. p. 299. Cont. Selden. cap. 5. & seq. de successione in bona defunctorum, & Heidegg. Tom. 2. Exerc. 23. sect. 2.

II, No.

& per miraculum liberato refutata. Not. Alex. T. 1. f. 136. Abrahamum non dixisse mendacium, dum Saram sororem vocavit, nec imprudenter egisse. Idem Tom 1. f. 203.

(10) Heidegg. d. Exerc. 2. ib. 21. & omnino Hist. Eccl. Goth p. 253. ubi etiam additur exemplum Abrahami & Jobi.

(11) Conf. etiam Nat. Alex. Tom. 1. f. 206. ubi in fine addit quædam de pane & vino adumbrantibus sacrificium Eucharistie, ad quæ respondet Heidegg. d. 1. s. 22.

p. 62.

(12) Conf. die seltsamen Begebenheiten eines Englischen Kaufherrn p. 97. seq. quæ conjunctim edita sunt cum Historia Sevarambes.

(13) Ineptas expositiones patrum, Jacobum a mendacio excusantium, recenset Nat. Alex. T. 1. f. 237.

(14) Errorum de primogenitorum jure sacerdotii refutat Vitringa lib. 2. cap. 2. & 3.

11. Notabit etiam mirum dissenfum interpretationum in exponendo loco de non avertendo a Juda sceptro, donec Schilo veniat. (15)

Heidegg. *d. Exerc. 23. sect. 4.* Scultetus *Exerc. Evangel. lib. 1. cap. 3.* Cleric. *ad Genes. p. 302.* adversus quem disputavit Edzardus. *Parrhas. Part. 1. p. 400 seq.* Adde omnino Basnagium *Tom. 1. Annal. Eccles. f. 18. seq.* Nat. Alex. *T. 1. f. 250. seq.*

De Schilo.

12. Cautelæ & observationes hætenus propositæ multum conducent ad judicandum recte de statu œconomico, politico & ecclesiastico Patriarcharum postdiluvianorum.

De statu œcon. Polit. & Eccles. postdiluviano- rum.

De quibus etiam agit Heidegg. *Tom. 1. Exerc. 1. 2. 3.*

13. In statu œconomico circa conjugium Patriarcharum notetur, regulam communem; institutionem divinam habere vim legis (16), recte quidem intellectam a veritate non aberrare, sed prout communiter explicatur, sapere reliquias arcanorum politicæ Papalis.

De regula Institutione divina habet vim legis.

Id est; institutio divina hætenus habet vim legis naturalis, ut nihil debeat fieri, quod repugnet fini primario negotii a Deo instituti. Sed communiter ita explicuit Clerus Papalis, quod institutio divina, etiam intuitu circumstantiarum ad finem negotii non pertinet.

H 3

nen-

(15) Basnagius *Tom. 1. Annal. fol. 18. seq.* ita exponit. Sceptrum Legislatoris de Juda sanguine, ab eo non recedit in perpetuum, quia veniet Schilo, i. e. Christus. Wagenfeilius scripsit Anno, 1675. *dissert. ad Arnoldum ubi exponit hunc locum. Non deficiet Juda jus belli & pacis &c. vide p. 10. Vitringa Obs. sacr. lib. 4. cap. 5, &*

6. probat, scepterum tempore Christi adhuc apud Herodem Magnum fuisse. Scripsit Altingius peculiarem tractatum, cui titulus Schilo. Hic vel ex indice apparet, decem variis usque differentibus explanationibus banc vocem verti solere.

(16) Quam & repetit Buddeus in *Theol. morali.*

nentium, habeat vim legis si non naturalis, saltem positivæ, universalis tamen; Quænam vero sint illæ circumstantiæ, id explicare ad solum Clerum pertinere, neque adeo Laicis hic permittum esse, ut ratione sua utantur. Ita v. g. notum est, quod in circumstantiis quibusdam ad sacram cœnam pertinentibus per concilia antiqua ab Episcopis recessum fuerit ab instituto Christi, etiam licite, (17). Sed Princeps tamen si talia tentet, tum illi occiditur hic canon. Quod autem hæc regula, quæ alias a Pontificiis adhibita fuit in capite de sacramentis, etiam tam frequenter urgeatur in causis matrimonialibus, ideo factum, quod etiam matrimonium habuerint pro sacramento. Sed ista quidem merentur peculiarem dissertationem. Ita notum est, dictum Christi Matth. 19. v. 4. (quod respicit nostram explicationem regulæ dictæ,) in causis matrimonialibus torqueri hodiernum ad explicationem illam Papisticam (18), etiam a nostratibus, cum tamen postea hæreat aqua in applicatione regulæ ex Papatu politico expositæ, v. g. in quæstione de imperio mariti, de polygamia, de divortio & hujus causis, in primis autem in quæstione de prohibitione graduum (*). Idque eo magis cavendum, quia etiam novissimi Theologiæ moralis & jurisprudentiæ divinæ autores hic impingere solent, & ad palliandam politicam papizantem insufficientiam rationis sibi relicte accusant. (19)

Errores de

14. Quemadmodum igitur ex Patribus Ambro-

(17) v. g. ratione temporis matutini, in-
suis oblatarum loco panis &c.

(18) Hinc est quod Budæus in Theol.
mor. nolit admittere explicationem illius di-
cti ex hypothesi dissensus inter Hillelem &
Sammai, quia alias periret illud brocardi-

cum.

(*) Ut Budæus in Theol. mor.

(19) Unde etiam cum cautione legendus
Heideggerus. quando in quæstione de matri-
monio Patriarcharum ad hanc regulam
provocat Ex, l. p. 9. 10. & passim.

brofius & alii valde errarunt, qui putarunt, tempore Patriarcharum adulteria non fuiſſe prohibita (20), ita tamen ea, quæ ſtatim notabimus, docebunt, diſtinguendum hic eſſe inter maritum & uxorem. Intuitu uxoris alienæ adulterium ſemper repugnabit regulis juſti & decori, quatenus hæ ſunt juris naturalis & univerſalis.

conceptu Adulterii & ejus moralitate.

Add. Heidegg. *d. Exerc. 1. n. 10. Fundam. 7. N. & G. ad lib. 3. cap. 2.*

15. At, quod maritum attinet, cum & ante legem Moſaicam & poſt eam polygamia (21) apud Patriarchas & totum populum Iſraeliticum fuerit in uſu, facile patet, quod nec concubitus mariti cum ſoluta habitus tum fuerit pro adulterio, & quam periculoſum ſit, illa regula Papifſtica n. 13. in controverſiis conjugalibus uti, cum certum ſit, monogamiam magis convenire inſtitutioni primævæ conjugii, quam polygamiam, & certum ſit ſimul, Deum, qui nil adprobavit unquam, quod repugnat legi univerſali & naturali, nunquam tamen taxaffe polygamiam viro- rum ſanctorum, ſed potius toti populo ſuo eam permiſiſſe.

Quæ Heidegger contra urget *Tom. 1. Exerc. 1. §. 10. & integra Exercitatione 7.* jam ſatis ventilata ſunt in controverſia illa Leyſeriana de polygamia. Conf. iterum *Fundam. Juris Nat. & Gent. 2. lib. 3. cap. 2.*

16. Un-

(20) Occaſione Abrahami & Sara. Ad- de Barbeyrac. in præfat. ad verſ. Gallic. Pu- fend. de J. N. & G. & omnino Hiſt. des ōuvres des ſçavans 1706. p. 452. 459.

(21) Polygamiam Patriarcharum non repugnante juri natura docet Nat. Alex. T. I. f. 74. ſeq.

*De concubi-
tu soluti
cum soluta.*

16. Unde observatis his cautelis jam facile evitare poteris duo extrema in quæstione : an ante legem latam Patriarcharum licitus fuerit concubitus promiscuus oblata mercede cum innuptis : ne pro licentia interna ex una parte pugnes , & ne ex altera parte putes , eum concubitum fuisse eo tempore pœnæ obnoxium. (22)

Ita intelligo in posteriore sensu Hebræos. Seldenum & Durandum, adductos ab Heideggero *d. exerc. 1. n. 17.* qui his adeo non contradicit, cum loquatur de licentia interna. Et quomodo potuisset illo tempore concubitus soluti cum soluta haberi pro actu pœnæ obnoxio. cum ne quidem concubitum mariti cum soluta lex Mosaica pœna coercuerit.

*De scorta-
tione.*

17. Cavebis etiam, ne in quæstione hac & affinis, confundas scortationis significationem hodiernam cum significatione antiqua. (23)

Ita quoad illam, quæ a Papatu ortum habet, omnis concubitus citra benedictionem sacerdotalem habetur pro scortatione (24), propter hypothesein de sacramento matrimonii. Quoad hanc scortatio est concubitus cum ea, quæ corpore quæstum facit, qui & a stupro & concubinato & ab adulterio differt.

*De bestiali-
tate & in-
cestu.*

18. Circa bestialitatem & incestum id notandum est, haud dubie bestialitatem abominationi fuisse Patriarchis, an vero bestialitas eo tempore capitaliter punita, an plane impunis fuerit, deficiente historia sacra non constat. Idem dicendum de incestu lineæ

(22) Adde *Nat. Alex. Tom. I. f. 245.*

Conf. dissert. meam de concubinato.

(23) *Hæc observatio communiter negli-*

gitur etiam ab Heideggero dicto num. 11.

(24) *Imo pro adulterio vid. Nat. Alex.*

T. I. f. 391. ubi Augustinum citat.

neæ ascendenti. Nam de incestu lineæ Collateralis & personis postea in lege Mosaica prohibitis, vel ex conjugii Patriarcharum antediluvianorum & potissimum liberorum Adami, & ex Abrahami exemplo constat, talia conjugia, uti non repugnant juri naturali, ita nec a Patriarchis fuisse pro illicitis habita.

Conf. Heidegger. *d. exerc. 1. n. 13.*

19. Divortia quod attinet, uti quidem nullum est dubium, apud Patriarchas haud recepta fuisse divortia ex mera inconstantia amoris, absque justa causa, ita tamen solum adulterium tum fuisse pro justa divortii causa habitum, non persuadent ea, quæ habet Heidegger (a), utpote quibus facile satisfieri potest ex iis, quæ alibi (b) latius docuimus.

(a) *d. exerc. 1. n. 2.* (b) *d. cap. 2. & 3. lib. 3.* Fundam. Jur. Nat. & Gent.

20. Porro, etsi satis testetur Scriptura sacra, Patriarchas nuptias non contraxisse cum infidelibus, cave tamen, ne putes, tum temporis fideles ab infidelibus magis formula quadam, quam moribus & objecto cultus ac modo sacrificandi fuisse distinctos, unde ad reliquias Papismi pertinet, cum communiter ea, quæ in scripturis de nuptiis infidelium leguntur, adplicant ad nuptias Christianorum diversæ confessionis.

Vid. lat. dicta pecul. Tract. Germ. *de Nuptiis Principum Evangel. diversæ confessionis.* Conf. Heidegg. *exerc. 1. n. 13. & exerc. 2. n. 15.*

21. Circa consensum parentum in conjugii liberorum nullum est dubium, Patriarchas observasse

(Caus. Eccles.)

I

De consensu parentum in nuptiis.

se præcepta juris naturæ, secundum quæ liberi contra regulas decori & gratitudinis peccant, si invitis parentibus contrahant nuptias, sed propterea nuptiæ tamen non sunt nullæ.

Vid. Fundam. *ad lib. 3. cap. 4.* Conf. Heidegg. *d. exerc. 1. §. 14.* Exemplum habes in Esavo.

Jus Levira-
tionis.

22. Ea, quæ modo de incestu observavimus, confirmantur etiam per jus Levirationis, quod etiam ante Mosaicam legem in usu fuisse docet exemplum de filiis Iudæ Gere, Onane & Schela.

Heidegg. *ibid. §. 16.* Adde Natal. Alex. *T. I. f. 242.* ubi contra Marshamum probat, id Patriarchas non accepisse ab Ægyptiis.

Jus primo-
genitura.

23. Porro & ea, quæ de triplici jure primogenituræ jam sub Patriarchis usitato Rabbini, & qui hos sequuntur, docere solent, vel ex observatione superiore intelliguntur esse maxime dubia & incerta, etsi ea repetat Heideggerus.

Ibid. §. 18 - - 22. ubi circa ea, quæ de interpretatione mystica juris primogenituræ adduntur, §. 21, 22, repetenda est cautela cap. 3. n. 43, 45. add. modo not. *hoc. cap. n. 10.*

Succeſſio li-
berorum in
bona paren-
tum.

24. Immo quæ in genere de successione liberorum in bona parentum sub Patriarchis doceri solent (a), sæpe immiscent significatum legitimi conjugii, & concubinatus ecclesiæ Pontificiæ, cum significato originario (b), & supponunt doctrinam alibi rejectam de origine successione testamentariæ & legitimæ (c).

(a) Hei.

(a) Heidegger. §. 23. (25) (b) *Vid.* Fundam. J. N. & G. d. l. 3. cap. 2. & 3. (c) *Dissert. de origine success. testam.*

25. Societatem, quæ est inter dominum & *Societas he-*
 servum, quod attinet, uti Heidegger recte docet, a *rilis.*
 Patribus quibusdam, ut Augustino, Chrysofomo.
 Ambrosio, originem servitutis absque sufficiente ra-
 tione referri ad tempora postdiluviana, ita & reliqua
 pleraque tolerari possunt, si modo examinentur se-
 cundum principia alibi explicata.

Sc. d. lib. 3. Fundam. J. N. & G. cap. 5. add. Heidegg. *diss.*
exercit. 1. n. 25 - - 30. ubi illud tamen censuram mere-
 tur, quod putet Heidegger. n. 28. id non esse juris na-
 turæ, quod partus sequatur ventrem, & quod n. 36. jus
 vitæ & necis neget in servos. (26)

26. Quod statum civilem concernit, uti haud *Statum re-*
 dubie inter infideles Respublicæ fuerunt, ac valde ve- *gims.*
 rosimile est, Nimrodum primum Monarcham post
 diluvium extitisse, ita parum verosimilia tradunt, qui
 secundum sententiam communem etiam ex Patriar-
 chis Reges faciunt & Principes.

Ut Heidegger *exerc. 2. n. 3. seq.* imbecilibus sane argu-
 mentis, & quibus satisfacit ex asse Algernonius Sid-
 neius in Tract. Anglice scripto, cujus titulus in Gallica
 versione: *Discours sur le Gouvernement, Tom. 1. cap. 1. sect.*
7. & 8. (27)

I 2

27. Tan-

(25) Heideggerus ibi inquit in ratio-
 nem, cur liberi Abrahami & Jacobi ex con-
 cubinis nati diversimode successerint.

(26) Quæ tradit Heideggerus ibid. n.
 31. seq. de Patriarcharum vitæ generis, de

usu pecuaria, permutationis, nummi, mer-
 catura &c. secundis curis reservanda.

(27) Quæ vero Heideggerus ibidem ob-
 servat de foederibus & bellis Patriarcha-
 rum, item de poenis ab iis inflictis, facile re-
 mova-

Judicia criminalia ob religionem.

27. Tantum abest, ut Patriarchæ propter religionem judicia criminalia exercuerint, cui errori originem dedit erronea expositio excisionis, quam Deus minatur illis, qui circumcisionem Abrahamo præceptam neglecturi essent. (28)

Vid. omnino Heidegg. *d. exerc. 2. §. 13, 14.* ubi simul notat infinitas explicationes, quid sit excisio a populo & quæstionem satis accurate definit. (29)

Status ecclesiasticus.

28. Denique quod statum ecclesiasticum concernit, solent multi ex nostratibus hodiernum regimen ecclesiasticum & systema Theologicum in ecclesiis Patriarcharum tam antediluvianorum quam post diluvium quærere (a), quod uti cautelis supra (b) inculcatis repugnat, ita etiam cautius hic procedit Heideggerus.

(a) Huc pertinent Wilh. Lyseri *Trifolium vera religionis Adamitica, Abrahamitica & Israelitica* (30). Polycarpi Lyseri *Adamus, Noachus, Abrahamus*. Balthaf. Bebelii *Historia ecclesie antediluviana*, item *historia ecclesie Noachica*. (b) *Cap. 3. n. 6. 7. 9.* Notandæ hic hypothefes Wilh. Lyseri *pag. 7. seq.* (31) (c) *Tom. 1. exerc. 3.* vide tamen, quæ jam notavi *cap. præc. n. 25.*

29. Ut-

moveri possunt, si ex dictis in fundam. F. N. & G. l. 3. c. 4. & 5. observetur, patresfamilias in statu naturali habere jus vitae & necis & inter patresfamilias posse etiam esse bella.

(28) *Genes. 17. v. 14. aut fermentum comesturi in hebdomade Paschali. Exod. 12. v. 15.*

(29) *Scilicet non intelligi forense suppli-*

cium, nec excommunicationem, sed mortem modo extraordinario a providentia divina acceleratam.

(30) *juxta unifolium religionis Lutberana. Wittib. 1664.*

(31) *1. Breviora doctrina capita a Mose in scripturam relata a Patriarchis in plenius concionibus fuisse explicata. 2. Posteriora, quæ in scripturis revelata sunt prioribus*

29. Utpote qui distincte refutat non solum eos, qui sanctificationem Sabbathi jam sub Patriarchis receptam esse volunt, sed & eos, qui excommunicationis usum quærunt in ecclesia Patriarchali, quam potius cum rectius sentientibus ortam esse statuit apud Judæos, temporibus captivitatis Babylonicae.

Ubi commendatur Heideggerus.

Heidegg. *d. exerc. 3. th. 58. 59. Conf. not. ad Huber. de jure civitatis. p. 217.*

30. Quod Theologiam Patriarcharum attinet, sanior est sententia Cavei, si secundum cautelas modo memoratas explicetur, diserte asserentis, religionem Patriarcharum habuisse formam simplicissimam & naturalem, convenientem cum dictaminibus naturalibus animæ implantatis: non opus tum fuisse informatione longius quæsita, nec ordinationibus aut legibus multis scriptis, sed suffecisse illas paucas naturales. Confessionem etiam fuisse brevem & perspicuam, cogitationes de Deo præstantes & venerabundas, pietatem sinceram & sine hypocrisi, cultum serium & sincerum, ritus paucos & bene ordinaros, actiones vitæ non nisi præceptis summe necessariis conformes, atque secundum hanc simplicem reli-

De Theologia Patriarcharum sententia Cavei.

I 3

gio-

ribus non esse opponenda, sed conjungenda. 3. Obscuriora Vet. Test. esse in N. T. clarioribus proposita, illis vero, quibus primum in V. T. revelata, non penitus fuisse ignota. 4. Generalia effata scriptura ad omnes homines omnium temporum pertinentia, etiam ad primos homines esse applicanda. Hinc deducit duo perismata. Primum: Nos non

simpliciter cogi posse ad nostri thematis probationem ex certis Geneleos capitibus desumendam. Secundum: nos non adigi posse ad thematis nostri probationem extra scripturam, rejectis omnibus consequentibus institutis. Confer de his hypothesebus Lyseri & potissimum de prima obs. Sel. Hall. Tow. I. Obs. 19. §. 5. seq.

gionem etiam Christianam religionem a Christo fuisse institutam.

Jobus.

Caveus in *discursu proæm ad vitas Apostol. c. 1. s. ult. p. 61 seq.*

31. Cum vero multa semina hujus religionis Patriarchalis deprehendantur in libro Hiobi, maxime commendanda nova versio Germanica hujus libri, quam ante paucos annos dedit Kortumius (32).

De ipso Hiobo quis fuerit, & quando vixerit vid. Caveum *d. l. s. 20. 21. pag. 55. seq.* Von der Hardt *Ephemer. s. Commendandæ exercitationes Frider. Spanhemii in Jobum.*

Origines gentium hodiernarum a liberis Noachi.

52. Quemadmodum autem Christiani non dubitamus, omnes gentes & populos a Noacho tantam restauratore generis humani ortos esse, ita tamen cavendæ sunt ineptiæ Monachorum, in chronicis gentium Europæarum singulas gentes a liberis Noachi deducuntium absque ullo fundamento historico.

Hos subinde notat Vorburg *op. hist. Tom. 1. (33)*

Tres partes mundi.

33. Istis ineptiis originem etiam debet error geographicus de tribus partibus mundi (34); nam is effecit, ut Asiam Semo, Africam Chamo, & Japheto Europam assignatam scriberent (a), unde postea novalis orta de origine gentium Americanarum (b).

(a) Unde adhuc frequens cantilena: Wir arme Japhiten und Heyden. Huc pertinet Bocharti *Phaleg.* vid. Hornii & Horbii *diff. de orig. gent. American.* CAP.

(32) De historia & libris Hiobi vid. *Nat. Alex. differt. T. 1. f. 262. seq.* Hiobum quædam vixisse ante Moysen, sed librum Hiobi scriptum esse demum a Salomone statuit Jaquelos de *l' Existence de Dieu p. 291.*

(33) Sed adde tamen *Natal. Alex. T. 1. f. 112. seq.* unde patebit, istas fabulas originem debere Patribus Ecclesie.

(34) Vide Cellarii *Geographiam antiquam.*

C A P. VI.

De

Cautelis circa historiam ecclesiam
ficam tempore Mosis.

S U M M A R I A.

Cavenda consideratio superficialia temporum Mosaicorum. §. I. Fabula Judaica de vita Mosis. §. II. Miracula Mosaica & Magorum Pharaonis. III. Genuina interpretatio scripturae de miraculis Mosaicis. §. IV. Duplex lex a Mose data. §. V. Divisio in affirmativam & negativam. §. VI. In moralem, ceremonialem & forensam. §. VII. Scopus legum ritualium. §. VIII. Lex Mosaica ad certa capita relata. §. IX. Praesentia legum Mosaicarum. §. X. Autores eo pertinentes. §. XI. Septem classes legum Mosaicarum. §. XII. Status Republicae Israeliticae ab aliis plane diversus. §. XIII. Cavendum hic a Spinosa. §. XIV. Sapientia Mosaicarum legum ostensa ex comparatione cum aliis omnibus. §. XV. Usus alius dictorum. §. XVI. Decalogum non esse synopsis reliquarum legum. §. XVII. Numeratio praeceptorum decalogi. §. XVIII. Antiquitas populi Israelitici. §. XIX. Moses autor Pentateuchi. §. XX. Unde petita historia ibi relata. §. XXI. Origine omnis scripturae. §. XXII. Natura inspirationis divinae. §. XXIII.

I.

Cavendum hic ne, ne tempora Mosaica superficialiter considerentur, ut fit communiter, postulant enim ea peculiare observationes & cautelas (1).

Cavenda consideratio superficialia temporum Mosaicorum.

2. Ca-

(1) Commendandi libri tres Philonis de vita Mosis, qui a fabulis abstinet. Car. Sebo.

*Fabula Ju-
daica de vi-
ta Moſis.*

2. Cavendum porro a fabulis (a) Judaicis contentis in libro Judaico de vita Moſis edito hebraice & latine a Gilberto Gaulmynio (2) Pariliis 1629. Unde videtur (b) Joſephus quædam incautius deſcripſiſſe (c).

(a) v. g. p. 10. de Moſe coronam regiam a capite Regis auferente, p. 14. de Moſe carbone ardente linguam lædente, p. 15. de collo Moſis inſtar marmoris indurato (3), p. 21. de Moſe per ciconias cicuratas ſerpentes vincente, p. 25. de leonibus virga Moſis delinitis, p. 27. de virga Aaronis (4) virgas magorum devorante, p. 30. de craſſitie tenebrarum, ut qui fedebat, ſurgere, qui ſurgebat, ſtare non poſſet, p. 33. de Joſephi feretro ope nominis ineffabilis ex mari in altum elevato &c. (b) Nam hos duos libros de vita & morte Moſis ante Chriſtum natum jam extitiſſe arbitratur Gaulmynius in not. p. 175. qui & tertium librum de certaminibus magorum Jannis & Jambris ſe editurum promittit. (c) Vid. ſup. cap. 3. §. 49. lit. c.

Miracula

3. Cavendum, ne in lectione de miraculis Moſaicis

Scholastici leges Moſaicas non cum majori attentione conſideraverint, variæ ſunt cauſe 1. quod in comparatione legis & Evangelii de lege Moſaica nimis abjecte ſentire inceperint. 2. Si in rationes politica & moralis legis Moſaica inquiſiſſent, non tanti æſtimata fuiſſent multorum ex illis explicationes quodlibetaria, quas myſticas appellant, & quibus abutuntur ad ſomnia quævis pallianda. 3. Si populus intellexiſſet veram connexionem legum Moſaicarum, & veram differentiam legis & Evangelii, non potuiſſent perſuadere plebi, quod ſuocero applicent legem Moſaicam ad Miniſterium Eccleſiaſti-

cum in favorabilibus. 4. Communis neglectus veræ philoſophiæ moralis & civilis, item antiquitatum Judaicarum. Atque ob hanc ultimam rationem, & quod plerique glæbe Juris civilis vel Canonici fuerint adſcripti, etiam ſci non poſuerunt emendare craſſos hos ſcholasticorum errores.

(2) Qui etiam addidit notas, ſed mere philologicas & exigui judicii.

(3) Eſſenmengers Entdecktes Jüdenſthum p. 1. p. 378. Aliorum fabulas de Moſe vide ap. Nat. Alex. T. I. f. 187.

(4) Confer. Exod. 7. v. 12.

laicis & magorum Ægyptiacorum conceptus formentur vel rationi vel scripturæ adversi.

*Mosaica &
Magorum
Pharaonis.*

Intuitu Mosis cavenda est sententia atheorum, ac si Mosis etiam miracula fuissent opera magiæ vel naturalis vel mathematice aut histrionice artificialis. Vid. Spinosa *Tract. Theolog-Polit. c. 6.* & ibi Cuper. Nam hoc repugnat scripturæ. Vera autem miracula Deum edere posse non repugnat naturæ, ut non opus habuerit D. Connor propterea ex hypothefibus Cartesianis tam prolixum tractatum, sed parvi momenti sub tit. *Evangelium Medici* conscribere. Intuitu magorum ægyptiacorum cavenda est sententia communis, ac si per magos intelligantur homines, qui pactum cum diabolo fecerunt, aut dæmone edocentur & dæmonum præsentiam conjurationibus suis perficere possunt, repugnat enim hæc sententia rationi & historiæ philosophicæ. Magi enim fuerunt Philosophi Ægyptiorum, & hanc Ægyptiorum philosophiam didicit etiam Moses, ut Chaldæorum & Persarum Daniel & ejus consortes (5). Porro cavendum, ne putemus, magos Mosen æmulantes fecisse operationes suas magia naturali, id enim repugnat rationi, item ne putemus, fecisse eos talia magia histrionice artificiali, nam & hoc repugnat rationi & Scripturæ: cum Scriptura dicat, fecisse eos æque ut Mosen (6). Item ne putemus, fecisse diabolum per magos vera miracula ex concessione divina (hoc enim repugnat ratiocinationi, & fluit ex falso supposito de pacto aut commercio cum diabolo,) quorsum inclinatur Liberius de S. Amore *epist. 8. p. 245.* ubi tamen

(Caut Eccles)

K

erro-

(5) Adde Basnagium *Annal. Eccles. T. I. fol. 127. seq.*

(6) Sed vide tamen Webster. von Heyer *revent c. 7, s. 36. seq. ubi arguenda suppe*

ditas & pro magia naturali & pro artificiali intuitu Magorum Ægyptiacorum. Ad de Nat. Alex. T. I f. 515. Nav. de la Rep. des lettres 1767. Octobr. p. 402. seq.

errores duos præcedentes eleganter refutat. Adde Clericum ad Exod. pag. 37. seq. Sed statuendum simpliciter, magos Ægyptiorum fecisse miracula sua, quæ vera erant miracula absque ope diaboli, ope mere divina. Id enim convenit & Scripturæ & rationi. Uti enim non repugnat sanctitati divinæ, impiis & gentilibus dare donum veræ prophetiæ, exemplo Balaami (7), ita nec repugnat, dare iis donum miraculorum. Vid. omnino Wilh. Fleetwods Untersuchung der Wunderwerke (8).

Genuina interpretatio scripturae de miraculis Mosais.

4. Cavendum tamen etiam est, ne falsis interpretationibus fingantur miracula Mosaica, ubi res potest commode explicari absque conceptu miraculi.

Huc pertinent ex Ephemeridibus von der Hardt, sexta de columna nubis & ignis (9), septima de pane spirituali in deserto (10), octava de aqua spirituali in deserto (11), nona de vitulatione (12), decima de radiante vultu Moysi, undecima de condimentis sacrificiorum, quas tamen non indistincte adprobamus, sed volumus examinari secundum cautelas generales, & conferri cum dictis Calvōrii & replicis autoris. In Ephemeride tamen duodecima satis evidenter refutavit Hardtius fabulas Rabbincas

(7) De Balaamo vid. Webster ibid. s. 55. seq. Nat. Alex T. 1. f. 513 seq.

(8) Qui quidem in eo convenit cum Clerico, quod statuit fuisse vera miracula, item, veritatem doctrinæ non probari ex miraculis solis. Est in eo peccet, quod fabulas vel opera Magiæ naturalis aut artificialis, quibus sine dubio etiam sæpe usi sunt Gentiles, promiscue inter exempla verorum miraculorum referat.

(9) De columna nubis & ignis vide Viringam l. 5. obs. sacr. c. 14. Budd. Hist. Eccles. p. 576. seq. Hist. des ouvr. des scav. 1706. p. 451.

(10) Adde Budd. p. 596.

(11) Budd. p. 598. seq.

(12) Budd. p. 609. De vitulo aureo vide etiam Nat. Alex. Tom. I. f. 507. seq. item de serpente aereo eund. f. 510. seq.

nicas de vestimentis Israelitarum non detritis (13). Huc pertinet Clerici dissertatio appendicis loco adjecta commentario in Exod. *de maris Idumaei traiectione*. Add. Baile diction. crit. voce: Phaselis *in not. circa finem fol. m. 815*. Sed & hæc legenda cum iudicio & cautelis memoratis. Ubi vero indubie miracula narrantur, ut de interitu Coræ, Dathan & Abiram, ibi non stulte fingendum cum atheis, ac si ope pulveris pyrii Moses talia effecisset, neque tamen propterea autor historię Sevarambes erat accensendus atheis. De quo plura dixi *in cogit. mensr. German.*

5. Circa legem Mosaicam probe expendat observationem quorundam virorum eruditorum de duplici lege Israelitis a Mose publicata, una valde simplici & parum ceremoniali, altera post vitulationem plurimis ritibus & ceremoniis cultus divini abundante. *Duplex lex a Mose data.*

Vid. Spencer. *de legibus Judæor. ritual. lib. 1. cap. 6. sect. 2. p. 109*. Jo. Georg. Wachter de Spinofismo Judaico *pag. 39 -- 43*. Witfii *Ægyptiaca lib. 3. cap. 14. n. 19. seq.* (14)

6. Circa divisionem legis Mosaicæ caveat a divisione Judaica in præcepta affirmantia & negantia *Diviso in affirm. & neg.*

(a) tanquam inutili & omni fundamento destituta. (b) *(a) Vid. Arndii Manuale legum Mosaicar. part. 1. ab initio. Joann. Hottingeri Jus Hebræorum. (15). (b) Ostensum hoc in prudentia legislat. cap. 7. n. 6.*

K 2

7. Ca-

(13) Confer cum Hardtio Budd. p. 659. Pro communi sententia Wittebergæ diffusa. vis Hilligerus, quem postea 1706. alia disputatione Lipsiæ refutare voluit Gottfried Zeibig.

(14) Ubi explicatione Spenceri concessa t

salem ostendit, eam Spencero parum professe. Ubique primario agitur de genuina interpretatione Exech. c. 20. vers. 25.

(15) Arndius refert præcepta seu leges 613. Hottingerus 261.

*In moralem,
ceremonialem & forensem.*

7. Caveat etiam a consueta divisione scholasticorum in legem moralem, ceremonialem & forensem, non quod omni ratione destituatur hæc distinctio, sed quod ejus abusus sit multiplex, usus nullus, partim, quod falso supponatur, Decalogum, jus naturæ & legem moralem esse synonyma, partim, quod defint aut insufficientia sint alia criteria secernendi in legibus Mosaicis moralia a reliquis speciebus.

Pluribus ea de re actum *d. cap. 7. n. 7--24.* (16)

Scopus legum ritualium.

8. Caveat etiam, ne in considerando scopo legum ritualium in alterutrum duorum extremorum incidat, h. e. ne omnem typum legum ritualium tollat, ac nimius sit in deducendis rationibus legum harum, vel ex opposito, vel ex advectione legum Ægyptiacarum (a), & ne tamen etiam nimius sit in excogitandis & fingendis typis (17) cerebrinis (b), ac plane negligat rationes legum politicas & scopum primarium de vitanda idololatria, maxime Ægyptiaca. (c)

(a) Commend. Jo. Spenceri eruditus tractatus *de legibus Hebræor. ritualibus*, in quo nil videtur taxandum, nisi quod hypothesi suæ alias palpabiliter demonstratæ, nimis inhæreat, & in rejiciendis interpretationibus typicis etiam nimius sit. (18) Witsius *in Ægyptiacis* potissimum

(16) *De libertate credentium a lege Mosaica morali agit Vitringa lib. 6. obs. sacr. cap. 17. 18. 19.*

(17) *Mosen de Christo locutum esse probatur ex scripturis. Nat. Alex. T. 2. f. 1. seq.*

(18) *Adde Carpzov. not. ad Schikardum de jure Reg. Hebr. p. 44. seq. Etiam Nat. Alex. T. 1 f. 406. seq. probare vult, leges ceremoniales datas fuisse, ut Israelitæ revocarentur ab idololatria, non ut Spence-
rus & Marshamus putant, earum quasdam
a Gen-*

simum oppugnat sententiam Spencersi & Marshami in *canone chronico*, quasi Deus indulserit adsuefactioni Israelitarum quasdam ineptias cultus Ægyptiaci. Maxime legi meretur *c. 1. l. 2. & 14. lib. 3.* ubi præcipue autoris sententia in summam contracta proponitur. Sed tamen & ipse Witfius sæpius neglexit cautelas supra inculcatus. Ita v. g. ea, quæ *lib. 2. c. 6.* differit de conjugio fratrum cum sororibus & de licentia concubitus extra matrimonium cum soluta ex cautelis *c. 5. n. 16. 17. 18.* varias notas merentur. (b) Nimii hic fere sunt Coccejani, multam ita occasionem suppeditantes Spinozistis, traducendi ejusmodi explicationes contortas. (19) Origo ejusmodi interpretationum videtur deberi nimio amoris Philosophiæ Platoniciæ & Philonis, cujus libri allegoriarum legis noti sunt, quamvis & in libro de mundi opificio & aliis allegoricæ interpretationi (etsi plane diversæ a typica illa Coccejanorum interpretatione) nimis incumbat. (c) Quo in scopo fere consentit Witfius *d. 1. 3. c. 14.* cum Spencero, qui hoc the ma abundantissime exposuit. Adde, quæ notavi & exemplis (20) illustravi de *prudencia legislat.* *cap. 8. n. 17--21.* Conf. *cap. 7. n. 36.*

9. Optandum equidem esset, ut methodus a- *Lex Mosai-*
liqua

K 3

in Gentibus esse translatas. Sed hic ante omnia videndum; annon hæc dua opinionis possint conciliari. Jungenda etiam est huic paragrapho nota dissertatio Natalis Alexandri de ceremonialibus legis Mosaiica præceptis, ubi maxime conatur Spencerum refutare. & multa immiscet de fine harum legum, ut typi essent Christi, & NB, ad conciliandum honorem Sacerdotibus.

(19) Vide tractatum Belgicum: *Drs Eeden von Philetus part. 1.*

(20) v. g. ne hædulus lactans coquatur; ne vestibus muliebribus utatur masculus, ne quis vestimentis ex lana Etino usatur; omnes leges de impuritatibus, de distinctione ciborum. Usus hæc habent ad reprimendos affectus ipsa revocatio ab idololatria idem intendit, quia affectus maxime irritantur cultu idololatriæ, scortatio per Veneris, crapula per Bacchi, fraudulantiæ per Mercurii, violentiæ per Martis, injustitiæ per Jovis cultum.

*ea ad certa
capita rela-
ta.*

liqua didactica apparet in Pentateucho, sed cum tamen id factum non sit, tentandæ sunt aliæ connexiones, modo sint faciles & perspicuæ. (21) Dedimus ejus rei specimen alibi.

Dicto cap. 7. de prudentia legisl. n. 32. ad finem.

*Præstantia
legum Mo-
saicarum.*

10. Maxime vero danda est opera, ut de sapientia & præstantia legum Mosaicarum & Reipublicæ Mosaicæ quis palpabiliter sit persuasus, cum id multum conducatur non solum ad agnoscendam divinitatem Pentateuchi, sed & ad concipienda eo melius fundamenta genuinæ Politicæ & agnoscendos errores quotidianos quamvis communes.

Cur Scholastici hanc tractationem neglexerint, dictum *ibid. cap. 8. n. 3. (22)*

*Autores eo
pertinentes.*

11. Sunt quidem, qui ea de re meditationes eruditæ suppeditare possunt scriptores nonnulli, sed qui tamen ex merito rem tractaverit, hætenus nemo repertus est. (23)

Ex veteribus huc pertinet Josephus *contra Appionem lib. 2. cap. 6. & 7.* (edit. Gall.) ubi inter alia argumenta perfectionis etiam adducit perpetuam harum legum inter Judæos durationem sine nova emendatione & correctione. Adde Philonem (24) *de decalogo & legibus specialibus.* Ex novioribus commendandi *les moeurs des Israélites par* Monf. Fleury. *Dissertations de l'existence de de Dieu par* Monf. Jaquelot. *Dissert. 3. Chap. 7. 8. 9. 10. pag. 522-578.*

(21) Tales observationes magis aptæ essent ad monstrandam sapientiam Dei, & ad emendationem, quam multa mysticæ.

(22) Vide notam I. ad initium hujus capituli.

(23) Sontagius anno 1706, & sequenti

anno septem disputationes Altdorffii habuit de moralitate legum Judaicarum ceremonialium & forensium. Sed sunt nugæ, & plerumque allegoriæ & interpretationes typicæ contortæ.

(24) Philo vixit sub Cajo imperatore.

522--578. *Comparaison des ceremonies des Juifs. & de la discipline de l' Eglise. (15)*

12. Unde & a nobis alibi ea de re primæ lineæ *Septem clas-*
sunt jactæ, referendo præstantiam legum Mosaica- *ses legum*
rum ad classes septem (26). 1) legum inculcantium *Mosaica-*
virtutes humanitatis aliasque amicitiaë communis & *rum.*
universalis (27). 2 Legum præscindentium occa-
siones & irritamenta peccandi: 3. Peccata severe pu-
nientium, sed tamen 4. cum recordatione imbecilli-
tatis humanæ (28): 5. Ad celerem administrationem
justitiæ pertinentium: 6. Pacem cum exteris incul-
cantium: 7. Non negligentium statum belli & pacis.

d. cap. 8. n. 6--27.

13. Præivimus etiam ibidem specimen dando *Status reip.*
considerationis attentioris de statu populi Israelitici *Israelit. ab*
talibus legibus & moribus imbuti, diversi plane a sta- *aliis plane*
tu & conditione aliorum populorum, sed eo ipso felici- *diversus.*
tatem populi Israelitici docentis.

Ibidem n. 22 -26.

14. Unde caute legendus Benedictus Spinoza, *Cavendum*
qui etsi præ se ferat, quasi & ipse de præstantia legum *hic a Spino-*
Mosaicarum & statu Reipublicæ Mosaicæ velit disse- *re.*
rere, atque inter alia afferat etiam meditationes non
contemnendas, revera tamen subdole id agit, ut ra-
tionibus quibusdam speciosis, etsi falsis, arguat leges
Mosaicas imprudentiæ.

Latius

(25) *Autor Richardus Simon. vid. Pe-
trus Zorn Rostoch. disput. de libert. Eccles.
Galic. C. 4 b.*

(26) *Confer cum hoc S. Nat. Alex. T.
4. fol. 496. ubi classes legum forensium con-*

stituit parum diversas a nostris.

(27) *Que falso a Pbarisæis restringe-
buntur ad officia erga Judeos.*

(28) *v. g. de asyris homicidarum sine
dolo.*

Latius id deduximus *ibid.* n. 27. ad finem, (29)

*Sapientia
Mosaica-
rum legum
ostensa ex
compara-
tione cum
aliis omni-
bus.*

15. Porro istam considerationem de præstantia legum Mosaicarum earumque divinitate valde adjuvat comparatio earum ad leges aliarum gentium & legislatorum, v. g. Ægyptiorum, Charondæ, Zaleuci, Draconis, Lycurgi, Solonis, Romuli & reliquorum Regum, Justiniani, item ad statum Monarchiæ Papalis, Imperii Turcici &c. & ostensio, nullas leges nec status alios attingere perfectionem legum Mosaicarum & status Israelitici.

Actum latius ea de re *ibid.* c. 9.

*Usus alius
difforum.*

16. Adjuvabit etiam consideratio legum Mosaicarum illum in modum instituta sensibiliorem perceptionem doctrinæ Pufendorffianæ, quod videlicet cultus religiosus apud Judæos statui fuerit innexus, si videlicet etiam legum ritualium rationes politicæ examinentur.

Vid. Pufendorff. *de habitu relig.* Conf. exempla huc facientia in prudentia legislatoria *cap. 8. n. 18. 19. 20.*

*Decalogum
non esse sy-
nopsin reli-
quarum le-
gum.*

17. Suppeditabunt porro hæc ~~dicta~~ novam cautelam, ne putemus in decalogo esse synopsis reliquarum legum omnium, vel juris naturæ, vel etiam juris Mosaici. Ista enim hypothesis ad nil aliud apta est, quam ad confusionem & occultanda arcana Papatus politica. (30)

Fluit

(29) Spinosa falso supponit, præceptum esse populo Israelitico odium aliarum gentium, quod servili obedientiæ adsuefacti fuerunt Judæi &c.

(30) Vide explicationem Decalogi apud Nat. Alex. T. I fol. 372, & multis sequentibus.

Fluit hæc cautela partim ex n. 5. (31) (conf. de prudentia legis. c. 7. n. 2. 10. 13.) partim ex n. 7. (32) Ita Papalis Politica non sine causa ad præceptum de colendo sab- batho retulit doctrinam de sacrificiis, (imo quod magis mirandum, de cultu Christiano (33), vel Papistico, vel Evangelico,) ita ad quartum præceptum de hono- randis parentibus referuntur etiam præceptores (34), (quos tamen ignoravit lex Mosaica,) & ad honorem refertur consensus cum doctrina præceptorum &c. Videtur tamen occasionem huic errori dedisse Philo, quem vide in libb. *de decalogo & specialibus legibus.* (35)

18. Cave etiam, ne putes, numerum præce- ptorum decalogi in ecclesia Pontificia receptum & a primis reformato- ribus in Germania retentum venire vel cum ratione vel cum antiquitatibus Judæis, utpote quibus convenientior est computatio Reformato- rum, sed latet sub ea arcanum superstitionis Papalis de occultanda Iconolatria.

Per ea, quæ dicta sunt de *Prudentia legislativa cap. 7. n. 33.* Philo Judæus in libro de decalogo sequitur etiam computationem Reformato- rum. (36)

19. Sed

(31) Quod scilicet decalogus sit ante leges rituales publicatus, adeoque nec has nec fœrenses comprehendat.

(32) Quod scilicet decalogus non sit synonymum juris naturæ.

(33) Originem hujus torture pete ex Nat. Alex. T. I. f. 382. seq.

(34) Vide iterum omnino Nat. Alex. T. I. f. 387. seq.

(35) Ubi reliquæ leges faciunt quasi collaria Decalogi. Hunc postea secutus est Augustinus, cujus loca excerpit Nat. Alex. T. I. f. 370.

(36) Imo omnes Patres Ecclesiæ ante Augustinum. Augustinum, qui primus est in altera computatione, secuti postea sunt Scho'astici, ut ostendit Nat. Alex. T. I. p. ag. 370. seq.

(Caus. Eccles.)

L

*Antiquitas
populi Is-
raelitici.*

19. Sed & opera danda, ut objectiones Paganorum & Atheorum contra antiquitatem populi Israelitici & legislationem Mosis studiosum sapientiæ non turbent, sed ut his omnino satisfaciat.

Cui rei inservient non solum Josephi libri duo contra Apionem, sed & elegantissima meditatio Jaquelotii *Diff. 3. tot. (37)*

*Moses au-
tor Pentateuchi.*

20. Cavendum est etiam ab opinione periculosa, quod Moses non sit autor Pentateuchi, & respondendum adeo objectionibus Spinosaë aliorumque. (38)

Vid. Spinosaë *Tract. Theolog-Politic. cap. 8. & 9.* Simonis *historiam criticam veteris Testamenti lib. 1. cap. 6. seq.* adde Clerici dissertationem *de autore Pentateuchi*, ubi ad istas objectiones respondet. Est præmissa ejus commentario in Genesim.

*Unde petita
historia ibi
relata.*

21. Pertinet etiam huc quæstio (39), utrum Moses ea, quæ de historia S. ejus tempora antecedente conscripsit, hauserit ex annalibus, an vero ex peculiari revelatione divina.

Posterior sententia est Theologorum nostrorum. Priorem defendit Clericus in dicta dissertatione, unde cum cautione legendus. (40)

*Origo omnia
scriptura.*

22. Cui affinis est alia, an scripturae usus fuerit

(37) Item Natal. *Alex. dissert. pecul de Mosis & ceterorum Prophetarum antiquitate. T. II. f. 11. seq.*

(38) i. e. Hobbesii & Peyrèrii. Vide Natal. *Alex. dissert. pecul. Tom. II. f. 1. seq.*

(39) Huc pertinet dissertatio Natalis

Alex. de Mosaicorum librorum, totiusque Scripturae Vet. Test. divinitate. T. 2. f. 26. seq.

(40) Eandem sententiam defendit etiam Vitringa *Observo. sacr. lib. 1. diff. 1. c. 4.*

rit ante Mosen, an vero literæ demum a Mose fuerint inventæ.

Prior communis est. (41) Posteriores vero defendit Jaquelot *dissert. 1. cap. 23. pag. 288. seq. Conf. Obs. tel. 19. Tom. 1. §. 10. lit. a*

23. Simul vero huic jungenda accurata inquisitio controversiæ, quæ nuper mota fuit de natura inspirationis diviniæ. *Natura inspirationis divina.*

Movet eam, quamvis sub alia persona Clericus *dans le sentiment de quelques Theolog. de Hollande. Epitr. 11. 12. p. 119--286. & dans la defense de ce sentiment. epitre 9. 10. 11. p. 215. --304.* Ad quæ respondet Simon sub nomine du Prieur de Bollevil *dans la Reponse aux sentiments chap. 12. 13. p. 122--143.* & peculiari epistola de l'inspiration des livres sacrés. (42) Ex nostratibus vide Majum *in examine histor. crit. sextus novi Testam. cap. 23. 24. 25. & in appendice prima ibid. Conf. Parrhaf. Tom. 1. p. 364. seq. Tom. 12. Biblioth. univers. p. 460. seq. ubi ambiguitas quæstionis ostenditur. Conf. Tom. 11. p. 77. (43)*

L 2

CAP.

(41) Quam etiam præsupponit Vitringa sed non respondet ad dubia Jaquelotii.

(42) & dans l' Histoire Critique du N. Test. c. 23. 24. 25.

(43) Utinam Clerici objectiones non totam inspirationem quasi tollerent. Utinam Majus & nostrates melius responderent. Præjudicialis quæstio videtur ubiq; neglecta esse: Utrum essentia hominis magis in intellectu consistat. an in voluntate? & utrum adeo sedes Spiritus S. & ejus operationes, ad-

eoque & inspiratio magis afficiant cerebrum an cor. Scholastici etiam in imagunculis Sanctorum lumen aut radium vel capiti circumponunt, vel ad frontem dirigunt. Mystici radios dirigunt ad pectus. Illud indubium, si inspiratio quærat in voluntate, infinitæ corruent objectiones Atheorum de erroribus aut contradictionibus in libris historicis Scripturae. Et verosimiliter ista hypothesis de illuminatione intellectus & dictamine singularum Syllabarum a Spiritu S. facta, ideo in

Papa:

CAP. VII.

De

Cautelis circa historiam ecclesiasticam a tempore Moſis ad captivitatem Babyloniam.

SUMMARI A.

Juramentum Gibeonitis praestitum. §. I. *Astylorum constitutio.* §. II. *Conjugia illicita cum infidelibus.* §. III. *Votum Jephthae.* §. IV. *Historia Simſonis.* §. V. *Jus regum Hebraeorum.* §. VI. *Theocratia alteratio post regnum.* §. VII. *Collusiones imperii & sacerdotii.* §. VIII. *Usus poeticus librorum Samuelis & Regum.* §. IX. *Diversa temperamenta Regum.* §. X. *Apparitio Samuelis.* §. XI. *Mores Davidis.* §. XII. *Observationes utiles inde desumenda.* §. XIII. *Vita Salomonis.* §. XIV. *Ejus proverbia & Ecclesiastes.* §. XV. *Mores Rehabeami.* §. XVI. *Jeroboami.* §. XVII. *Ababi factum cum Nabobo.* §. XVIII. *Diminutio Theocratia sub regibus Juda.* §. XIX. *Autoritas Prophetarum sub regibus.* §. XX. *Cavenda spinosa doctrina de Prophetis.* §. XXI. *Et Richardi Simonis.* §. XXII. *Cautio circa usum librorum Prophetarum.* §. XXIII. *Et factorum Prophetarum.* §. XXIV. *Vita Eliae.* §. XXV. *Fabula Rabbinnica de reditu Eliae.* §. XXVI. *Spiritus Eliae.* §. XXVII. *Monachi Carmelita.* §. XXVIII. *Epistola Eliae ad Forum.* §. XXIX. *Cautela generalis circa facta regum.* §. XXX.

I. Ca-

Papae a Clero fuit apprehensa ad defendendam infallibilitatem Cleri, videlicet Spiritum S. habentis. Adde omnino Bibl. univ. Tom XI. p. 77. seq. ubi ostenditur, ex Pontificiis & nostratis cordatiores habere sa-

niores conceptus de inspiratione, & simul satis palpabiliter ostenduntur ineptiae Massi, contrarium defendere volentis occasione eorum, quae Paulus scripsit de penula.

I.

CAveat Studiosus sapientiæ, ne in historia Josuæ occasione juramenti Gibeonitis præstiti arbitretur, falsas hypothefes Politicæ clericalis in isto facto fundari, ac si juramenta, quæ salva salute æterna servari possunt, sint servanda, item, quasi juramenta recipiant saltim strictam interpretationem. (1)

De juramento Josuæ &c. *vid. Grot. lib. 2. cap. 13. §. 4. & ibi commentatores. Pufend. l. 4. cap. 10. §. 7. Sed adde etiam notas Barbeyracii ad d.n. 7. De hypothefi juris Pontificii conf. Grot. lib. 2. cap. 13. §. 5. & 14. Pufend. d. l. §. 6. it. §. 11. 12. 13. & ibi Barbeyr. Conf. H. E. Goth. p. 122.*

2. Caveat, ne occasione asylorum constitutorum Josuæ 20. defendat justitiam asylorum, qualia usurpat Clerus Pontificius intuitu monasteriorum, aut ne putet, per homicidas, quibus licebat jure asyli uti, intelligi tantum homicidia casualia committentes.

De priore *vid. Grot. 2. 21. §. 5. & ibi commentat. De posteriori dictum in dissert. de jure aggratiandi homicidam dolosum.*

3. Caveat, ne cum nuptiis, quas in libris Judicum sæpe leguntur Israhelitæ iniisse cum gentibus ethniscis, & propterea graviter leguntur a Deo puniti, comparet nuptias cum dissentientibus in religione Christiana, etsi hia Theologis adversæ partis vocentur hæretici.

L 3

Latius

(1) *Conf. Nat. Alex. dissert. pecul. de jurata Gibeonitis a Josua securitate T. 2. f. 40. seq. Invenies ibi & aliam ejus dissertationem de ratione solis tempore Josua f. 43. seq.*

Latiusea de re egi in libell. von der Heyrath Evangelischer Fürstlicher Personen contra librum Gang des edlen Lebens durch unrechtmäßige Glaubens-Ehen.

*Votum
Jephtæum.*

4. Caveat, ne occasione voti Jephtæi putet, ex eo vel probari vota monastica (2), vel obligationem votorum temerariorum (a). Pro temerariis vero habenda regulariter, quæ fiunt a Christianis (3), cum a licentia & obligatione votorum legis Mosaicæ, ad licentiam & obligationem votorum a Christianis factorum non valeat consequentia (b).

Vid. Tieroffii *dissert. de voto Jephtæ cap. 3.* Add. Selden. *de J. N. & G. ser. disciplin. Hebræor. lib. 4. cap. 6. p. 517. seq. & cap. 11. integr.* & H. E. Goth. *p. 143.* (b) Ibi enim erat acceptatio digna in lege Mosaica, quæ apud Christianos cessat, Unde potius ex votentibus quærendum: quis postulat talia e manibus vestris? Si vota fiunt pro consecutione rerum indifferentium, Christiani potius orabunt: fiat voluntas tua, Domine. Conf. Cleric. *ad Num. 30.* Adde miram Judæorum de votis disciplinam ex Seldeno *d. 1. 7. cap. 2.* & repete notata a nobis in *dissert. de deserione Ministerii ecclesiastici. §. 5. 10. 17. 32.*

*Historia
Simsonis.*

5. Circa historiam Simsonis notet novas modernorum scriptorum interpretationes aliter explicantes textum Scripturæ S. ac communiter fieri solet. Conf.

(2) *Ac si filia Jephtæ non fuerit immolata, sed monasterio inclusa. Nasal. Alexander pecul. dissert. defendit, jephtæ votum imprudenter emissum & crudeliter impletum fuisse typum Christi. Confer etiam Cleric. ad Judic. c. 11. p. 121. seq.*

(3) *Inquirendum, annon permissio voto-*

rum in Rep. Mosaica pertineat ad leges, in quibus Deus aliquid indulget imbecillitatibus Israelitarum? Vide quos citat Spencer lib. 3. cap. 4. p. 145. Pontificii doctrinam de servandis votis referunt ad secundum præceptum Decalogi. Nas. Alex. T. I p. 380. Unde habes exemplum ad cap. præced. n. 17.

Conf. sup. cap. 3. n. 13. & 49. Item von der Hardt *Machobire d' anc. Renards de Samson*. (4) Conf. obf. sel. Tom. 8. obf. 14. *Histor. Eccles. Gothana* p. 146.

6. De jure regio, quod Samuel Israelitis Regem petentibus prædicit, notentur variæ expositiones eruditorum, quas inter verosimillima videtur, quæ id exponit de jure vero licentiæ internæ, non saltem impunitatis.

Vid. Jo. Wandalini *Tr. integr. de jure Regio*. Schickard. *de jure Regio Hebraor. cap. 2. theorem. 7. n. 69. p. 161. seq.* & ibi annot. Carpzovii. Add. Huber. *de jure civit. lib. 1. sect. 2. cap. 7. & ibi notas n. (5)*

7. Consideret, quam diminutionem passa sit Theocratia per introductum ad instantiam insipientis populi regnum, & quæ tamen reliquiæ Theocratia in ipso regno Judaico remanserint.

Huc pertinet Schickardi *Tract. de jure Reg. Hebraor.* Spenceri (6) *Diss. de Theocratia Judaica cap. 4. sect. 2. & 3.* Ufus observationis est, ut in quæstione de jure Principum circa sacra caute procedamus in argumentis a statu Republicæ Israeliticæ tempore Regum ad republicas reliquas.

8. Un-

(4) *Miram. quod in historia de vulpibus communem retinuerit sententiam. De maxilla asini adde Cloric. ad Judic. c. 15. pag. 136. Simson impie fecit consuetudine cum scorto, sed delictum hoc poenitentia, lacrymis & morte expiavit. Es in eo est egregius typus Christi secundum doctrinam Natalis Alexandri Tomo 2. fol. 63. seq.*

(5) *Locus Deuter. 17. v. 14. seq. agit*

de officio Regis, locus 1. Sam. 8. vers. 9. & 11. de Regis jure. Hæc duo non dissentientes.

(6) *Qui tamen reliquias omnes Theocratia ibi non recenset, quales sunt licentia prophetarum intuitu correctionum publicarum, item electionum exemplo Davidis & Jebu & poenarum miraculosarum, (exemplo Uria).*

*Collisiones
imperii &
sacerdotii.*

8. Unde non potuerunt non variæ collisiones Imperii & Sacerdotii oriri, quas caute observabit studiosus sapientiæ, evitandas videlicet in republica bene ordinata, non imitandas, multo minus instar regularum commendandas.

Uti communiter faciunt, qui imperium Cleri apud nos etiam defendunt, omnia facta sacerdotum Judaicorum in controversiis de jure Principum circa sacra tanquam si regulæ essent, allegantes.

*Usus politici-
cus libro-
rum Samue-
lis & Re-
gum.*

9. Quare & libri Samuelis & Regum considerandi studio sapientiæ, tanquam Thesaurus practicus arcanorum politicorum, rationis status tam genuinæ, quam falsæ & Machiavellisticæ.

Latent ibi, si diligentius mediteris, tot arcana politica, quot in Livio, Tacito &c. Specimen ejusmodi meditationum dedit Schuppianus in *Salomone oder Regenten-Spiegel* / quamvis scriptum sit extemporaneum & subinde parum decens personam Schuppianum, subinde tamen majus judicium spirat, quam soceri ejus Reinkingii liber, cui titulus *Biblishe Policey*, qui valde papizat.

*Diversa
tempera-
menta Re-
gum.*

10. Et cum divina providentia maxime cognoscatur etiam ex prudenti subordinatione causarum secundarum, multum proderit ad excitandam agnitionem providentiæ & sapientiæ divinæ in regno Israelitico, si quis accuratius consideret naturam & temperamenta Regum Israeliticorum.

Specimen in Saule, Davide, Salomone dedimus in *der Historie der Weisheit und Thorheit, T. 3. p. 241. seq. (7)*
Ita

(7) Sed tamen si rem accuratius consideres, videtur nunc, erratum ibi esse, quod in tempera:

Ita v. g. deprehendet Saulis temperamentum maxime aptum esse ad novam formam reipublicæ instituentiam, Davidis ad confirmandam per studia belli, Salomonis per studia pacis, Rehabeami ad perdendum imperium, Jeroboami ad rebellionem fovendam & perficiendam.

11. In vita Saulis notetur dissensus interpretum de apparitione Samuelis, & nova explicatio Beckeri, quæ valde verosimilis est, si dubia de existentia ventriloquorum sint sublata. (8) *Apparitio Samuelis.*

Vid. H. E. Gothan. p. 171. Casp. Schotti *Physic. curios. pecul. cap.* Bekers *Bezauberte Welt, lib. 2. cap. 24. & lib. 3. cap. 6.* Notandum bene in versione τῶν LXX. 1. *Sam. 28. v. 7.* istam mulierem vocari γυναικὰ ἐγγαστήριον. Dale *de oracul. lib. 2. p. 24. seq. & de divinationibus Idololatr. cap. 2. p. 632. seq.* ubi pluribus existentiam talium hominum probat.

12. Circa vitam Davidis cavendum, ne nimis rigorose omnes ejus actiones examinemus, aut nimis suspiciose judicemus de ejus intentionibus occultis. *Mores Davidis.*

Hæc non observavit Bailius in *Diction. crit. prim. edit. voce David.*

13. Interim multæ pulcherrimæ & utiles observationes politico-ecclesiastico-morales fieri possunt, si quis suppletis circumstantiis consvetis ad ea, *Observationes utiles inde desumptæ.*

peramento Saulis ambitio supra avaritiam posita fuerit, cum tamen nunc avaritia videatur fuisse affectus Saulis dominans. Hoc etiam indicat spiritus Saulis melancholicus, suspicax, timidus, crudelis.

(Caut. Eccles.)

(8) *Conf. Nat. Alex. Tom. 2 f. 68 seq. Plenissime hanc questionem explicat Webster von Heyeren cap. 6. maxime s. 41 seq. ad s. 53. ubi alia exempla elegantia adducit de ventriloquis. Item cap. 8. §. 1. ad s. 16.*

M

quæ brevius narrat historia S. de factis Davidis paulo attentius easdem consideret.

Ita in actione cum Bathseba & Uria habebis observati-
nem, quomodo dato uno absurdo sequantur plura, &
quomodo etiam invitus trahatur ad majora mala, qui
minoribus in tempore non resistit; quomodo astu-
tia Principum non semper decipiat cautiore; quam
periculosum sit, curiosius scrutari velle arcana Princi-
pis, etsi tua interfit &c. Ita nimis indulgens videtur
fuisse David erga Absolonem. Simul vero Thekoiti-
cæ mulieris oratio docet, potestatem Regum Israel
aggratiandi homicidas, ut alibi ostensum. (9) Ita hu-
mani quid passus est David, ac calumniis Zibæ occu-
patus adversus Mephibosethum. H. E. Goth. p. 189.
Ita Abisag Sunamitis docet statum Principum ætatis
profectæ conversationi fœminei sexus paulo plus de-
ditorum. Ita factio Adoniæ & ejus infeliciores even-
tus multa docent politico-ecclesiastica. H. E. Goth.
p. 194. Præprimis ultima persuasio Davidis ad deno-
tandum successorem Salomonem, sistit potentiam
consiliorum, si uxor Regis, primus Sacerdotum, &
primus eorum, qui Principis latus comitantur, una-
nimia habeant consilia. Ita monita Davidis ante mor-
tem Salomoni intuitu Simeï, Joabi &c. data, magis
ex regulis prudentiæ commendari, quam tanquam a-
stuta taxari merentur. Vid. H. E. Goth. p. 197. Bailium
in Diction. d. l.

*Vita Salo-
monis.*

14. Vita Salomonis (10) docet, quam caute
pro-

(9) *in dissert. de jure Princ. Evangel. monem p. II. seq.*
aggratiandi homicid. dolos. De factione (10) *De factio Salomonis interficientis*
Adoniæ & Sunamitide conf. Sebuppîi Salo. Adoniam vide Nat. Alex. T. 2. f. 95 De
teme

procedere debeat sapiens in statu pacis & quietis, ne in securitatem incidat, & quod cautiones intendi debeant eo magis, quo propior aliquis est centro sapientiae.

De salute Salomonis confer historiam ecclesiasticam Gothan. p. 209.

15. Ex scriptis Salomonis (11) maxime commendanda proverbia & Ecclesiastes. De quo posteriore tenendum; periculosissimam & falsissimam esse sententiam eorum, qui putant, Ecclesiasten esse meditationes Salomonis in statu insipientiae constituti, adeoque cavendam valde esse expositionem libri perversam in sensum Epicureorum. *Ejus proverbia & Ecclesiastes.*

Dictum hac occasione de dicto Sardanapali (12) & de eius sensu. Item de mala fide Jo. Frider. Majeri (13) in calumniando Autore *observationis ult. Tom. X. obs. Hall.*

16. In vita Rehabeami multa observatu digna: *Mores Re-*
Ejus temperamentum: dissimilitudo inter Patrem *habeami.*
& eum: consilia imprudentia. (14)

M 2

Tem-

templo Salomonis. *Idem f. 145. seq. ubi f. 149. seq. disputat contra Spencerum, & asserit, originem templi Salomonis non referendam esse ad Aegyptiacam superstitionem, sed ad Dei consilium & afflatum. & ad Davidis & Salomonis pietatem. Sed forte hic Nat. Alex. commisit ignorantiam elenchi.*

(11) *Adde Nat. Alex. dissert. de Libris Salomonis Tom. 2. fol. 167. seq.*

(12) *De Sardanapalo confer omnino Artopai dissert. 1. de summis imperiis p. 21. ubi etiam memorat, a quibusdam credi, Sardanapalum esse regem Ninives, qui tempore*

Jona paenitentiam egerit. Ctesias solus autor est vituperii Sardanapali, sed mendax autor. Ibid. p. 22. & dissert. 2. pag. 1. 2. Sardanapalus est Psul, cujus meminuit scriptura. Ibid. p. 3. & dissert. 6 p. 13. Omnia, quae de Sardanapalo hactenus notari, in summum contraxit Casp. Abel von vier Monarchien Francof. 1707. in fol. c. 6. S. 8. f. 51.

(13) *Et, qui hunc exscripsit, Autoris des dissertations historiques.*

(14) *Conf. Hist. Eccl. Gotb. pag. 211. 213.*

Temperamentum videtur fuisse mixtum ex voluptate & avaritia: Heroum filii noxæ: Juvenes, quorum consilia secutus, non tam intelligendi ratione ætatis, (nam ipse jam 40. annos natus erat,) quam ratione morum aut ratione ministerii, Neue Käthe, die nicht beym Regiment herkommen. Voluptati deditum fuisse & quidem irrationabili modo, indicio est, quod scriptura notet, meretrices & molles sub eo invaluisse contra prohibitionem legis Mosaicæ.

Jeroboami.

17. Similia notanda de Jeroboamo, ejus temperamentum & studia machiavellica, vel, si mavis, nimis inclinantia ad arcana politica & rationem status. Et tamen infelix illius arcanæ politicæ eventus, ut hujus Regis exemplum confirmet regulam: semper prævalere prudentiam simplicem & cum fiducia Dei conjunctam consiliis nimis politicis, prudentiæ humanæ nimis fidentibus. (15)

Jeroboami temperamentum (16) erat ex avaritia & ambitione mixtum. Institutum quoad religionem, si regulas mere politicas spectes, non imprudens, vel certe excusandum. Sed quam breviter duravit in ejus familia imperium tanta astutia confirmatum?

Achabi factum cum Nabotho.

18. Ita continuetur etiam in ceteris Judæ & Israelis Regibus. Ex vita Achabi caveat, ne factum ejus cum Nabotho Iesreelita putet allegari posse contra doctrinam sanam politicorum de dominio eminente.

Vid.

(15) *Conf. iterum H. E. G. p 211. 214. | 2. fol. 181. seq.*
Nat. Alex. differ. pecul. de Jeroboami & (16) Ita quidem, ut avaritia superaverit
decem tribuum defectione a cultu Dei. Tom, | rit ambitionem.

Vid. Jo. Fr. Hornium *de civitate lib. 2. c. 4. S. 18.*

19. Consideranda etiam diminutio Theocratiae sub singulis Regibus Judæ pedetentim facta, et si subinde, quamvis brevissimi temporis spatio, novas vires sumere visa sit.

*Diminutio
Theocratia
sub Regibus
Judæ.*

Nam sub Regibus Israelis statim exolevit, falso cultu a Jeroboamo introducto. Conf. Spencer. *lōco supra §. 7. citato.* (17)

20. Similis est observatio variantis valde pro varietate Regum autoritatis Prophetarum, tam verorum, quam falsorum. Quamvis tamen autoritas Prophetarum non ita absolute ut Levitarum dependit a voluntate Regis, sed Prophetæ assistentia divina extraordinaria & miraculosa invitis Regibus sibi autoritatem sæpe paraverint.

*Autoritas
Propheta-
rum sub Re-
gibus.*

Etiam apud Reges Israeliticos, ut vel ex vita Jeroboami & Achabi patet.

21. Circa Prophetas cavendum valde a periculosisima doctrina Spinosa de conceptu Prophetiæ & Prophetarum, quasi Prophetæ fuerint homines melancholici, nulla sapientia, sed saltem forti imaginatione præditi, res absurdas & falsas populo persuadentes, adeoque valde commendanda refutatio Spinosa facta per Regnerum a Mansvelt.

*Cavenda
Spinosa do-
ctrina de
Prophetis.*

Vid. Spinosa *Tract. Theologico-Politicum prioribus tribus capp. Regnerum a Mansvelt in refutatione ejus Tractatus cap. 6. 7. 8.* Nam quamvis Cuperus in *Arcanis Atheismi detectis lib. 1. capp. tribus prior.* etiam quædam habeat

M 3

adver-

(17) *Confer Sentiments de quelques Theolog. p. 78. & defense des sentiments p. 121. Repete supra dicta hoc capite §. 7.*

adversus Spinofam non contemnenda ; magis tamen ab hoc autore cavendum, quam a Spinofa, cum ille adhuc fraudulentius agat, dœctrinas Atheorum sub specie refutationum, sæpissime frigidiffimarum, fœcundius disseminando.

*Et Richardi
Simonis.*

22. Cavenda etiam est assertio Simonis, in historia critica Veteris Testamenti docentis, Prophetas nil aliud fuisse, quam scribas publicos, a temporibus Mosis ad condendos annales publicos, publice constitutos. Quem satis refutavit Clericus sub persona quorundam Theologorum.

Vid. *Sentiment de quelques Theolog. Ep. 5. & defense du sentiment. Ep. 5.* Frigida sunt, quæ Simon regeffit sub persona du Prieur de Bolleville adversus utrumque hoc Clerici scriptum, *utrobique cap. 7.*

*Cautio circa
usum li-
brorum
Propheticorum.*

23. Sed & cavenda methodus communis, libris propheticis, qui plerumque stylo figurato, aut certe non ita simplici & plano, ut libri historici & dogmatici scripti sunt, æque utendi in probandis articulis fidei per loca dubiæ valde interpretationis, atque hæretificandi illos, qui interpretationibus aliis bona fide & non absque ratione utuntur. (18)

Nam libri prophetici non scripti sunt primario, ut articulos fidei doceant, sed propter adhortationem ad cultum sincerum Dei, & in coercionem morum improborum ac prædictionem futurorum. Dico : **Æ-
QVE VTENDI.** Unde nolo, abstineri a Prophetis in

(18) *De defectu Prophetiæ post Malachiam prolixè agit Vitringa lib. 6. obs. sacr. c. 6. ad cap. 14.*

in probatione articuli fidei per modum argumentorum illustrantium, aut ubi sermone plano utuntur & indubiæ interpretationis.

24. Cui affinis est illa observatio, quod cavendum sit, ne a factis prophetis, quæ ex impulsu extraordinario divino processerunt, argumentemur ad definiendam justitiam factorum Ministerii Evangelici ordinarii, quæ tamen cautela sæpe negligitur. *Et factorum Prophetico-rum.*

Quid enim frequentius, quam ut dicta de Prophetis applicentur sine discrimine ad ministros Ecclesiæ. Imo & intuitu orthodoxiæ falsæ, in literis & syllabis hærentis, easque rodentis, vix effugere possent scripta Prophetarum censuras hæreticum, quod eleganti specimine ostensum a nonneme in M. Jo. Matthæi *orthodoxia Theosophiæ Böhmiæ post præfat. p. 7. seq.* sub fictis objectionibus Amaziæ contra Prophetiam Amosi, quamvis in eo aberraret autor, quod Prophetiam Amosi compararet cum scriptis Bœhmii, aut hæc cum illa. (19)

25. Circa Prophetam Eliam notandum, quod veritatem Prophetiæ suæ multis veris miraculis confirmaverit, recensitis perspicue in Scriptura S. Notanda tamen simul nova explicatio von der Hardt, qui ea, quæ secundum vulgarem explicationem verborum scripturæ hætenus de corvis Eliæ cibum afferentibus credita sunt, exponit de civibus urbis Orbo aut Aorabi. *Vita Elia.*

Pecu-

(19) Item quod scopus ejus sit, plane removere rationem ab interpretatione scripturæ. Adde, quod status Prophetarum fuerit extraordinarius p. *Ela* §. 20, &

ita, quæ ipsi dixerunt, vel fecerunt contra sacerdotes & reges aut magistratus, non sint ab aliis imitanda.

Peculiori differt. cui tit. *Corbeaus d' Elie.* (20)

Fabula Rab-
binica de re-
ditu Elia.
Spiritus E-
lia.

26. Cavendæ etiam fabulæ Rabbinicæ de reditu Eliæ ante finem mundi,

Vid. H. E. Goth. p. 229.

27. Denique studiosus sapientiæ doctrinam Christi secutus maxime cavebit a spiritu Eliæ, quatenus hic opponitur spiritui Christi, etsi nullus dubitet, spiritum Eliæ fuisse spiritum divinum, sed sub temporibus umbræ. Et hæc cautela eo magis utetur, quo minor & rarior est ejus praxis. (21)

Monachi
Carmelita.

28. Pertinet enim neglectus ejus observationis haud dubie ad reliquias Papiſmi, utpote qui inter alias Monachorum classes etiam protegunt sub Carmelitarum nomine Monachos Eliæ imitatores.

De quorum origine conf. historiam ecclesiasticam Gothanam, p. 225. (21)

Epistola Elia
ad Joramum.

29. Notanda etiam est varia explicatio epistolæ a Propheta Elia Joramno Regi missæ, & ex illis præferenda, quæ sensui scripturæ maxime verosimili convenit, ut non fingatur miraculum, ubi scriptura nullum recenset,

Conf.

(20) Adde omnino Clericum ad 1. Reg. 17. p. 419. seq. De retrocessione solis Ezechia regnante vid. Nat. Alex. pecul. diff. T. 2. f. 189. seq.

(21) Nat. Alex. diff. pec. Tom 2 p. 185. seq. docet, Eliam esse insignem Christi typum, item Eliam cum Enocho esse futurum præcursores Christi ad iudicium. Etiam Basnage in annal. Eccles. Tom I. f. 350. frigide exponit doctrinam Christi de fugiendo spiritu Eliæ, imo fundamentum to-

tius Papiſmi est Spiritus persecutionis & inventionis pœnarum maxime crudelium contra dissentientes. Interim Spiritus Elia fuit Spiritus æque divinus, ac spiritus Moſis, utpote quo repletus Moſes miracula fecit & legem scripsit. Saltem distinguendum est inter spiritum iræ divina, qualis fuit spiritus Moſis & Eliæ, & inter spiritum amoris divini, qualis est Spiritus Christi.

(22) Adde Michiniani volumen de origine & progressu Monachorum,

Conf. Histor. Eccles. Goth. p. 230. (23)

30. Porro maxime cavendum, ne absque ju- *Cautela ge-*
 dicio in quæstionibus juris universalis aut etiam do- *neralis cir-*
 ctrinæ politicæ utamur exemplis Regum Israel & Ju- *ca facta Re-*
 da, tanquam argumentis probantibus, recordati vide- *rum.*
 licet, quod exempla non probent, sed illustrent.

Ita e. g. Jehu Rex Israelit. talia fecit, quæ absque speciali jussu divino immania forent ac crudelia, adeoque deficiente tali jussu speciali nequaquam imitanda. Ita ex facto Jojadæ Athaliam interficientis nequaquam defendi potest potestas sacerdotibus competens deponendi aut interficiendi tyrannos, sive titulo, sive exercitio tales. Ita ex eo, quod Uzias sacerdotum officium invadens lepra miraculose punitus sit, nequaquam probatur, regnum & sacerdotium non posse conjungi in una persona, aut ministros Ecclesiæ quoad interna, quæ vocant, non subesse Regibus, etsi hic claudicat ipse autor historiæ Eccles. Goth. p. 253. qui simul p. 252. recte monet, cavendas esse Judæorum fabulas, etsi a Josepho repetitas de pluribus miraculis factum hoc Uziz comitantibus.

Ĉ A P. VIII.

De

Cautelis circa historiam ecclesiasticam a temporibus captivitatis Babylonicæ ad adventum Christi.

SUMMARI A.

Defectus librorum Canonicorum in hac periodo. §. I. Dubia chro-
 (Caut Eccles) N nolo-

(23) adde Cleric, ad II. Paralip, cap. 21. v. 12.

nologica. §. II. Commendantur dissertationes Artopæi. §. III. Nebucadnezarem esse Xerxem, & demum Cyrum minorem liberatorem Judæorum. §. IV. Furor Nebucadnezaris. §. V. Eum non fuisse mutatum in bovem. §. VI. Explicatio nova de visionibus quatuor regnorum. §. VII. Conjunctio vera pietatis & virtutum Politicarum in Daniele. §. II. Libri Apocryphi Esdræ. §. IX. An libri Canonici V. T. sint collectanea Esdræ. §. X. Alia controversia de Esdra. §. XI. Esdræ & Nebemia reformatio reipublica corrupta. §. XII. Esdras non autor Synedrii Magni. §. XIII. Emendatio illa cur non diu duraverit. §. XIV. Libri Maccabæorum. §. XV. Historia Aristeæ. §. XVI. Collatio versonis 70. cum codice Hebræo. §. XVII. Corrupti mores populi Judaici. §. XVIII. Causa præcipua corruptionis, ambitio & tyrannis. §. XIX. Quod ulterius declaratur. §. XX. Eventus hujus corruptionis. §. XXI. Etiam ipsi Sacerdotibus noxius. §. XXII. Sacerdotibus cur Philosophi exosi. §. XXIII. Et ab illis Arbei smi accusati. §. XXIV. Philosophorum defectus. §. XXV. Judæorum Secta. §. XXVI. Samaritæ & Judæorum odium erga hos. §. XXVII. Pharisei, Sadducei, & Esseni. §. XXVIII. Horum comparatio cum sectis Philosophorum. §. XXIX. Secta Schammaanorum & Hillelianorum. §. XXX.

§. I.

*Defectus
librorum
Canonicorum
in hac
periodo.*

IN hac periodo maxime incipit in multis certitudo historiæ ecclesiasticæ deficere ob defectum librorum Canonicorum, & quod solus Josephus (1) utramque paginam in plerisque impleat, profani vero scriptores multa fabulosa & falsa de Judæorum religione cogitaverint.

Uc

(1) Usus tamen hic etiam aliquis est librorum Esdræ, Nebemæ, Estheris, Maccabæorum, item trium Prophetarum ultimarum.

Ut vel ex Tacito adparet. (2) Vid. histor. eccles. Goth. Part. I. p. 301. & p. 370.

2. Maxima vero incertitudo & dissensus multiplex hic ortus est in concilianda chronologia sacra cum profana. *Dubia chronologica.*

Vid. H. E. Goth. Part. I. p. 274. 297. 311. 317. 319. 320. 337. Arnold. in Brev. hist. eccles. p. 48 - - 50.

3. Commendandæ eam ob rem sunt valde dissertationes historicæ Jo. Christophori Artopœi Professoris Argentoratens. Anno 1700. (3) *Commendantur dissertationes Artopœi.*

Scil. octo de summis Imperiis, quæ ab orbe condito inter civiliores gentes extiterunt, quibus adjectæ sunt aliæ affines, quas inter præcipue ad nostrum scopum pertinent. 1. De Xerxe, Nebucadnezare & Cyro Minore liberatore Judæorum. 2. De incertitudine notationis temporum per Olympiadas. 3. De furore Nebucadnezaris, & 4. quod liber Judith sit Epopœia, non historia, (nam ex libro Judith maxima dubia chronologica desumuntur.) Sane si quisquam, quantum in rebus historicis dubiæ fidei fieri potest, verosimiliter & cum judicio disputat, Artopœus est.

4. Qui ita perspicue docuit, communem doctrinam, quod Cyrus Major Judæos ex captivitate Babylonica dimiserit, esse erroneam, ut pene manibus palpari possit, demonstrans, Nebucadnezarem nullum alium esse, quam Xerxem Persarum, adeo- *Nebucadnezarem esse Xerxem, & demum Cyrum minorem liberatorem.*

N 2

que

(2) qui idololatriam asinam Judæis imputat. | Vitringæ Hypotyp. Hist. sacræ Period. 6. §. 42. p. 106. sed non respondet dubiis Artopœi.
 (3) Dissplicet tamen sententia Artopœi & pœi.

torum Ju- que Cyrum Minorem demum esse liberatorem Ju-
daorum. daeorum. (4)

Vid. *dissert. pecul. mod. cit.* adde de summ. Imperiis *dissert.*
4. & 5. & Synopsin doctrinae emendatae de Regibus
Assyriorum, Medorum, Persarum & Macedonum in
sine disputationis sexta.

Furor Ne- 5. Porro & ea, quae de furore Nebucadnezaris
bucadnez- (5) scriptura memorat, eleganter ad Xerxem adpli-
mis. cat idem:

Iterum *dissert. pecul. modo cit.* in qua agit 1. de tempore,
quo hic furor acciderit Nabuchodonosori. 2. De af-
fectus qualitate & specie. 3. De duratione statuque in-
terregni. 4. De Megasthenis & Herodoti narrationi-
bus, qui de eadem re fecisse mentionem videntur. 5.
Denique, num haec omnia in Xerxem quadrare pos-
sint?

Eum non 6. Circa quem furorem praeterea cavendum
fuisse mu- est, ne quis putet, Regem revera in bovem fuisse
satum in transmutatum, aut a diabolo maleficio magico eum
bovem, &c. esse productum, quod potissimum persuadere solent
incautis criminis Magici effabricatores.

Prior sententia est Josephi & Bodini; in porcum trans-
mutatum esse fabulatur Constantinus Manasses. Pseu-
do-Epiphanius anteriore corporis parte in bovem, po-
steriore in leonem mutatum esse dicit. Posterio-
rem sententiam habet Wierus, vid. Artopœus *d. dissert. §.*

3. p.

(4) Huc pertinet quodammodo sententia
Scaligeri de Dario, non Hystaspae, sed Notho,
quem refutare voluit Nat. Alex. tom. 2. f.
352. seq. Conf. eund. fol. 386. seq.

(5) Nabucodonosorem non fuisse muta-
tum in bovem, sed laborasse tantum mania-
lase probat Webster. von Hexereyen c. 6. §.
57. seq.

3. p. 5. & 6. Thomas Bartolinus *de Morbis Biblicis cap. 13. p. 68. seq.* In eo tamen lapsus Artopœus, quod *ibid. in fine §. 3.* fabulam plusquam anilem & sæpius recoctam de nobili blasphemio in canem mutato pro vera habuerit.

7. Circa visionem Nebucadnezaris de statua, *Explicatio* ut & circa visionem propriam Danielis de quatuor *nova de vi-* summis Imperiis notandum, quod etsi ante Refor- *tionibus* mationem firmiter creditum fuerit, per quartum re- *quatuor re-* gnum intelligi Imperium Romanum ad finem mun- *gnorum.* di duraturum (a), nostro tamen seculo majori verosimilitudine a viris eruditis illa quatuor regna plane alio modo sint explicata. (b)

(a) Unde & Lutherus *in pref. ad Danielem* eam doctrinam lausius explicuit. & cum hac præfatione ea sententia in animis Lutheranorum tanquam articulus fidei est propagata. Papatus vero hac doctrina sibi & Imperatoribus Germanis inter alia præcedentiam videtur parasse & autoritatem. (b) Vid. Dn. Becmani *disser. de Quarta Monarchia in Meditat. polit.* (6) Aliam & non ineruditam expositionem somnii Nabuchodonosoris habet Clariss. von der Hardt *sub tit. les Quatre Monarchies.*

8. Multum etiam proderit studioso sapientiæ, si *Conjunctio* in lectione vitæ Danielis consideret hujus viri illustri *vera pie-* exemplum, tanquam exemplar, quomodo vera pie- *tis & vir-* tas possit conjungi cum vita politica & aulica, ita ut *tutum Po-* duo extrema vitentur, unum, ne sub prætextu obser- *liticarum* *in Daniele.* van-

N 3

(6) Adde Casp. Abeln von vier Mo- | *dinus videtur primus fuisse, qui bene sen-*
narchien c. 1. ubi plures citat, Etiam Bo- | *tentiam proposuit.*

vantiæ & obedientiæ Principi debitæ damnum patiat-
tur pietas in Deum, alterum, ne sub prætextu pietatis
violetur veneratio & cultus Regi debitus, aut virtu-
tes homileticæ sequestrentur.

Nam Daniel etiam cum vitæ periculo abstinet a cultu i-
dololatrico, & tamen non invehitur in Regem aut au-
licos, etiam ubi occasionem Rex ipse suppeditat;
Summa porro modestia veritatem parum gratam ipsi
exponit &c. adeoque revera exemplo suo ostendit,
quid sit id, quando dicitur, quod subditi in ejusmodi
casibus se debeant habere mere passive, & quod non
irritandi sint Reges zelo intempestivo, sub prætextu
zeli divini, qui tamen nil aliud est, quam papismus
palliat. (7)

*Libri Apo-
cryphi Es-
dra.*

9. Circa Esdram notandum ante omnia, quod
libri ejus dubii & Apocryphi non sint habendi pro
Canonicis, cum in illis contineantur multæ vitiones
inanes & narrationes aniles, qualis est illa 4. *Esr. 14.*
Unde Patres quidam occasionem sumserunt statuen-
di, ac si Esdras libros Veteris Testamenti plane de-
perditos per miraculosam inspirationem intra 40.
dierum spatium denuo quasi eructasset.

Tertullianum, Basilium, Irenæum, Clementem Alexan-
drinum citat H. E. Goth. p. 336. Conf. Selden. *de Syn-
driis Lib. 2. c. 16. §. 7. p. 1022.* Add. Anton. van Dale *dis-
sert. de historia Aristea c. 1. §. 19.* Hanc fabulam etiam re-
futat Natalis Alexander T. 2. f. 338. seq.

An libri Ca-

10. Deinde quamvis communiter statuant do-
cto-

(7) Vide Daniel. IV. 16. seq. V. 17. | *nielis adversus Marsbamum disputat Vi-
seq. De explicatione 70. babylonadum Da- | tringa lib. 6. obs. sacr. cap. 1. ad cap. 5.*

ctores, Esdræ summa fide & diligentia restaurasse libros Canonicos Veteris Testamenti (a) maxime tamen cavendum est, ne cum Spinosâ putemus, Esdræ esse autorem unicum librorum Canonicorum, quos hodie pro talibus habemus (8), & quod solum habeamus prima ejus collectanea, quibus ultimam manum & secundas curas non adhibuerit. (b)

nonici V. T. sine collectanea Esdræ.

(a) Historia eccles. Goth. p. 334. (b) Spinosâ dicto *sra-Elatu Theologico-Politico c. 8. & 9.* contra quem vid. Regnerum a Mansveld *cap. 14. & 15.* & Cuper. *lib. 1. cap. 8. & 9.*

ii. Porro notentur dissensiones eruditorum circa eundem Esdræ: an sit unus idemque cum Malachia Propheta? an Masoræ autor fuerit? item an autor punctorum Hebræorum? (9) an literis hodiernis, sed quæ tum Chaldaicæ fuerint, conscripserit sacros libros, relictis literis vere Hebraicis codicibus Samaritanis? item an autor fuerit Chronicorum seu Paralipomenon.

Alia controversia de Esdræ.

H. E. Goth. p. 325. 334. 335. Arnoldi *Breviarium H. E. p. 46. 51.* Spinosâ *d. l. cap. 10.* ab initio ibique Mansvelt & Cuperus. Simon *histor. crit. Vet. Test. lib. 1. passim* & quæ ibi notarunt Theologi Belgæ atque Simon adversus eos excepit. *Adde ejusdem disquis. Critic. de Bibl. edit. cap. 4. seq. Nat. Alex. Tom. 2. f. 341. seq.* ubi etiam tractat *f. 347. seq.* quæstionem, an Esdras autor fuerit Cabbalæ.

12. Maxime vero considerari merentur facta Esdræ & Nehemiæ in reformatione populi Israelitici,

Esdræ & Nehemiæ

(8) *Conf. supra cap. 6. § 26.*

(9) *De punctis Hebraicis conf. Tom. XII.*

Bibl. univers. p. 40. seq.

*reformatio
Reip. cor-
rupta.*

ci, ut exemplar reformatæ Reipublicæ corruptæ, non solum legibus & rigore, sed & benignitate, precibus & bono exemplo.

Confer histor. eccles. Goth. p. 325. 328. 330. ubi potissimum meretur notari præceptum de sanctificatione Sabbathi per abstinentiam mercaturæ & de remittendis usuris durioribus, h. e. centesimis &c. (10) De Judæorum corruptione in captivitate Babylonica conf. Arnold. *Brev. p. 44.*

*Esdras an
autor Synedrii
magni,*

13. Etsi præterea Esdras etiam credatur esse autor Synedrii magni, communiter tamen refertur ejus origo ad tempora Mosis, ita ut Esdra fuerit saltem ejus reſtaurator.

Vid. Carpzov. *in not. ad Schickart. de Jure Regio Hebraor. c. 1. Theorem. 2. p. 9. 10. 11.* qui etiam tertiam memorat sententiam Petavii, demum a temporibus Pompeji ejus originem derivantis, de qua vid. etiam Selden. *de Synedriis Hebraor. lib. 1. cap. 6. p. 678. add. tot. cap. ult. lib. 2.* Seldeni hic liber totus commendandus, quia multas origines rituum ecclesiasticorum ostendit, alibi non reperiendas & detegentes subinde arcana Papatus etiamnum regnantia. (11) Adde tamen peculiarem dissertationem Clerici *de origine Synedrii* adjunctam libris historicis V. T. ubi originem ejus refert demum ad tempora Seleucidarum.

*Emendatio
illa cur non*

14. Sed ista Esdræ & Nehemiæ emendatio non diu duravit, cum illis mortuis ipsi, qui principatui

(10) Hoc tunc primum videtur introdu-
ctum, cum antea & potissimum tempore
Reip. Mosaica non videantur exercuisse
mercaturam nisi rarissime cum exteris.
Nec omittenda etiam consideratio separatio-

nis uxorum ex nationibus profanis ductarum
Hist. Eccl. Goth. p. 325 329.

(11) Ut de excommunicatione alibi do-
ctum. Conf. infra cap. 10. §. 22.

tui præerant, et si sæpius hic cum sacerdotio esset con- *diu duraverit.*
 junctus, homines impii ac plurima scelera commit-
 tentes essent.

Vid. Arnoldi *Breviar. hist. pag. 53. 66.* quod tamen nolim
 conjunctioni Sacerdotii & Imperii adscribere, ut Ar-
 noldus facere videtur. Confer supra *c. 5. n. 8. & histor.*
eccles. Gothan. p. 253. (12)

15. Quemadmodum de Josepho jam supra *Libri Mac-*
 monuimus, ejus fidem non esse omni exceptione *cabaorum.*
 majorem (a), ita & idem monendum de libris Macca-
 bæorum, quos fere præcipuos habuit Josephus, quos
 sequeretur eo usque, quousque libri illi historica fa-
 cta attingunt. Adde, quod sæpius dissentiant libri
 Maccabæorum & Josephus. (b) Unde & valde du-
 bia sunt miracula, quæ in libris Maccabæorum recen-
 sentur, (13) et si scriptores Pontificii ob interesse Cle-
 ri multum iis libris tribuere soleant. (c)

(a) Vid. potiss. sup. *cap. 3. §. 48. & H. E. Goth. lib. 1. cap. 3.*
sect. 2. pass. potissim. p. 399. 401. 410. &c. add. omnino van
 Dale *de historia Aristeæ. cap. 10. & 11.* (b) *Histor. eccles.*
Goth. d. l. p. 306. & 385. (c) Ob sacrificium Judæ pro
 mortuis. (14) *H. E. Goth. p. 380.*

16. Circa versionem græcam Codicis S. quæ *Historia A-*
 ad hanc periodum pertinet, probe notandæ sunt fabu- *risteæ.*
 læ & falsa miracula, quæ de illa Aristeas quidam & ex
 eo Josephus literis prodiderunt. (15)

(Caut. Eccles.)

Ⓞ

Vid.

(12) *Exemplo Melchisedeci, Abrabæ.* |
mi, Jobi.

(13) *II. Maccab. 3.*

(14) *II. Maccab. 44. seq.*

(15) *Adde Natal. Alex. pecul. dissert. de*
vers. LXX. Interpr. Tom. 2. p. 401. & T.
3. ad Sec. 2. dissert. II. a fol. 419. ad fol.
476.

Vid. H. E. Goth. p. 347. quæ tamen mitius sentit in quibusdam, haud dubie in favorem Patrum Ecclesiæ, qui favorabiliter judicabant de hoc Pseudo-Aristea. Unde addatur erudita dissertatio Antonii van Dale *super hoc libro & ejus fabellis edita 1705. Amstelod.*

*Collatio
versionis
70. cum
dice Hebræo.*

17. Ipsa vero hæc versio uti tempore Christi communiter in usu erat, ita & olim & nostris temporibus tanti æstimata fuit, ut etiam præferretur codici Hebræo, qua de re nota est controversia Isaaci Vossii cum Richardo Simone.

Conf. H. E. Goth. & van Dale *dd. ll. Voss. de 70. Interpr. & de oraculis Sibyllinis. Simonis histor. Crit. Vet. Testam. lib. 2. cap. 4. & opuscula critica adversus Isaac. Vossium. It. Disquisit. crit. de variis Bibliorum editionibus cap. 17.* Huc pertinet etiam dissertatio ejusd. Vossii *de ætate mundi & Anonymi Antiquités des Tems rétablies.* Conf. van Dale *d. l. p. 112. (16)*

*Corruptio
morum po-
puli Judai-
ci.*

18. Judaicum populum vero quod attinet, uti is post Mosen & Josuam mores gentium corruptissimos & severe interdictos assumebat, uti sub Jeroboamo mox a vero cultu desciscibat, & sub Regibus etiam Judaicis vitiis aliarum gentium subinde inquinabatur; ita & in captivitate Babylonica æque ac in Ægyptiaca servitute parum emendabantur mores corrupti; ita post reditum ex captivitate conversationes cum variis gentibus continuatæ & fœdera cum iis icta occasionem dabant, ut ista corruptio quotidie magis magis

(16) *Contra Autorem de antiquitate temporum restituta disputat Not. Alex. dissert. pecul. Tom. I f. 91. seq.*

magisque augetur usque ad adventum Christi & mox subsecutam everfionem totius reipublicæ.

Non majora scelera ab ulla gente commissa, quam quæ committebantur a Judæis, non a plebe solum, sed maxime a Principibus & Sacerdotibus sub temporibus templi secundi. Lege Josephum & obstupesces.

19. Scilicet idololatria, a qua tam severe & *Causa præcipua corruptionis, ambitio & tyrannis.* circumspicte Deus eos revocaverat per Mosen & Prophetas inter alias plures causas originis, multum debet ambitioni & tyrannidi. Etenim non securius dominamur aliis, quam si dominemur eorum mentibus, non vero his dominamur, nisi falsis & absurdis persuasionibus de Deo, de origine mundi, de natura hominis & similibus, ut & indulgentia passionum, sub conditione, si faciant iterum nostra bene placita.

Conf. autor tract. Belgici *Zijstorie van dem Goodsdiensf.* (17)

20. Ob hunc finem primitus a tyrannis adhibiti sacerdotes gentilium; ob hunc finem necesse fuit, ut ipsi tyranni mirifice & magnifice sacerdotes colerent, ne fraudem adversus populum usurpandam retorquerent in ipsos tyrannos. Ob hanc causam etiam ipsi tyranni inspectionem ac jurisdictionem in sacerdotia sibi ipsis & familiæ suæ retinuerunt. *Quod ulterius declaratur.*

21. Scilicet cum idem interesse ambitionis postularet, ut & liberi tyrannorum educarentur in ab- *Eventus bujus corruptionis.*

O 2

(17) *Roterod. 1695. in forma octava. Ubi potissimum monstrat sacerdotes gentium dominatum in intellectum acquisivisse per persuasionem, quod cognitio veri & boni de-*

pendeat ab autoritate sacerdotum: in voluntate per persuasionem, ac si illi, qui intellectum suum huic autoritati subjecere nollent, sint homines impii, imo athei.

furdis istis persuasionibus, non difficile fuit sacerdotibus ethnicistyrannidem exercere ubique gentium in Principem & populum, etsi non æquali ubique gradu.

Conf. H. E. Goth. *Tom 2. p. 5, 7, 8, 11, 12.* & quos citat auctores pag. 4. (18)

*Etiam ipsis
Sacerdotibus
noxius.*

22. Ita vero regnabant ubique mores universum genus humanum perdentes & omni scopo rerum publicarum maxime aduersi (a) imo ipsismet Sacerdotibus. (b)

(a) Conf. H. E. Goth. *d. l. p. 3. & 35.* nullum enim crimen est, quod non haberet suum Deum quasi tutelarem. (b) Sæviunt enim etiam in seipsos, si sint aduersi, ut sæviant in alios. Exempla habes apud Josephum in vitis Pontificum, item apud alios in vitis Hæreticorum &c. (19)

*Sacerdotibus
car Philo-
sophi exo-
si.*

23. Maxime vero oderant Sacerdotes ethnici Philosophos, utpote qui doctrinis suis destruebant potissimum fulcrum tyrannidis sacerdotalis.

Scilicet per n. 20. absurdas persuasiones populi de natura Deorum, mundi, hominis tam physica quam morali &c. vid. e. g. Ciceronis libros *de natura Deorum* conf. H. E. Goth. *p. 11, 12.*

*Et ab illis
Atheismi
accusati.*

24. Unde nec mirum, quod plerique Philosophorum omnitemore per calumniam sacerdotum, etsi sæpe occulte agentium, & quasi mere passive se gerentium, fuerint Atheismi accusati.

Ita notum, Philosophos ante Socratem Physicam docentes

(18) *Vossium de orig. idol. Boebarti Phaleg. & Canaan seu de Geographia sacra.*

(19) *v. g. Nestorii,*

tes communi nomine Atheistas fuisse vocatos. Ita Socrates, Aristoteles. Cicero & alii atheismi vel accusati, vel inculpati. Vid. Samuel Parkeri *Disp. de Deo, disp. 1. (20)* & iudicium Jaquelotii de Ciceronis libris de nat. Deorum, in *disser. de l' Existence de Dieu p. 132.*

25. Sed nec diffitendum tamen, ipsos Philosophos in reducenda veritate parum promovisse, cum fundamenta veritatum omnium humano generi utiliam a Philosophis gentilibus non fuerint detecta. *Philosophorum defectus.*

Vid. & repete hic, quæ diximus fufius in *cautel. circa Præcogn. Jurisprud. cap. 6. de hist. Philosoph.* ut nil dicam de fœdis amoribus Philosophorum gentilium. Vid. H. E. Goth. *p. 6.*

26. Ergo & his superstitionibus & falsis doctrinis tandem & Judæi immerfi sunt, & pariter atque Ethnici in varias sectas divisi. *Judaorum Secta.*

27. Cum Samaritis (21) equidem jam inde a temporibus exitus a captivitate Babylonica, dissensionum causæ fuerunt, non solum religiosæ, sed & maxime politicæ, successu temporis magis auctæ, quam imminutæ. (a) Sed tamen magnum illud odium, quod Judæis cum Samaritanis intercedebat, magis sacrum erat, quam profanum, etsi de secta & doctrina Samaritanorum parum verosimilem & distinctam habeamus notitiam. (b)

O 3

(a) Vid.

(20) Dicitur hic de duplici editione dissertationum Parkeri, & quod ac cur in secunda editione multa mutaverit.
(21) Explicandum hac occasione, cur Christus in doctrina de diligendo proximo exem-

plum attulerit de Samaritanis. Quæ doctrina utilis est contra hereticos, & contra eos, qui etiam nostris temporibus replent nos odio hereticorum, orant: Deus

(a) Vid. Joseph. *in indice hac voce*. (b) Epiphanium enim, & qui eum sequuntur, hic graviter subinde errare distincte docuit Samuel Basnage *in Annal. eccles. T. 1. p. 189. seq.*

Pharisai,
Sadducæi,
Esseni.

28. Sed postea inter ipsos Judæos ortæ fuere sectæ (22) potissimum tres (a) Pharisei, Sadducæi, Esseni, de quarum differentia consulendus potissimum Josephus; (b) Sed ita tamen, ut caveamus varias persuasiones ex Josephi minus accurata expositione ortas. (c)

(a) Quidam adhuc alias memorant, HERODIANOS, quasi qui Herodem crediderint esse Messiam (23), quos refutat Basnage *d. Tom. 1. p. 191*. HELLENISTAS, de quibus idem (24) novam sententiam defendit, *p. 447*. Aliorum errores, ut Justini Martyris, Hegesippi, Eusebii in multiplicatione sectarum tangit *idem p. 197*. (25) (b) *Antiquitatum Judaic. lib. 18. c. 2. & de Bello Judaico lib. 2. c. 12*. (c) Late Josephum explicat Basnage *d. l. p. 166-197*. ubi inter alia docet, quod hæ tres sectæ demum tempore templi secundi & post Maccabæos ortæ sint: item falsum esse, quod Sadducæi saltim agnoverint Pentateuchum, quod Esseni fuerint divisi in Theoreticos & Practicos, quod Pharisei docuerint metempsychosia &c. Sed quod hanc doctrinam de Phariseis attinet, videtur ejus rationibus satisfieri posse ex iis, quæ habet Ligtfoot *ad cap. 23. Actor. v. 8 & ad*

(22) De Sectis Judæorum agit etiam Nat. Alex. Tom. 2. f. 250. seq.

(23) Vissringa in hypotyp. Hist. Sacra p. 171. §. 21. Herodianos putat esse eosdem cum Sadducæis, cum horum princeps fuerit Herodes Antipater.

(24) Quod scilicet Hellenista fuerint Græci Profelyti.

(25) Idem Basnage Tom. 2. fol. 19. seq. late ostendit contra Epiphanium, Samuelium, Scaligerum, Offenos plane diversos fuisse ab Essenis.

ad cap. 9. Jobann. v. 2. Item Hammond & Clericus *ib. It. Scultet. Exercit. Evang. lib. 1. cap. 24. p. 66.* aut si mavis, respondere poteris, doctrinam de metempsychosi non omnino repugnare doctrinæ de resurrectione. Conf. Crcesi *Orvacker Historie p. 350. seq.* & H.E. Goth. *Tom. 2. p. 10.* Sadducæos porro non nisi per calumniam accenseri Atheis solide docet Webster *in tractatu Anglico: The Displaying of supposed Witchcraft. cap. 3. p. 38.* (26)

29. Politice & philosophice rem considerando, uti Pharisaismus quædam habebat communia cum Stoicismo, Sadducæismus cum Epicureismo, Essenismus cum Cynicismo (27), ita Pharisei studebant placere populo, Sadducæi se insinuabant Magnatibus, (a) Esseni vivebant vitam quasi Monasticam. (28)

Horum comparatio cum sectis Philosophorum.

(a) Pertinent huc historiarum valde memorabiles, quas refert Joseph. de Hircano *Antiquit. Judaicar. lib. 13. cap. 18. p. 352.* (29) ex quibus exemplis ista cautela notari meretur, quam periculosi Principibus sint hypocritæ, & cur tamen sæpe iis opus habeant, qui absolute imperare cupiunt.

30. Sed & inter ipsos Phariseos (30) diffidia & sectæ (31) ortæ ultimis ante adventum Christi temporibus inter scholam Schammæanam & Hillelianam,

Secta Schammæanorum & Hillelianorum

(26) Quia sci licet agnoscebant Scripturam & libros Moysi. Vide vers. German. Websteri c. 3. §. 4.

(27) Quia scilicet splendorem loco decori amabant. Basnage p. 171.

(28) Vitring. in hypotyp. histor. sacr. period. 7. §. 34 p. 155. Phariseos vult esse Platonicos, Essenos Stoicos vel Pythagoræ

reos. Conf. cap. seq. §. 18.

(29) & de Alexandro cap. 23. p. 272.

(30) De vero conceptu hypocritæ, quam Phariseis Christus tribuit vid. Cauzel circ. præcogn. Jurispr. c. 19. §. 48. seq. & omnino cap. 1. §. 112. lit. o.

(31) Conf. dict. cautel. s. 6. §. 56.

*Hilleliano-
rum.*

nam, quarum accurata cognitio multum proderit studioso sapientiæ, tum ad eo melius intelligendas disputationes Christi cum Pharisæis, de divortio, tum ad observandas scelestas fraudes, quibus Hilleliani favorem populi sibi parabant. (32)

De his sectis vid. Light foot. in *Hor. Hebr.* Selden. *de uxore Hebraica.*

C A P. IX.

De

Cautelis generalibus circa historiam ecclesiasticam Novi Testamenti.

S U M M A R I A.

Utilitas hujus capituli. §. I. Colligenda hic veritas ex variis scriptoribus. §. II. Scopus religionis Christiana. §. III. Scilicet restauratio vera & antiqua religionis, sed in-majori luce. §. IV. Triplex corruptio religionis Judaica §. V. emendata per doctrinam Christi. §. VI. Conceptus religionis Christiana per solam emendationem doctrina moralis non absolvitur. §. VII. Nec in symbolo fidei speculativa quarendus. §. IIX. Christus tradidit omnes articulos fidei necessarios. §. IX. Notanda origo & progressus corrupta religionis Christiana, §. X. non solum historice, sed & philosophice. §. XI. & querenda potissimum in corruptione Cleri & potestatis Clericalis, §. XII. non demum in seculo sexto, §. XIII. nec demum in seculo quarto. §. XIV. Commendatio Arnoldi. §. XV. Judicium de scripto Corvini. §. XVI. Corruptionis gradus primus, §. XVII. secundus. §. XIIX. Prima hereses orta ex mixtura do-

(32) Potissimum per *Bathkol*, De *Bathkol* Judæorum vid. *Vitringa* lib. 6. *obs. sacr. cap.* 9. & 10.

doctrina Cabbalistica cum doctrina Christi. §. XIX. Gradus tertius, §. XX. quartus, §. XXI. quintus, §. XXII. sextus, §. XXIII. septimus, §. XXIV. octavus, §. XXV. nonus, §. XXVI. decimus, §. XXVII. Observandi etiam tyrannidis Clericalis §. XXIIIX. varii gradus. §. XXIX. Primus, §. XXX. secundus, §. XXXI. tertius, §. XXXII. quartus, §. XXXIII. quintus, §. XXXIV. sextus, §. XXXV. septimus, §. XXXVI. octavus, §. XXXVII. nonus, §. XXXIIX. decimus, §. XXXIX. undecimus, §. XL. duodecimus, §. XLI. decimus tertius, §. XLII. decimus quartus, §. XLIII. decimus quintus, §. XLIV. decimus sextus, §. XLV. decimus septimus, §. XLVI. decimus octavus, §. XLVII. Instrumenta harum doctrinarum. §. XLIIIX. Insufficiencia doctorum, iis se opponentium. §. XLIX. Usus harum observationum. §. L.

I.

Etsi multa huc pertinentia jam sint occupata, nimia tamen corruptio historię ecclesiasticę novi Testamenti partim repetitionem, partim explicationem, partim denique supplementa caularum postulat. *Utilitas hujus capituli.*

2. Cavendum hic ante omnia, ne quis affectu feratur in sostenata historię ecclesiasticę, quę hodie extant, sed ut criteria veritatis probe noscat, quibus veritatem non ab uno solum propositam, sed hinc inde latentem ex variis, etiam dissentientium, scriptis colligat. *Colligenda hic veritas ex variis scriptoribus.*

Scilicet id observabit studiosus historię ecclesiasticę, idem contigisse scriptoribus historię ecclesiasticę dissentientibus, quod contingit in omnibus controversiis omnium facultatum, ut homines sint lyncei in detegendis aliorum nævis, cœci in videndis propriis. Et

(Caus. Eccles)

P

hoc

hoc intuitu studiosus sapientiæ singulis singularum sectarum scriptoribus uti potest.

Scopus religionis Christianæ.

3. Quod vero criteria veritatis illa attinet, ante omnia considerabit scopum religionis Christianæ ejusque differentiam a religione Mosaica & Ethnica.

Unde vides usum necessariū historiæ ecclesiasticæ Veteris Testamenti, quia sine ea non poteris applicare hoc criterium.

Scilicet restauratio vera & antiqua religionis, sed in majori luce.

4. Atque hic certum est, scopum religionis Christianæ esse, ut restauraretur vera & antiqua religio, partim obscurata, partim corrupta per univēsum orbem, i. e. apud Judæos pariter & Ethnicos, adeoque ut res reduceretur ad pristinam simplicitatem religionis Patriarchalis, sed in majori luce & extinctis umbris rerum futurarum.

Vid. sup. c. 5. n. 30. excerpta ex Caveo.

Triplex corruptio religionis Judaicæ.

5. Porro, uti certum est, a Judæis per Christum & Apostolos esse factum initium hujus emendationis, tum demum per Paulum & qui hunc secuti sunt, ejus propagationem ad Ethnicos factam esse, ita constat, corruptionem religionis Judaicæ, constitisse potissimum in tribus capitibus, in corruptione legis moralis per traditiones Pharisæicas, in conceptu falso de Messia & ejus regno temporali, & denique in errore duplici, de statu animæ post hanc vitam, Metempsychosi, & Sadducæismo.

Emendata per doctrinam Christi.

6. Simul vero constat, primarium scopum Christi collimasse ad corrigendos hos tres errores capitales.

Huc pertinet eruditus liber Celeberr. Lockii, cui titulus,
que

que la religion Chretienne est tres raisonable, in quo voluit demonstrare summam Christianæ religionis esse, credere Jesum esse Messiam, characterem religionis esse vitam sanctam, præmium ejus vitam æternam atque resurrectionem mortuorum.

7. Cavenda ergo sunt duo extrema, alterum, ne putemus, Christianam religionem esse tantum doctrinam moralem emendatam, adeoque mere rationalem, & propterea non curandos esse articulos fidei supernaturali revelatione nixos.

Conceptus relig. Christiana per solam emendationem doctr. moral. non absolvitur.

Qui error imputatur Socinianis, an recte? ad hunc locum non pertinet, sed de eo videbimus infra. Ex dictis patet, quid sentiendum sit de Hobbesii doctrina, unum scilicet esse articulum religionis Christianæ, Jesum esse Christum *de civæ cap. 17. & 18.* & opposito huic sententiæ peculiari Tractatu Max. Rever. Rechenbergii. Circa eos, qui Hobbesium refutant, videndum, an adhibuerint cautelam *n. seq.* Hobbes non negat articulum de vita æterna, (vid. ejus *cap. 17. n. 5.*) sed supponit. Multos etiam errores communis doctrinæ & arcanorum Papalium detexit, potiss. in *Leviath. Part. 3. & 4.* Sed non legendus est, nisi a confirmato in studio veritatis, ob admixtos multos errores, orientes ex errore capitali de moralitate actionum humanarum imaginaria, aut a mero arbitrio potentioris dependente. Unde maxime neglexit articulum religionis Christianæ de vita sancta, & emendatione traditionum Pharisaicarum. Hinc facile comparatio institui potest inter hanc doctrinam Hobbesii & Lockii. Quæ bona sunt in Hobbesio, ea invenies apud Lockium absque admixtione prævæ doctrinæ Hobbesianæ.

8. Alterum, ne putemus, Christum vel Apostolos

Nec in symbolo fidei

*Speculativa
quærendus.*

stolos intendisse tradere systema aut symbolum fidei speculativæ de mysteriis essentia divini, inculcandum per pœnas humanas.

Nam 1. tale systema aut symbolum in nulla religione gentiumprehenditur, sed & nec in religione Judaica, (haud dubie vera & orthodoxa) ob incomprehensibilitatem essentia divini & rerum spiritualium (1). 2. Neque Judaica religio in ejusmodi doctrinis corrupta erat, aut corrupta, esse poterat, ut emendatione hic opus esset. 3. Nec unquam leguntur Christus aut Apostoli, talem emendationem tentasse, aut tale symbolum condidisse. 4. Quin potius Apostoli erant homines plebeji omnis doctrina subtilioris & terminorum philosophicorum expertes, eodemque modo docentes, uti in sermone quotidiano homines loquebantur, ut adeo & doctrina Christi & Apostolorum quod ad terminos attinet, intelligi potuerit etiam ab iis, qui eruditione carebant. &c.

*Christus
tradidit omnes
articulos fidei
necessarios.*

9. Cavendum porro, ne putemus, Christum omisisse necessaria ad salutem capita fidei, quæ postea suppleri debuissent ab Apostolis.

Hoc enim repugnat officio Christi, & quatenus doctor sapientia, & quatenus Salvator est. Etsi vero nemo sit, qui contrarium asserat, observanda tamen probe est cautela ob praxin contrariam. Unde maxime jungendum cum hac cautela *cap. ult. Part. 1.* libri Lockiani, cujus rubrica est: *S'il faut chercher des nouveaux articles de foi, dans les epistres des Apôtres, & ou l'on montre, que la Religion doit être à la portée des plus simples.*

10. Quem-

(1) Adde tamen Cleric. Part. 3. art. | ad Liberii de S. Amore Epistolas Theologi-
crit. & quæ ibi de Philone & Johanne E- | cas,
wangelista differit. Conf. etiam præfationem

10. Quemadmodum vero ex his constat, religionem Christianam initio fuisse maxime simplicem (a), ita cavendum, ne omitteremus curam exquisitorum de origine & progressu corruptæ hujus religionis, aliter quam vulgo fieri solet.

Notanda origo & progressus corruptæ religionis Christianæ.

(a) Repete dicta n. 5. & 6. Huc pertinet Timanni Gesfeli *simplicitas fidei Christianæ*, item *antiqua & unica fides & sola servans*. De quo libro vide jam supr. dicta c. 3. n. 36. 37. 38. Item autor Latitudinarii orthodoxi, publicatus Londini 1697. quamvis hic cautius sit legendus, partim, quoniam partes, quibus addictus est, occultat, partim, quia nimis generaliter & obscure scribit de iis, quæ ad ipsam spectant Ecclesiæ historiam, ut adeo non nisi ei, qui jam possidet doctrinam historię ecclesiasticæ, prodesse possit. (2)

11. Neque opera solum danda, ut hujus corruptionis singuli quasi passus in singulis seculis notentur, (a) sed & ut brevis quasi delineatio hujus rei uno intuitu sistatur ante oculos. (b)

Non solum historice sed & philosophice.

(a) Quod fiet in *cap. seqq.* (b) in compendio rem brevissimis exhibet magnus Grotius *Annal. Belgic. lib. 1. p. 8.* *Christianam religionem sola quondam simplicitate venerandam mox aggregati diversa Philosophiæ Professores quisque doctrina placitis, tum Judæi, Græci, alii, patriis ceremoniis instruxere, quo Majestatem Sacrorum haud frustra repertam meliores ad usus verterent. Sed hac libera diu & privato singulorum, aut ecclesiarum arbitrio sumta, paulatim aucto usu, docentium facundia, conciliorum suffragiis in legem & necessitatem mutata, subnascente temporum barbarie, qua per cæcas disputandi ambages facile defendebantur. Et quæ*

P 3

ibi

(2) *Interim in multis convenit cum Lockii religione Christianæ rationali.*

ibi sequuntur plura usque ad nostra tempora. Totus enim locus meretur legi & expendi. Unde & de posterioribus hic quædam distinctius proponenda. §. 17. seq.

*Querenda
potissimum
in corrup-
tione Cleri
& potesta-
tis Clericalis.*

12. Cavendum hic ante omnia, ne corruptio-
nem Ecclesiæ soli Papæ adscribas, aut arcana Papatus
quæras in historia de origine & incrementis potesta-
tis Papalis. Etsi enim hæc non sit negligenda, ta-
men frustra laboramus in iis cognoscendis, nisi accu-
ratus noscamus originem & progressum corruptio-
nis totius Cleri & potestatis Clericalis, utpote in qua
consistit fulcrum & fundamentum ac radix totius
Papatus politici.

Prius jam ostenderunt plurimi, Centuriatores Magde-
burgenses, Heideggerus in *historia papatus*. Imo ex
Pontificiis multi, non solum qui collecti sunt in Gol-
dasti *Monarchia Imperii*, sed & qui pro libertate Ecclesiæ
Gallicanæ scripserunt, quos inter eminent Petrus de
Marca (3) *de concordia Sacerdotii & Imperii*. (Historiam
scriptorum de libertate Ecclesiæ Gallicanæ succincte
exhibet M. Petrus Zorn in tractatulo *de libertate Ecclesia
Gallicanæ*, Rostochii non ita pridem publicato.) Huc
pertinent etiam scripta Cavei, Natalis Alexandri, Eliæ
du Pin &c. de quibus diximus jam supra quædam *cap.*
3. Sed de posteriore fere ubique altum silentium. (4)

*Non demum
in seculo
sexto.*

13. Hinc cavendum maxime, ne originem
demum Papatus politici quæramus in seculo sexto
sub Phoca & Gregorio M. & persuadeamus nobis, an-
te

(3) Dicendum de hac autòre. Vide Bai-
lii Diction. voce Marca. Adde Hist. Con-
tent. inter imp. & sacerdot. p. 306. 310. 325.
seq. 519. De scriptis de libertatibus Eccle-
siæ Gallicanæ vide etiam ib. p. 307. seq.

(4) Scilicet de corruptione Cleri in pri-
mis seculis ante incrementa potestatis papa-
lis. Nam de corruptione in ultimis seculis
ante reformationem pleni sunt tractatus
multorum testium veritatis.

te illa tempora fuisse florentissimum Ecclesiæ statum, tam quoad doctrinam, quam quoad mores. Hoc enim ex Pontificiis etiam cordatiores facere solent.

In promptu causa est, quia sub Phoca Gregorius M. & ejus Successores affectarunt, & obtinuerunt Episcopi Romani eminentiam supra reliquos. Huc pertinet Ludov. Thomassini *vetus & nova Ecclesia disciplina circa beneficia & beneficiarios*. Novissima editio prodit Lugduni 1705. in tribus Tomis. Hic autor pleraque juris ecclesiastici capita docuit, secundum quatuor tempora 1. a Christo nato ad Clodovæum. 2. Inde ad Carolum M. 3. Inde ad Hugonem Capetum. 4. Inde ad nostra tempora. Sed in prima classe non observat distinctionem seculorum priorum quinque, sed ex hypothesi notata in thesi præsentè, sine distinctione refert originem rerum ecclesiasticarum ut optimarum, quocunque etiam tempore in prioribus quinque seculis fuerint ortæ.

14. Imo cavendum, ne in prioribus tribus seculis conjunctim unam & continuam quærat in integritatem doctrinæ & morum in Ecclesia Christiana. Nam & hoc modo non poterimus assequi genuinam corruptionis originem, cum & ipsi Pontificii cordatiores, & qui Papæ exsuperantem potestatem satis aperte notarunt, hic soleant occultare astute corruptionem Cleri in istis tribus seculis. (5)

Respicio ad libros Eliæ du Pin *de Scripturibus Ecclesiasticis*.

His sane satis cordate notat multa incrementa auctoritatis Papalis in seculo quarto & quinto. Sed dum post finem Tomi I. conjunctim sistit summam doctrinæ

næ

(5) Eodem modo etiam laborat Timannus Gesselius. Vide supra cap. 3. §. 35. seq.

næ circa dogmata, disciplinam Ecclesiæ, & mores priorum trium seculorum, astute tegit errores & vitia Cleri papizantis, etiam intuitu eorum capitum, in quibus ab Ecclesia Pontificia discesserunt Protestantes.

*Commenda-
tic Arnoldi.*

15. Quemadmodum vero paucissimi sunt, ex nostratibus, qui cautiones istas n. 13. & 14. memoratas observarunt, excepto solo, quod sciam, Arnoldo, ita non mirandum, quod tanto conatu se ejus instituto opposuerint ex nostratibus illi, quorum interest, hæc arcana non detegi Politicis.

Unde rursus valde commendandi labores Arnoldi, sed cum observatione *sup. cap. 3. n. 51. ad n. 60.* latius explicata.

*Judicium
de scripto
Corvini.*

16. Unde facile judicari potest, quid sentendum sit de Johannis Friderici Corvini libro, qui Arnoldo fuit oppositus, sub tit. Corpus doctrinæ, oder von der wahren und falschen Pietät/ Francos. 1701. in Folio, si quis modo observet præsumptiones legitimas supra inculcatas,

Sup. cap. 3. n. 53-58. Peccat etiam in eo miserrime Corvini, quod ubique non nisi autoritatibus pugnet, & nil nisi Patres quorumcunque seculorum & Theologos, imo etiam Aristotelem & Pontificios, aut certe contortas explicationes secundum eorum autoritatem adducat, non observans, quod Arnoldus, dum ubique loca Patrum usurpat, utatur iis tanquam argumentis ad hominem, nempe ad convincendos, qui auctoritate Patrum sunt infatuati. Sed talia argumenta inepte Arnoldo & aliis opponuntur qui de imbecillitate Patrum sunt persuasi,

17. Et-

17. Ergo origo & progressus corruptionis religionis Christianæ verosimiliter hoc modo contigit (6). Initio Judæi soli per aliquod tempus ad Christianam religionem accedentes, volebant Ethnicos ad religionem Christianam admissos adstringere ad ceremonias Judaicas, unde odia & scissiones inter novos Christianos ex Judæis & Gentilibus, ubi, ut naturaliter fieri solet, Judaica factio premebat reliquos, quamdiu numero & autoritate superabat.

*Corruptionis
gradus primus.*

Docet id lis statim orta de circumcisione, & definita in Concilio Hierosolymitano.

18. Atque ex eadem ratione a Judæis roriter conversis immiscebantur Christianismo dogmata Pharisaica, Rabbinica, Cabbalistica, Pythagorica, Platonica. (7)

Secundus.

Nam Pharisaica metempsychosis erat inventum Pythagoricum (8). Pythagorica vero & Platonica Philosophia in multis conveniebant, unde & conveniunt Platoniorum & Judæorum dogmata de Angelis & eorum classibus.

19. Unde non mirandum, quod hæreses primorum seculorum ortæ sint ex inconveniente mixtura doctrinæ inanis Cabbalisticæ vel Platonice cum doctrina simplici & Christiana, per quam mixturam beatitudo quærebatur in speculationibus inanibus, se-

Prima hæreses orta ex mixtura doctrina Cabbalisticæ cum do-

(6) Hi paragraphi, qui jam sequuntur, sunt quasi commentarii in locum Grotii §. 11. descriptum.

de Philone & Johanne.

(7) Conf. Clericum Vol. 3. art. Critica

(8) Etsi Pharisei diversam a Pythagorais sententiam de conceptu metempsychosios habent, Conf. supra c. 8. §. 29.

(Caut. Eccles.)

Q

Utrina Christi.

ducentibus novos Christianos a cura emendationis morum & vitæ sanctæ.

- Tales sunt hærefes fere omnes, primi, secundi & tertii etiam seculi. Sane Æones Valentinianorum magnam convenientiam habent cum doctrina Cabbalistica de decem Sephiroth, & tribus classibus mundi; item cum Theogonia Gentilium. Adde Colbergii
- *Platonisch=Hermetisches Christenthum.* Item ejusdem *de origine & progressu Hæresium & errorum in Ecclesia*, in quo tractatu ostendere conatur, quod hærefes in primis seculis natæ plerumque Philosophiæ Platoniciæ originem debeant: qui tamen cum hac cautela legendus, quod absque ratione sufficienti supponat, omnem doctrinam Platoniam, quatenus dissentit a Theologia Scholastica, esse erroneam & heterodoxam. (9)

Grædus tertius.

20. Sed utinam & doctores orthodoxi ab hac mixtura & aliis erroribus mansissent immunes. Sane & hi non solum multiplicitate ceremoniarum ex Judaismo & Gentilismo obruebant simplicitatem religionis Christianæ, & quidquid ex scriptis Apostolorum torqueri eam in rem poterat, avidissime arripiebant; sed & formulæ fidei præscribebantur credentibus ex philosophia paganica. (10)

Quartus.

21. Nam cum Philosophi pagani accedentes ad religionem Christianam sacros libros non statim intel-

(9) Unde simul etiam notandum alterum extremam Doctoris Zieroldi, intendenti de fendere, quod Patres primi orthodoxi operam dederint Philosophiæ Platoniciæ, heretici Aristotelici. Vide, quæ de utroque lo-

tius dixi in *Orat. Academ. p. 469. ad p. 480.*

(10) Confer ad hunc §. & sequentes præfationem ad *Liberii de S. Amore Epist. Theolog.*

intelligent, (11) torquebant intellectum eorum ad conceptus philosophiæ gentilis, maxime Plonicæ, & novos terminos (12) ad exprimendos suos conceptus inveniebant, ac qui eos recipere nollent, ut homines impios persequebantur.

22. Atque cum seculo quarto potissimum (13) *Quintus.* in religione Christiana minor pars Christianorum ex Judæis ortum duceret, sed pagani conversi maximum numerum obtinerent, statim inceptum fuit, iterum suppressere & maxime contemnere ritus & doctrinas Judaicas, etsi indifferentes, & in his persecutionibus ac suppressionibus ponere characterem sapientiæ & doctrinæ salutaris.

Docet hoc maxime eventus controversiæ de die Paschatos, & quod Quartadecimani inter hæreticos annuerati fuerint.

23. Maxime vero eo tempore crevit persecutio ob terminos philosophicos, præcipue Philosophiæ Plonicæ, quæ tum præ reliquis florebat etiam inter paganos. *Sextus.*

Unde Christiani plerumque persecutionem patiebantur a Plonicis & adversus hos scribebant. Patres vero primorum quinque seculorum maxime fuisse Plonicos docebunt eorum vitæ. Huc pertinet liber non nullius momenti (quoad observationes historicas, nam intuitu dogmatum caute legendus est, cum autor

Q. 2 *

addi-

(11) ob ignorantiam antiquitatum Judaicarum.

(12) v. g. hypostasis, persona, &c.

(13) Nam initium ejus rei jam seculo

secundo incepit in controversia de paschate (vide infra cap. 11.) scilicet Judæi jam videntur suppressi cepisse post excidium Hierosolyma.

addictus esse videatur Unitariis) cujus tit. *Le Platonisme dévoilé.* (14)

Septimus.

24. Accedebat modus disputandi sophisticus, rhetoricus, & parum honestus, sed aperte indecens, quo etiam utebantur sæpius doctores Ecclesiæ & Patres orthodoxotati. (15)

Vid. *obs. Sel. Tom. 1. n. 17. Tom. 2. obs. 7. 8. (§. 38. seq.) 9. 14.* (16)
Clerici disertatio *de argumento Theologico ab invidia.*

Octavus.

25. Ad quem nævum rhetoricum etiam pertinet nimium studium allegorizandi, utpote quo periit sana doctrinæ Christianæ interpretatio, cum per interpretationes allegoricas & mysticas quilibet ex quolibet possit probari. (17)

Ubi notari meretur, quod Colbergius *d. lib. cap. 1. §. 5.* notet, Simonem Magum primum fuisse, qui doctrinam de Christo mystice & allegorice fuerit interpretatus. Et de nimio studio allegorizandi Patrum tere consentiunt nostrates.

Nonus.

26. Accessit in plerisque ignorantia hebrææ & græcæ linguæ, ac antiquitatum Judaicarum, quam mox secuta est in univèrsum defectus studiorum humaniorum & barbaries ubique terrarum regnans.

Ita notum est, tempore Hieronymi & Augustini parum notas fuisse antiquitates Judaicas, sed Hieronymum linguam hebraicam a Judæo utcunque didicisse; Augustinum autem plane ignorasse hebraica & nisi fallor etiam

(14) *de quo plura dixi in orat. Academ. p. 468.*

(15) *v. g. Lactantius.*

(16) *In observatione 17. Tomi I. agitur de corrupta per locos dialecticos eloquentia, in Tomi II. obs. 7. de nævis. Justinii*

Martyris in ratiocinando commissis; in 8. de Tertulliano; Arnobio, Cypriano, Lactantio, in obs. 14. de inepta reprehensione dictæ Anaxagoræ per eundem Lactantium.

(17) *Conf. supra cap. 3. §. 43. hoc capitulum §. 30. infra cap. II. §. 13.*

etiam græca. Vid. omnino Cleric. Tom. III. Art. Cris. epist. 4. integra.

27. Maxime vero nocuerunt religioni Christianæ ambitio & avaritia, aliique affectus docentium, utpote quibus pededentim effectum est, ut tyrannidem sine exemplo doctores exercerent supra auditores, tum & ut sævirent in seipsos, donec Episcopus Romanus tyrannidem exerceret in omnes. *Decimus.*

28. Atque hic interest studiosi Juris, ut cum communiter saltem ostendatur origo tyrannidis papalis, distinctius ei ostendantur origo & progressus ac summa capita tyrannidis clericalis. *Observandi etiam Tyrannidis Clericalis.*

29. Hujus etsi sint gradus plurimi in singulis seculis considerandi, summatim tamen præcipua momenta videntur reduci posse ad capita sequentia. *Vari gradus.*

30. Initio persuasum fuit auditoribus, doctrinam Christi salvificam non esse sic perspicuam, ut sit ad captum omnium, sed indigere illustratione docentium, petenda ex interpretationibus allegoricis & subtiliter philosophicis. (18) *Primus.*

31. Ergo doctrinam Christianam esse doctrinam arcanam, cujus thesaurus reconditus petendus sit a doctoribus, qui a Deo soli possideant doctrinam salvificam. (19) *Secundus.*

Q 3

32. Er-

(18) Hic articulus est capitalis & fundamentum tyrannidis subsecuta. Ab eo maximam partem recessere primi reformatores papismi. An adhuc hodie ab eo recedant protestantes, annon facile patet ex novis

formulis & juramenti religionis.

(19) Huc pertinent dissertationes de doctrina arcana primorum Christianorum. Vide Gebhardi Theodori Meieri dissert. de recondita veteris Ecclesie Theologia anno 1679.

- Tertius.* 32. Ergo quæcunque in scriptura dicuntur de Ecclesia, sponsa Christi, quæ possideat thesaurum veritatis salvificæ, non intelligenda esse de auditoribus, sed de doctoribus. (20)
- Quartus.* 33. Ergo doctores esse Ecclesiam repræsentativam.
- Quintus.* 34. Ergo salutem auditorum dependere ab intellectu doctorum.
- Sextus.* 35. Et si doctores inter se dissentiant, salutem omnium dependere a pluralitate votorum, cum alium exitum dissensio habere non possit. (21)
- Septimus.* 36. Ergo auditores debere simpliciter credere doctrinas doctorum, etsi eas non intelligant, cum illorum intellectus non sit capax horum mysteriorum. (22)
- Octavus.* 37. Ergo ut non aberrent tamen ab his conceptibus & his contradicant, etiam præter intentionem, veritatem doctrinæ salutaris esse includendam terminis certis & formulis loquendi, memoriæ mandandis.
- Nonus.* 38. Ergo salutem Christianorum quærendam esse primario in recitatione harum formularum, & harum recitationem esse criterium veri Christiani.
- Vir.

1679. Vide potiss. §. 20. seqq. §. 55. seq. Talis doctrina arcana apud Judæos est Cabala Rabbiorum

(20) Cogitandum etiam de his & sequentibus nãvis est, & palpandum, annon iidem passim etiam apud nos hodie regnent.

(21) Unde etiam adscripta fuit ejusmodi decisio Spiritui sancto. Hoc argumento etiam utitur Huberus de jure civitatis lib. 1. sect. 5. c. 3. n. 18. seq. ubi vide notus meus.

(22) vide præfat. Form. Concord.

Virtutem & amorem esse criteria secundaria & sæpe fallacia. (23)

39. Porro doctores, qui habeant soli clavem *Decimus.*
 mysteriorum theoreticorum, possidere etiam clavem mysteriorum practicorum sive faciendorum, adeoque Christianos æque debere sequi absque ratiocinatione decreta doctorum quæcunque, & regulas vivendi, etsi res alias, videantur valde indifferentes aut dubiæ bonitatis. (24)

40. Ergo doctores in Ecclesia esse maxime eminentes, esse sponfam Christi, esse spirituales, auditores vero esse inferioris dignitatis, mundanos, carnales. (25) *Undecimus.*

41. Quod si vero auditores nolint credere decreta doctorum, aut obedire eorum canonibus, tum refractarios coercendos esse ab illis spiritualibus gladio spirituali, i. e. excommunicatione. *Duodecimus.*

42. Reges vero, cum intuitu Ecclesiæ haud dubie pertineant ad auditores, esse etiam indubie inferiores episcopis & doctoribus. *Decimus tertius.*

43. Ergo hos esse tanquam successores Christi, caput, patres, aut maritos Ecclesiæ; reges vero, aut *Decimus quartus.*
 pote-

(23) *Quærenda pecunia primum. Virsus post nummos.*

(24) *Ut statim patet ex controversia seculi secundi contra Quartadecimanos. Consule quoad hunc s. rursus Meieri dissert. de recoud. Vet. Eccles. Theologia.*

(25) *Hinc orta distinctio inter Clericos & Laicos. Vide Tribbeckou. dissert. Anti Baron, p. 26. ad p. 40, Arnoldi Historisch*

Theologische Betrachtungen p. 648 n. 94. Heinecc. von der Griechischen Kirche part. 3. cap. 1. §. 6. p. 9. seq. Dn. Böhmeri dissert. Tertullianea: Petri de Marca dissert. pecul. de distinct. inter Clericos & Laicos. Conf. infra cap. XI. §. 12. Paulo distinctus ea de re egi in not. ad Lancel. lib. 1, not. 43. sect. 2.

potestatem politicam quam vis, esse brachium & filios Ecclesiæ, aut episcopos ab extra & in externis.

Decimus quintus.

44. Ergo debere reges assistere episcopis & exequi eorum decreta & canones, maxime intuitu gladii illius spiritualis, excommunicationis nempe, item intuitu infidelium omnium, ejiciendo eos ex civitate, spoliando bonis, vita, fama &c.

Decimus sextus.

45. Ergo si reges nolint officium suum facere, sed resistant episcopis, arma ista spiritualia usurpanda etiam esse adversus reges, & tunc subditos regum habendos pro brachio seculari.

Decimus septimus.

46. Ergo incivile esse & indecens, ut doctores Ecclesiæ, qui per excommunicationem possint reges regno privare, subint imperio eorum, quin potius eos tanquam homines mere spirituales eximendos esse ab imperio omni seculari,

Decimus octavus.

47. Ne vero & hic Anarchia oriatur, necesse esse, ut habeant aliquod caput spirituale, & quem alium, nisi vicarium Christi, Papam Romanum &c.

Instrumenta harum doctrinarum.

48. Porro ne subodorarentur Laici, fucum hic sibi fieri, & olim Christum alia plane his opposita docuisse, adhibendæ fuere multæ piæ fraudes, falsa miracula, libri supposititii falsorum evangeliorum, aut falsorum scriptorum primis & sinceris Ecclesiæ doctoribus affictorum.

Insufficiëntia doctorum iis se

49. Qui corruptioni hætenus recensitæ & tantum non apertæ nequitæ se opponerant, doctrinam salutarem in simplicitate fidei & vita sancta quærentes,

tes, cur ad emendationem non fuerint apti, jam supra dictum est. *opponenti-
um.*

Cap. 3. n. 51. 52.

50. Ad hæc capita, si in singulis seculis prioribus quinque respiciat studiosus juris, deprehendet plane alias ideas historiæ ecclesiasticæ, quam quæ communiter formari solent. Easque absque multa difficultate sibi formare poterit ipse, si adhibitis hæcenus memoratis cautelis saltim paucos scriptores historiæ ecclesiasticæ cum attentione & evolutione historicorum veterum, ad quos provocant, ubi opus erit, legat. *Ufus harum
observatio-
num.*

Intelligo præprimis Arnoldum, tum & ex Pontificiis Natal. Alexandrum & Eliam du Pin. Ex Reformatis Basnagii annales ecclesiasticos. Ex Remonstrantibus Clerici scripta varia ad historiam ecclesiasticam facientia. Specimina hujus usus dabimus subinde in seqq. (26)

CAP.

(26) Dicendum etiam hic de Historicis ineptis absurda quæque ex Historia Ecclesiastica excerpentibus, ut sunt Dieterici lectiones quotidiana: Quod Natalem Alexandrum attinet, edidit Veielius dispus. in eius dissertationes. Meminit etiam ejus Basnagius in præfatione ad Annales Eccles. cujus summam hic exhibeo. Ostendere voluit, Pagium & Natalem Alexandrum, multa omisisse in emendando Baronio, & ipsum Alex. nævos non paucos commississe; (quorum exempla quedam adducit, sed intuitu studii sapientiæ levioris momenti) item Harduicum in nummis Herodiadum subinde ma-
(Caut. Eccles.)

gnacum audacia voluisse destruere Veritates Antiquitatum Judaicarum. Tum usum & necessitatem Chronologia ostendit variis exemplis, potissimum a negligentia Baronii petitis, quæ omnia ipse emendare voluit. Porro causas exponit, cur Historiam Politicam conjunxerit: 1) quia quidam imperatores persecuti sunt Ecclesiam, alii vero in Ecclesia commodum multa promulgaverint, Synodos coegerint, hæreticos persecuti fuerint, quidam etiam in orthodoxos involaverint: (Utinam Basnagius hic etiam egisset de origine arcanorum Clericalium.)

2) Ut tractentur quæstiones quedam con-
R tra-

C A P. X.

De

Cautelis circa historiam ecclesiam
ficam seculi primi a Christo nato.

S U M M A R I A.

Libri Canonici & Apocryphi Novi Testamenti. §. I. Vita Evangelistarum Cavei. §. II. Mattheus Judeus. §. III. Lucas non medicus nec pictor. §. IV. Varia fabula de Johanne Evangelista. §. V. Pseudoevangelia. §. VI. Carmina Sibyllina. §. VII. Fabulae multae de Josepho & Maria. §. VIII. Questio de virginitate Mariae in partu & post partum. §. IX. Plurimae fabulae ad vitam Christi pertinentes. §. X. Fabulae de interitu Oraculorum & similes. §. XI. Epistola & acta Pilati. §. XII. Alia fabula ad historiam Christi pertinentes. §. XIII. Multae fabulae ad vitas Apostolorum spectantes. §. XIV. Multorum arcanorum Papatus inventio Apostolis falso adscripta. §. XV. Fabulae de regionibus, in quibus Apostoli Evangelium predicaverint. §. XVI. Cavei descriptio primorum Christianorum. §. XVII. Falsa scripta & acta

Apo-

troverse v. g. an Adrianus fuerit a Trajano adoptatus? An Christo templum voluerit extruere? 3) Martyrum historiam valde utilem esse ad commovendos affectus, se tamen ostendisse a multis falsos martyres esse effectos, item errores circa locum & tempus Martyrii, & simul explicasse Antiquitates Ecclesiasticas. Pergit: Ut coelum stellis exornatur, sic Synodis ubi, terrarum congregatis decorari historiam. Se ergo explanasse loca, personas, numerum Canonum & materiam, item durationem Sandarum. Item se ostendisse, Historiam falso

referri inter hereticos: Ritus Ecclesiasticos ab hominibus esse inventos, quos tamen Baronius & etiam multi Evangelici referant ad instituta divina, e. g. quadragesimam, institutionem festi Paschalis, jejunium ante Eucharistiam, Eucharistia in Ecclesia servationem eum in finem, ut mortuis praerberetur, item aquam lustralem. Ulterius, e Patrum vitas & chronologiam librorum monstrasse, it. in hereticorum dogmata exposuisse, & aliquando ostendisse, illis alienam mentem affingi, ut v. g. Phariseis metempsechism, Essenis adorationem solis &c.

*Apostolica, §. XIIIX. Abusuum potestatis clericaliꝝ in-
ventio Christo & Apostolis falso adscripta. §. XIX. Fabula
de symbolo Apostolico, §. XX. Falsi canones & constitutio-
nes Apostolica, §. XXI. Falsa origo excommunicationis. §.
XXII. Falsa comparatio concilii Hierosolymitani cum conciliis
sequentibus. §. XXIII. Cavenda nimia Patrum veneratio,
§. XXIV. Et nimius contemptus eorum, §. XXV. Pro contemptu
tamen non habenda modesta observatio navorum in Patribus,
§. XXVI. Neque eo modo detrabi aliquid reverentia debita
ordini Esclesiastico, §. XXVII. Differentia inter pietatem &
infallibilitatem, §. XXIIIX. Cavei vita Patrum & Martyrum,
§. XXIX. Novi Martyrologiorum, §. XXX. Patrum primi
seculi inclinatio ad fabulas & allegorias, §. XXXI. Barnaba
Epistola, §. XXXII. Patres reliqui Apostolis non equiparandi,
§. XXXIII. Herma Pastor, §. XXXIV. Fabula de Clemente
Romano. Ejus Epistola, §. XXXV. Alia scripta falso Clementi
tributa, §. XXXVI. Fabula de Dionysio Areopagita & ejus
libris, §. XXXVII. De hareticis primi seculi multa fabulosa,
§. XXXIIIX. An plane fuerint hareses in primo seculo?
§. XXXIX. Notantur eam in rem varia distinctiones, §. XL.
Nulli haretici in primo seculo per concilia damnati, §. XLI.
Alia fabula de hareticis primi seculi, §. XLII. Status
Ecclesie in primo seculo, §. XLIII.*

§. I.

Hic opera danda, ut de libris canonicis Novi Testamenti & apocryphis, tum quoad integros libros, tum quoad singula eorum capita & versiculos quis genuinam & impartialem doctrinam sibi comparet, ut & de versionibus & interpretibus.

Pertinet huc præpimis Richardi Simonis *historia critica*

sæxus, versionum & commentatorum Novi Testamenti cum censuris in eum D. Maji & Petri Coulanii. Aguntetiam peculiariter de hoc capite Natalis Alexander, & Elias du Pin.

*Vita Evangelistarum
Cavei.*

2. In specie quod Evangelistas attinet & Evangelia, notandæ sunt vitæ Evangelistarum a Guil. Caveo editæ, quæ tamen cum cautione legendæ sunt.

Extant ea in vitis Apostolorum a Caveo editis & in idioma germanicum translatis 1696, 4to. Etsi enim subinde fabulas quasdam ab Hæreticis vel Patribus etiam fictas & incautius admittas notet, plures tamen quandoque ut veras recenser, & intactas relinquit, ut quodammodo patebit ex seqq. §. 5. & 14. in fine.

*Matthæus
Judeus.*

3. Cavendum circa Matthæum, ne quis eum putet fuisse ethnicum, quia publicanus erat.

Basnagius *Tom. I, Annal. eccles. p. 282. (1)*

*Lucas non
medicus
&c.*

3. Circa Lucam, ne quis putet eum fuisse medicum aut pictorem.

Basnag. *d. l. p. 713. & seq.* probat, Lucam Medicum, cujus mentionem Paulus facit, esse diversum a Luca Evangelista & *p. 587.* probat, falsum esse, quod Lucas pinxerit imaginem virginis, (2) quia scilicet apud Judæos ars pictoria habebatur inter artes illicitas.

*Varia fabule de Jo-
hanne E-
vangelista.*

5. Circa Johannem, (3) ne arbitretur, eum fuisse sponsum in Cana Galilææ & nuptias ejus fuisse a Salvatore rescissas, (a) ne quis credat, ea vera esse, quæ

(1) Ubi refutat Tertullianum, asserentem, omnes publicanos fuisse Ethnicos.

(2) Descriptio faciei virginis ibi proposita, eam facit minus pulchram.

(3) Adde Bailii dictionaire voce Johan-

nes. De scopo prologi in Evangelio Johannis late disputat Vieringa lib. 5. obs. sacr. c. 10. 11, 12, ubi etiam refutare voluit Clericum.

quæ de conversione latronis a Johanne facta latius ex Patribus repetit Caveus (b); Ne quis pro indubio habeat, quæ Patres de Johanne in fervens oleum conjecto & per miraculum servato narrare solent (c). Item quæ de fuga Johannis a Cerintho in balneo narrant (d). Ut taceam fabulas nonnullorum de Johanne plane non mortuo, sed ad Eliam & Enochum translato, aut quod in sepulcro suo dormiat (e).

(a) Basnag. p. 268. Caveus d. l. p. 523. (b) in vitis Apostolorum p. 525. & in Primo Christianismo (de quo idem formandum est iudicium, (4) quod modo de vitis ejus dedimus, unde & Arnoldus commotus fuit, ut huic scripto Cavei suum tractatum de statu primorum Christianorum opponeret,) lib. 3. c. 2. Ex Eusebio & Clemente Alexandrino refutat fabulam Basnagius p. 815. 816. (5) ubi etiam obiter ex Cassiano aliam fabulam notat de Johanne perdicem molliter demulcente. (c) Repetit hanc narrationem Caveus d. l. p. 514. ex Tertulliano: Sed Tertullianus fuit remotior a vita Johannis, nec ante eum quisquam memoravit. Adde, quod fuerit vir miri ingenii, de quo pluribus infra. (6) Adde, quod Eusebius, dum de relegatione Johannis in Pathmum agit, ea de re nihil memoret, cujus locum vide in H. E. Goth. lib. 2. p. 206. ut nec Origenes, cujus locum excerpit Basnag. p. 802. Alii variant in loco, & dicunt Ephesi id factum esse. Le Sueur, Tom. prem. de l'histoire de l'Eglise p. 422. (d) Re-

R 3

jicit

(4) Adde infra §. 17. bujus capitis.
(5) & Andreas Schmidius peculiari dissertatione. Timide hic procedit Basnagius,

(6) Infra §. 12. confer modo notata ad §. 3. Tertullianus fabulam ex libro 4. Esse credidit esse veram. Conf. supra c. 3. §. 9.

jicit id tanquam fabulam (7) non sine ratione Arnold. in *hiflor. haret. lib. 1. c. 4. n. 19.* & magis suspectum eam narrationem reddunt, quam confirmant, quæ de ea collegit D. Irtigius de *Hæresiarchis Sect. 1. cap. 5. §. 9.* (e) Quod ipsi Caveo ridiculum videtur *d. l. p. 519. seq.* etfi B. Augustinus videatur ei narrationi assensum præbuisse. (8)

Pseudo-evangelia.

6. A reliquis evangeliiis fictis & mendacibus (a) cavendum, ubi adhuc extant (b) tanquam a seductoribus, etfi quædam bona hinc inde sint immixta (c). Cavenda etiam distinctio inter pseudo-evangelia ab orthodoxis & hæreticis efficta (d), quod monitum etiam intuitu librorum supposititiorum, de quibus in sequentibus agemus, erit repetendum (e).

(a) Evangelium secundum Ægyptios, secundum Hebræos, Jacobi Prot-evangelium, Nicodemi evangelium, item evangelia Petri, Thomæ, Matthiæ, Bartholomæi, duodecim Apostolorum, Philippi, Judæ Thaddæi, Barnabæ, Andreæ, Matthæi, de Christi pueritia, item de Mariæ genere. du Pin *pag. 4 seq. edit. lat.* (b) Ut evangelium Jacobi, Nicodemi, de Christi pueritia (quæ etiam in linguam germanicam sunt translata) du Pin *ibid.* (c) Nam quis liber est ita corruptus, qui non boni quid contineat, propterea tamen reliqua libri non sunt etiam pro bonis habenda. (d) Utitur ea distinctione du Pin *d. l.* quasi scilicet illa, quæ ab orthodoxis sunt inventa aut laudata, erroribus careant, &

(7) Primus Irenæus eam refert ex relatione illorum, qui ex Policarpi ore id audiverint.

(8) Novissime errores varios de Joban.

ne in summam contraxit autor observ. 12. part. 3. der Unzerlesenen Aumerkungen p. 319. adp. 358.

& sola hæreticorum inventa sint fugienda. Hic enim latet arcanum Papismi. Conf. sup. cap. 3. n. 23. & 26.
 (e) Hoc notandum etiam contra Arnoldum & similes, dum Barnabæ, vel Clementis scripta dubia & supposititia, item vitas Patrum commendant, quod multa bona insint, & quod a Patribus fuerint, magni habita & commendata. vid. quæ statim dicemus de libris Sibyllinis.

7. Cavendum etiam a carminibus vel libris *Carmina Sibyllinis* (a), ob easdem rationes, quia scilicet *Siby- byllina.* lina sunt a quibusdam Christianis ex pia fraude adversus Ethnicos. (b)

(a) Valde commendant vel libros hosce [quos Germanice edidit 1702. Jo. Christian Nehring (9)] vel certe carmina Sibyllina ex Pontificiis Baronius aliique. Et ex novioribus Nat. Alexander *dissert. 1. ad seculum 1. Tom. 3. fol. 49. seq.* Ex Reformatis Isaacus Vossius *peculiari dissertatione.* Ex Lutheranis Tobias Wagner *in inquisitione in Oracula Sibyllina.* Arnold. *in Delineatione primorum Christianorum lib. 7. c. 5. §. 2. & in Hist. Hæret. lib. 2. c. 1. §. 7.* Sed fabulas subesse ostenderunt ex Pontificiis du Pin *Tom. 1. p. 30. seq.* Ex Reformatis David Blondellus *peculiari dissert.* Basnagius (10) *Tom. 1. pag. 147--154.* (ubi etiam de quarta Virgilii Eclog.) Ex heterodoxis Socinus *in Anti-Wieko.* Antonius van Dale *de Oraculis cap. 18. p. 405. & de falsa Prophecia cap. 6. & 7. p. 308. seq.* (b) Ad eorum convictionem. Unde nova cautela. Cavendum maxime a piis fraudibus, hodie

(9) Et prolixè eorum veritatem defendere voluit in dissertatione novæ editioni præmissa. *fat esse creditum, ac si Antoninus Pius librorum Sibyllinorum lectionem prohibuisset.*
 1719. præmissa. *Basnage Tom. 2. f. 87.*

(10) Fallit Baronius, dum a Justino pu-

die etiam apud orthodoxos non infrequentibus. Pia
fraus est idem ac pium scelus. (11)

*Fabula
multa de
Maria &
Josepho.*

8. Ex istis pseud-evangeliiis ortæ sunt multæ
fabulæ de Josepho (12) & Maria, Pontificiis valde pla-
centes, vel etiam auctæ, maxime vero de Mariæ mira-
culosa conceptione (13) & nativitate (a), de ejus edu-
catione (b), de miraculis (14) in sponsalibus virginis
(15) cum Josepho, quæ Eustathius refert (c), de mor-
te, assumptione, sepulcro (d), de translatione virginei
cubiculi in Italiam, unde Virgo Lauretana (e), quas
diligenter refutat Basnagius. Epistolas virgini affi-
ctas ad Ignatium & ad Florentinos & ad Messanenses
supposititias esse monstrat du Pin (f).

(a) Tom. I. f. 71. & 85. (b) d. fol. 85. seq. (c) fol. 98. (d) f.
581-588. (e) fol. 163. 164. (f) p. 3.

*Questio de
virginitate
Mariæ in
partu & post
partum.*

9. Sed fabulæ illæ sæpe tantam auctoritatem
nactæ sunt, ut ex nostratibus cordatiores non aude-
ant errores ad oculum demonstratos, cordate profi-
teri esse errores, quo pertinet disceptatio de virginita-
te Mariæ in partu & post partum. (16)

Mariam

(11) Aliud dolus bonus, aliud fraus
pia: Doli vox est indifferens, uti: dolus an
virtus quis in hoste requirat. At fraus
semper scelus denotat: Differunt ut falsi-
loquium & mendacium.

(12) An virgo, an viduus, an faber li-
gnarius, an ferrarius. Basnage fol. 94. an
juvenis, an senex. Id. fol. 97.

(13) De sterilitate Annæ, de appari-
tione Angeli nuntiantis Annæ futuram nati-
vitatem Mariæ.

(14) De columba ex virga Josephi vo-
lante & ejus capiti insidente.

(15) De annulo pronubo virginis vid.
Spanheim. introd. ad sec. 15. Seldenus de
uxore Hebr. l. 2. c. 14. in fine, Prolixe fa-
bulam narrat Hottingerus citatus Span-
heimio.

(16) Clemens Alex. Stromatum lib. 7. f.
m. 242. b. Dicunt quidam, Mariam, post-
quam peperisset ab obstetrice inspectam, in-
ventam fuisse virginem.

Mariam fuisse virginem ante partum i. e. non concepisse Christum ex virili femine, docet scriptura. Sed Hieronymus in disput. adversus Helvidium ex nimio virginitatis amore defendit, Mariæ uterum in partu non esse apertum, (17) nec post editum partum concubuisse cum Josepho. (18) Hæ duæ sententiæ a Pontificiis ita canonizatae sunt (posterior ob interesse de sacramento matrimonii, & de sanctitate votorum castitatis,) ut & hodiernum Basnagius, etsi primam falsitatis convicerit *fol. 113.* & de posteriore dicat, eam non esse articulum fidei *fol. 106.* tamen non audeat, eam erroris condemnare, sed ratiunculis levioribus defendere malit. Magis mirandum, medicum Thom. Bartholinum de morbis biblicis *pag. 78.* priorem fabulam defendere alia fabula ex Suida, quod membrana virginitatis signum in defunctæ cadavere sit reperta. (19)

10. De Christo (20) tamen plures fabulas ostendit & refutavit Basnagius, præcipue de bove & a-
fina ad præsepe Christi alligatis (a), de inspiratione in-
fantum ab Herode interfectorum (b), de arbore Æ-

gy-

(17) *Contraea, quæ scriptura docet de purificatione Mariæ. Ignatius Lojola, voluit interficere quendam, qui negaverat, Mariam mansisse virginem post partum. Ribaden. Ethen Ignatii Lojola p. m. 19.*

(18) *Scriptura saltem dicit, Josephum non cognovisse Mariam, donec peperisset. Matth. I. v. ult. Non obstat 1. Sam. XV. 35. quem textum urget Hammondus hic. Et navrantur fratres Domini in scriptura, unde dissentientes coguntur fingere, Josephum fuisse viduum, dum duceret. Virgi-*

(Cant, Eccles.)

nem. Doctrina de virginitate Mariæ post partum forte est conclusio ex falsa hypothese doctrinæ Pontificiæ, quasi Maria in tenera ætate votum fecerit perpetuæ castitatis. Vide memoires de Tillemont Tom. I. par. 1.

(19) *Addecoroll. 3. ad disput. de jure principis circa Adiaphora contra Huterum.*

(20) *Josephi testimonium de Christo falsitatis suspectum habet Vitringa Hypocryp. Hist. sacræ p. 189. §. 68.*

S

gyptiaca Christum adorante, & de miraculis Christi in Ægypto, (c) de virtute curandi lepram aquis impressa post baptismum Christi (d), de jejunio quadragesimalia Christo instituto, & ab Apostolis usurpato (e), de solo Petro a Christo baptizato (f), de statua Christi ab hæmorrhoufa posita (g), de sancta Veronica, de sudario Christi (h), Patrum commenta de cruce (21) Domini (i), de impressis saxo Christi adscendentis vestigiis (k).

(a) *Tom. 1. fol. 111.* (b) *fol. 137.* ut scilicet posset defendi, infantes fuisse martyres, & in Jesum Christum credidisse. (c) *fol. 140. seq.* (d) *fol. 257.* (e) *fol. 258.* (f) *fol. 273.* (g) *fol. 307.* (h) Miror, Basnagium nil habere de hac fabula, cum tamen ejus falsitatem agnoverit satis palpabiliter Nat. Alexander (22) *Tom. 3. fol. 6.* (i) Basnage *fol. 387. seq.* (k) *fol. 420. seq.*

Fabula de interitu oraculorum, & similes.

ii. Peculiarem meditationem requirit refutatio fabularum, quod idola ceciderint in Ægypto adveniente Christo (a), de oraculorum silentio post nativitatem Christi (b), de magni Panis morte (c), ut quæ altas radices egerunt, etiam in animis Protestantium, ob præconceptam opinionem de diabolico idola inhabitante & miracula per illa, ut & oracula per Pythiam &c. edente (d).

(a) Basnag. *Tom. 1. f. 140.* (b) *fol. 170.* (c) *fol. 401.* (d) Sed omnia oracula fuisse fraudes & techas sacerdotum, palpandum dederunt Fontenella Gallus & Antonius van Dale *peculiaribus libris de oraculis*, qui posterior etiam fabulas in thesi contentas refellit.

12. Re-

(21) *Et ejus figura secundum literam Græcam. T.*

(22) *adde Tillemont, Tom. 1. p. 243.*

12. Refert etiam Tertullianus, Tiberium ob relationem miraculorum Christi, sibi a Pontio Pilato factam, proposuisse senatui Romano, annon Christus inter Deos recipiendus sit, & latius ista auget Eusebius, unde postea epistolæ Pilati & acta Pilati prodierunt, sed hæc omnia ad fabulas pertinere ostendit idem Basnagius.

Epistola & acta Pilati.

Tom. 1. pag. 433. seq. Natalis Alexander *Tom. 3. fol. 9.* epistolas Pilati pro veris habet, sed du Pin rejicit *Tom. 1. p. 35.* ubi & similis fabulæ, de Lentuli ad Senatum epistola meminit. Add. etiam Anton. van Dale de actis Pilati & epistolis *in Tract. de oracul. p. 688. seq.*

13. Nec omittendæ sunt fabulæ de Anna Prophetissa moniali (a), de magis regibus (b), de educatione Johannis (23) Baptistæ (c), de Abgaro & Christi ad eum epistola & Thaddæi ad eum ablegatione, item de imagine Christi ad Abgarum missa (d).

Alia fabula ad historiam Christi pertinentes.

(a) Basnag. *fol. 126.* (b) *fol. 127.* (c) *fol. 145.* (d) *fol. 251. seq. 281. seq.* consentit du Pin *fol. 1. & 2.* & Natalis Alexander *Tom. 1. dissert. pecul. 3. fol. 85. seq.*

14. Nec pauciores fabulæ sunt notandæ circa Apostolorum vitas, instituta, scripta. Sic fabulis merito accensenda, quæ communiter traduntur de Jacobo majore, ejus Episcopatu Hierosolymitano & similibus (a). Fabella Luciani Presbyteri de sepultura Stephani (b), tabulæ de Petri Episcopatu Antiocheno & Romano (c), de lignea Petri cathedra Romæ conservata (d), variæ fabulæ a Patribus immixtæ ob-

Multa fabula ad vitas Apostolorum spectantes.

S 2

jur-

(23) *Johannem a prima nativitate in Eremito mansisse, & cum serpentibus luisse &c.* ex Hieronymo & Chrysostomo.

jurgationi Petro a Paulo factæ (e), multæ fabulæ de Barnaba (f), de morte Jacobi fratris Domini (ff), de gestis inter Paulum & Theclam (g), fabula de penula Pauli (h), fabula Ambrosii de Christo, Petro fugere volenti apparente (i), de falso miraculo in martyrio Pauli, scilicet lacte loco sanguinis profluente (k), unde vitæ Apostolorum a Caveo sæpe papizante editæ cum magna cautione legendæ. (l)

(a) Basnag. fol. 429-432. (b) fol. 464. conf. Bibl. univers. Tom. 6. p. 13. (c) p. 503. seq. item 522. seq. (d) fol. 536. (e) fol. 594-598. conf. Nat. Alexander Tom. 3. fol. 12. & dissert. 11. f. 174. seq. (f) fol. 613. seq. (ff) fol. 101. confer Nat. Alexandrum Tom. 1. fol. 14. (g) fol. 554-560. conf. du Pin pag. 6. Et fabulæ pueriles cuilibet apparent exactis Theclæ germ. editis 1702. etiam si ob multa bona immixta (sed vid. supra n. 6. lit. c.) commendentur ab Arnaldo in præf. §. 24. & 25. (h) Basnag. fol. 726. 727. contra Baronium, qui vel sacram vestem, vel volumen sacræ legis subintelligit. Unde facile satisfieri potuerit Masio, posteriorem explicationem Baronii recoquenti, ad tollendam videlicet objectionem contra inspirationis divinæ vulgarem conceptum. conf. Tom. 2. Bibliothec. universell. p. 77. seq. (i) & (k) fol. 735-738. (l) Repete jam supra dicta ad n. 2.

*Multorum
arcanorum
Papatus in-
ventio Apo-
stolis falso
adscripta.*

15. Porrò cum Clerus Pontificius multa arcana Papatus deducere voluerit ex institutis Apostolicis, prudenter fecit Basnagius, ut & horum lubricitatem demonstraret, unde ostendit, fabulas esse, quæ finguntur de institutis ab Apostolis horis canonicis (a), minoribus (24) ordinibus (b), in specie exorcistis (c), con-

(24) i. e. subdiaconis, lectoribus, cantoribus, ostiariis, exorcistis &c. ex supposititia Ignatii Epistola.

(c), confirmationis Sacramento (d), Metropolitanis & Hierarchia ecclesiastica (e), item differentia inter Episcopos & Presbyteros (f), Sacramento ordinationis (g), vigiliis (gg), tonsura Clericorum (h), extrema unctione. (i) &c.

(a) fol. 437. item 627. seq. (b) fol. 451. seq. (c) fol. 662. seq. (d) fol. 468--476. Dallæus peculiari scripto de confirmatione, quem refutare vult Nat. Alexander *dissert. 10. sect. 2. fol. 416--452.* (e) fol. 503--510. (f) fol. 721. seq. Nota controversia inter Blondellum & Hammondum, quam recoxit nuper Henricus Dodwellus, (25) adversus quem scripsit Jenæ 1705. Dn. Buddeus exercitationem (26) de origine & potestate Episcoporum. (g) fol. 546. (gg) fol. 629. seq. (h) fol. 681. seq. (i) f. 691. seq.

16. Et si vero nullum sit dubium & scriptura *Fabula de sacra iddoceat, ab Apostolis prædicatum esse E-vangelium per mundum univ-ersum, detexit tamen mul-tas Patrum & Monachorum fabulas laudatus Basna-gius (a) de regionibus, (27) ad quas profecti sunt Apo-stoli, repetitas a Natali Alexandro (b).*

(a) fol. 539. 540. item p. 560--578. (b) ad seculum 1. cap. 8. quamvis in quibusdam consentiat cum Basnagio, ut *dissert. 18.* de fabula, quod Jacobus in Hispaniam missus sit, & *dissert. 16.* de Dionysio Areopagita, de quo vide *infra* §. 37.

§ 3

17. Qua-

(25) Ostendens, Episcopalis potestatis (videl depositionis, heretificationis, excommunicationis) originem a Christo & Apostolis, item independentiam a principibus.

(26) Sed & ipse Dn. Buddeus ibi passim papizat, quamvis non adeo crasse, uti

Dodwellus, ut alibi forte ostendetur.

(27) Eodem modo deceperunt hic Laicos Clerici. uti in doctrina de migrationibus liberorum Noachi. Repete supra dicta cap.

5. §. 1.

*Cavei de-
scriptio pri-
morum
Christiano-
rum.*

17. Quare in his & similibus quam maxime cavendum a Cavei descriptione primorum Christianorum, utpote qui omnia, quæ in seculis quinque prioribus saltem aliquo modo in usu fuerunt, ad statum primi Christianismi refert (a), adeoque in plurimis necessario papizat (b), ob neglectas cautiones generales, (28) de quibus supra diximus (c).

(a) Contra cautelam §. 13. 14. capit. preced. (b) Specimenis loco confer, quæ Parte 1. a cap. 8. ad finem differit, cum illis, quæ modo §. 15. ex Basnagio annotavimus.

(c) Supra cap. 3. § 7.

*Falsa scri-
pta & acta
Apostolica.*

18. Ad tales fabulas populo persuadendas opustuit variis scriptis Apostolis suppositis, puta falsis actis Apostolicis (a), falsis apocalypsibus (b), falsis epistolis (c), falsis liturgiis (d). &c. quæ distincte examinat Du Pinus.

(a) Du Pin Tom. 1. p. 6. & 26. (b) pag. 7. (c) ut Pauli na ad Laodicæos d. pag. 7. (conf. Basnagius pag. 708. 709.) ad Senecam & hujus ad Paulum pag. 36. (d) pag. 12. seq. cñ. quoad falsam Jacobi liturgiam Basnagium f. 694. seq.

*Abusuum
potestatis
clericalis
inventio
Christo &
Apostolis
falso ad-
scripta*

19. Cum vero arcana Imperii Clericalis potissimum nitantur fulcris fidei formularis & potestate legislatoria, seu canones & constitutiones edendi, item potestate hæretificandi per excommunicationem & concilia: (29) inde operam dedit Clerus Pontificius, ut hæc singula ex institutis Apostolicis vel Christi ipsius derivaret. Qua in re cautiorem oportet

(28) Potissimus nevus Cavei in eo consistit, quod delineare voluerit statum primorum Christianorum secundum statum ho-

diernum Ecclesie Anglicanae. Confer supra dicta §. 5. lit. b.

(29) Adde infra cap. 18. §. 7. seq.

ter esse studiosum juris, quia hujus Papatus reliquiæ fatis crassæ adhuc regnant subinde apud Protestantes.

20. Ita diu creditum fuit etiam inter Protestantes, symbolum Apostolicum habere Apostolos *Fabula de simbolo A-* autores (a), donec a Reformatis contrarium fuit mon *postolico.* stratum (b), ut hodie etiam cordatiores ex Pontificiis fucum agnoscant (c), & tamen adhuc hodie inter Protestantes hoc symbolum solet usurpari, non solum, ut complexus doctrinæ Apostolicæ (d), sed & ut norma tolerantia incredulorum (e), ad quem finem videtur esse a Clero Papali fictum. (f)

(a) Vid. centuriator. Magdeburg. *Centur. 1. lib. 2. fol. 65. seq.* (b) vid. Vossium. *Dissert. de tribus symbolis.* Basnag. *Tom. 1. fol. 527. 532.* ubi respondet Natali Alexandro, symbolum ab Apostolis esse traditum defendere volenti. *Tom. 3. dissert. 12. pag. 139. seq.* (c) du Pin *Tom. 1. p. 14. seq.* (d) De eo enim non est dubium, Apostolos ea docuisse, quæ continentur in simbolo, du Pin *d. l. p. 15.* (e) Unde solent illi ex Protestantibus, qui consilia pacifica uniendi religiones dare solent, svadere, ut symbolum Apostolicum sit norma tolerantia. Etsi zelotæ ne hoc quidem consilio velint esse contenti. vid. Calixtum *de Hæresi & Schismate* §. 54. *seq.* & plurima scripta in controversia Saxonico Calixtina, item Calôvii *historiam syncretisticam.* (f) Scilicet ut sit character fecernendi orthodoxos ab hæreticis. Du Pin *d. p. 15.* Basnag. *fol. 529. n. 20.*

21. Similiter etiam effecti sunt canones & *Falscano-* constitutiones Apostolicæ, quibus tamen hodie ita *nes & con-* lar-

*Situationes
Apostolica.*

larva detracta est a Protestantibus (a), ut ejus fabulæ etiam ipsos doctores Pontificios pudeat (b).

(a) Primo a centuriatoribus Magdeb. postea cum Francisc. Turrianus adversus centuriatores eorum defensionem suscepisset, a Dallæo & Blondello, vid. late *Mastricht histor. jur. can. n. 105. - 136.* (b) vid. du Pin. *Tom. 1. pag. 20. seq.* Nat. Alexander *ad seculum 1. dissert. 18. 19. 20.*

*Falsa origo
excommu-
nicationis.*

22. De excommunicatione equidem silent scriptores historiæ ecclesiasticæ (a) religionis Protestantium (30) ad tradita Papatus de excommunicatione a Christo præcepta & Apostolis usitata; imo Nostratestam Theologi, (31) quam J.Cti (b) errorem istum acriter defendere solent, ut adeo maxime opus sit studioso de jure Principis circa sacra & cognoscendis arcanis papatus sollicito, intrare, in cognitionem intimam arcani illius (c).

(a) Etiam Arnoldus. (b) vid. Huber. *de jure civitat. lib. 1. sect. 5.* (c) vid. not. nostr. *ad dist. sect. Huberi*, ubi historiam controversiæ exposuimus & præcipua huc pertinentia ex Thoma Erasto, Ludovico Molinaeo, Johanne Seldeno excerptimus.

*Falsa comparatio
concilii
Hierosolymitani cum
conciliis sequentibus.*

23. Denique cum concilia Cleri nullum alium scopum habuerint, quam hæretificandi & imperium exercendi, valde cavenda est conciliorum Clericali-um justificatio, quasi concilia talia, etsi non ab Apostolis sint instituta, tamen sint conformia exemplo Apostolico concilii Hierosolymitani super controversia de

(30) *Vitringa tamen in Hypos. bist. sacrae p. 287. §. 43. seq. nobis non contradicit, sed ejus sententia est satis temperata.*

(31) *Ut v. g. Buddeus in dissert. adver-*

sus Dodwellam. Pertinet etiam ad novissimos Arnoldi quod excommunicationem non solum defendat, sed & commendat. Adde supra c. 8. n. 13. seq.

de circumfione , & hoc iterum vel maxime ideo, quia fere defunt, qui differentiam inter concilium Apostolicum & concilia Cleri accurate monstrent. (32)

Fortē primus (33) eam ostendi in lectionibus publicis ad *lib. 1. tit. 1. Cod.* (relatis postea in *Tom. 2. observ. Hall §. 22. 63. 64.*) unde repetit Arnoldus *lib. 1. cap. 3. §. ult.* Adde vindicias nostras juris majestatici circa sacra, §. 24. Item *Dreyfache Rettung* *ic. p. 21. & parte 3. p. 62. 63.*

24. Jam ad viros Apostolicos & Patres per- *Cavenda*
gendum, & loco cautelarum generalium monen- *nimia Pa-*
dum: ut caveamus nimiam Patrum æstimationem *trum vene-*
& venerationem ortam ex præjudicio antiquita- *ratio.*
tis (a), aut etiam ob interesse varium (b), quo plerique ex Pontificiis non solum, sed & ex Protestantibus laborare solent (c).

(a) Vid. Cleric. *vol. 3. art. crit. epist. 4. p. 124. seq.* ubi ostendit, Patres ob antiquitatem nequaquam esse præferendos recentioribus. Imo *p. 154.* Justino & Irenæo præfert Grotium & Hammondum. (b) Ita Pontificii (34) auctoritatem Patrum maxime tuentur, quia negant,

(32) Autor præfationis ad concilia illustrata Ruëlii (ab initio) originem conciliorum ex V. T. arceffit, sed more Postillantico ex Concordantiis. Plerumque disputatur de sensu concilii Hierosolymitani, imprimis quoad esum sanguinis & idolothorum. *Basnage Tom. I fol. 599. ad fol. 612. ubi vult refutare Spencerum.*

(33) Imo jam Lambertus Velthebuisus operum p. 601. differentiam hanc ostendit. Confer. *Virringa Hypot. bist. sacræ p. 293.*

(Caut. Eccles.)

§. 48. 49. Adde infra cap. 18. §. 35 seq. & notas ad Lancel. p. 13. ad p. 16.

(34) Ita Natalis Alexander dissert. 16. ad secul. II. prolixè disputat. de necessitate traditionum, cum eam videlicet negaverint, ut dicit, Valentini, Gnostici, Ariani, Sociniani, Lutherani & Calviniani, & vult simul respondere ad Job. Riveti librum de auctoritate Patrum & libros Dallai de usu patrum; In §. 22. & 23. exhibet synopsis librorum Dallai, ex qua apparebit, Dallauum

I

in

negant, solam scripturam esse normam fidei nostræ, nili adjungatur explicatio Patrum, quam ob causam Dallæus potissimum edidit tractatum suum *de usu Patrum*, quem adversus Caveum defendit idem Clericus *ibid. p. 117.* Ita Patres a Pontificiis modo magni æstimantur, modo contemuntur, prout interest laudantium vel contemnentium. *Bibl. univ. Tom. 15. p. 66.* (c) *Biblioth. univers. d. l.* vide, quæ de Caveo modo notavimus.

Enimius contemptus eorum.

25. Caveri etiam debet, ne detrahatur aliqua veneratiō (a) Patribus & ordini ecclesiastico debitæ & eorum usui (b) & ut potius ignoscamus eorum nævis, quam ut in eos invehamur, aut eos increpemus (c).

(a) De veneratiōe Patrum *Bibl. univers. Tom. 3. pag. 127.* Clericus *d. epist. 4.* (b) De quo, ut diximus scripsit Dallæus. adde Cleric. *d. epist. 4. p. 136. seq.* (c) Cleric. *d. l. pag. 124. 135.*

Pro contemptu tamen non habenda modesta observatio.

26. Non autem detrahitur quicquam veneratiōi debitæ Patribus & ordini ecclesiastico, si modeste dissentias (35) a Patribus (a), si ostendas, eos sæpe opiniones mutasse pro varietate loci ac temporis, sæpe persuasiōibus ac imaginatiōibus propriis multum in-

in plerisque nobiscum sentire, & dignum adeo esse tractatum Dallæi ut omnibus studiosis Historia Ecclæs. commendetur. Imo hanc ipsam de veneratiōe Natalis Alexandri non, lacuisse censoribus Pontificiis quodammodo patet ex scholiis, quæ Autor in nova editione dissertationi subjunxit. Nota. 38. sect. 2. p. 20. seq. tractatum illum

Dallæi & ejus contenta summam propositi sui. Adde etiam Hoornbeck *Miscell. sacr. lib. 1. cap. 1. §. 5. seq. p. 8. seq. It. Barbeyrac. Prefat. ad Pufend. opus majus §. X. novæ edit. a p. 50. ad p. 66.*

(35) Sic anno 1670. edidit Job. Christophorus Meißner Coronam centum Patrum, in qua nævis eorum non dissimulat. Quod & facit Scultetus in medulla Patrum.

indulſiſſe (c), ſæpe fuiſſe deceptos per falſa & ſuppoſi-
 titia acta Apoſtolnrum (d), ſæpe erraſſe (e), ſæpe non
 uſos fuiſſe debito modo ſubſidiis hiftoricis & chrono-
 logicis (f), ſæpe a Philoſophis ethnicis hauſiſſe inania
 figmenta, illisque incaute corrupiſſe Theologiam
 Chriſtianam (g), ſæpe abuſos eſſe ſtudio Rhetoricæ &
 artis declamatoriæ (h), ſæpe neglexiſſe aut non debi-
 te uſurpaſſe ſtudium Hebrææ linguæ (i), ſæpe con-
 fuſe ſcripſiſſe & ſine ordine (k), ſæpe obſcure & ambi-
 gue ſine debita explicatione terminorum & forma-
 tione ſtatuſcontroverſiæ, ſæpe fervide diſputaſſe (l).
 &c.

- (a) Erasmus apud Cleric. *Bibl. Choïſe Tom. 5. pag. 195.* (b)
Bibl. univerſ. Tom. 3. p. 42. (c) *ibid. Tom. 12. p. 285.* (d) *i-*
bid. p. 413. (e) Cleric. *d. epiſt. 4.* (f) Cleric. *d. epiſt. 4. p.*
128. (g) *ibid. p. 130.* (h) Cleric. *volum. 1. art. crit. p. 486 ſeq.*
 Conf. *Bibl. univerſ. Tom. 16. p. 179.* (i) *idem d. epiſt. 4. p.*
131. ſeq. (k) *ibid. p. 138. ſeqq.* (l) *ibid. p. 140.* Bibliotheqe
 univerſelle *d. Tom. 16. p. 179.*

27. Uti enim hi ſunt nævi humano ge-
 neri communes, & Patres fuere homines nequaquam
 a Deo inſpirati, alias enim eorum libri æquiparandi
 eſſent ſcripturæ ſacræ (a): ita calumnia eſt, eos, qui ta-
 lia veritatis cauſa oſtendunt, criminari, ac ſi hiſce ob-
 ſervationibus detrahatur aliquid reverentiæ debita
 ordini eccleſiaſtico. Imo potius evidentè jam ab aliis
 oſtenſum, non poſſe a ſtudioſo ſapientiæ ſalvo viri
 boni & hiftoricæ officio talia diſſimulari (b).

- (a) Habendi eſſent eorum libri pro libris Canoniciſ.
 Neque enim credo Noſtrates negaturos eſſe confe-

quentiam, etsi eam neget du Pin (36) *Tom. I. pag. 9.* ad Canonicos libros requirens consensum præterea Ecclesiæ. Adde Basnag. *Tom. 1. fol. 53. conf. mox s. 32.* (b) vid. Cleric. *d. vol. 3. art. crit. epist. 3. & 5. p. 162. seq. item p. 183. seq. & tota epistola sexta.*

Differentia inter pietatem & infallibilitatem.

28. Ergo quam maxime cavendum a fallacia consequentiæ, ac si pietas conjuncta sit cum eruditione aut infallibilitate, ac si, qui errores viris piis ostendit, detrahat aliquid eorum pietati.

Cleric. *d. ep. 4. pag. 134. seq.*

Cavei vitæ Patrum & Martyrum.

29. Cavendum adeo erit maxime a Cavei vitæ Patrum & Martyrum priorum seculorum, utpote qui panegyristam agit, non historicum, & in aliis taxat, quod næ vos Patrum non dissimulaverint.

Vid. Excerpta ex illo libro *Bibl. univ. Tom. 6. pag. 1--55. &*

Cleric. *d. epist. 3. 4. 5. 6.*

Navi martyrologiarum.

30. Cavendum etiam a Martyrologiis, utpote quæ non solum multos falsos martyres (37) narrant, sed & de veris multa sæpe impudenter fingunt (a). Quare etiam cum multa cautione legendæ sunt collectanea Arnaldi de Martyribus primis (b).

(a) Bisnag. (38) *Tom. 1. p. 753. seq. item 807~810.* (39) Cleric.

(40) *d. ep. 5. p. 167.* (b) edic. German. *in 12. anno 1695.*

31. Qua-

(36) Ubi de Barnabæ Epistolis agit. Adde Basnag f. 616. s. 53 qui nobiscum sentit.

(37) Leannins falsos martyres plures ostendit Pontificiis Baile *Diction. critique* voce *Jub. de Launois* lit. g.

(38) Ubi de fide & antiquitate martyrologiorum suspectis agit.

(39) Ubi contra Dodwellum disputat,

paucitatem martyrum adstruentem. Ostendit tamen, multos falsos & fictos martyres (ex hæreticis) in martyrologiis apparere.

(40) Clericus notat, in martyrologiis dissimulari sæpe horrorem naturalem mortis, cum tamen Evangelium etiam de Christo cum narret.

31. Quare non mirandum, quod ex Pontificiis *Patrum 1. seculi incli-*
 ipse Du Pin cordate fateatur, primi statim seculi Pa- *natio ad fa-*
 tres valde addictos fuisse fabulis & allegoriis, cum ipsa *bulas & al-*
 experientia testetur, primorum Christianorum li- *legorias.*
 bros repletos esse fabulis & allegoriis, neque id mi-
 randum, quia Judæi jam tum adiveti erant, totam scri-
 pturam allegorice exponere.

Du Pin *Tom. 1. p. 10.*

32. In eo tamen peccat Du Pin, quod istam ob- *Barnabæ e-*
 servationem applicet ad Barnabæ epistolam; Ete- *pistola.*
 nim, quoniam certum est, eam quæ communiter pro
 hac epistola venditur, talibus ineptis fabulis & alle-
 goriis esse repletam, indignis plane Apostolo Spiri-
 tu S. repleto, potius exinde colligere debuisset, eam
 epistolam esse supposititiam.

Uti etiam perspicue ostendit Basnagius *fol. 616. seq. (41)*
 unde facile patebit, quid sentiendum sit de Arnoldi
 judicio, qui *in pref. ad vers. germ. hujus epistola* eam com-
 mendat, quasi lector attentus in ea deprehensurus sit
 spiritum & virtutem Apostolicæ proximam.

33. Alia ratio est Patrum reliquorum, qui etsi *Patres reli-*
 fuerint discipuli aut adjuutores Apostolici, vel Episco- *qui Aposto-*
 pi ab iis constituti, nequaquam tamen cum Apostolis *lis non equi-*
 comparari merentur. Neque adeo eorum venera- *parandi.*
 tioni adversum est, si quis observet, errores, adhibitio-
 nem fabularum & longe quæsitaram allegoriarum
 fuisse cum ipsorum pietate conjunctos.

T 3

Conf.

(41) *Ubi docet, jam Eusebium notasse eam epistolam esse supposititiam: item Hieronymum: & specimina quædam recenset eadem dicta Epistola doctrinarum ineptiarum; nempe. Apostolos fuisse peccatores maximos; de duratione mundi, de ineptis allegoriis; de cruce, de unctione sacerdotum, hirco &c.*

Conf. omnino Basnagium *fol. 616, §. 53.* de Episcopis eorumque scriptis non comparandis cum Apostolicis.

Herma Pastor.

34. Non mirandum adeo, quod antiqui Patres Hermæ Pastorem ut librum canonicum receperint, aut certe ut opus magnæ autoritatis citaverint, cum tamen recentiores id non faciant, & ipse Du Pin ex ratione, qua scriptus est, & ex rebus, quas complectitur, (i. e. visionibus, allegoriis, similitudinibus) iudicet, eum non esse magni habendum.

Du Pin *p. 42, seq.* conf. Basnag. *Tom. 2, fol. 111-116.* (42)

Fabula de Clemente Romano, eius epistola.

35. De Clemente Romano, fabulas de ejus morte & miraculis sepulchri notavit (43) Basnagius (a); Epistola (44) prima ad Corinthios ab Arnolde germanice versa docet, genium scribendi simplicem, purum & ingenium pro more illius temporis (b), sed tamen scriptis Apostolicis haud par est, sed maculis quibusdam laborat, a Basnagio (45) excerptis (c), ab Arnolde excusatis (d), De posteriore epistola, cujus fragmentum etiam vertit Arnoldus, dubium est, an sit genuina (e).

(a) *Tom. 1, fol. 320.* conf. Arnoldi *præf. ad vers. germ. epist. Cls-*

(42) Ubi inquit: Pastor an conditus ab Herma Pauli discipulo? Hermas quis? ac simul docet, quod Pastor secundo seculo fuerit scriptus: item quinam sint errores in hoc libro; a Paulino Hermæ Pastorem abjudicari; nec fuisse in presio veteribus omnibus, nec adeo utilem esse: duone fuerint libri, alter ab Hermæ, alter ab Hermato, editi? &c.

(43) Scilicet: Martyrium tacent Eusebins & Hieronymus: Dicitur tamen a Ba-

ronio, eum in mare precipitatum, & die festo Clementis recedere mare per tria millia: Addit Nicephorus miraculum de puero sub mari servato.

(44) Clementis Epistole due ad Corinthios edente Colomesio Londini 1687. in 12^o pag. 377. Excerpta inde vide Tomo IV, *Bibl. univ. p. 518. seq.*

(45) de Phœnice ave & argumento inde ad resurrectionem summo: de proxime expectando adventu Christi ad iudicium.

Clementis b. 3 seq. (b) Photius apud Du Pin p. 45. (c) fol. 757. seq. (d) d. prof. (e) Basnage & Du Pin ad. ll.

36. De reliquis libris Clementi suppositis, ut *Alia scripta* libris recognitionum sive peregrinationum Petri, *falso Cle-* constitutionibus Apostolicis, item epistola ad Jaco- *menti tri-* bum, fusius jam actum ab aliis (a), & certe libri reco- *bua.* gnitionum tot tabulis, ineptiis & impietatibus reple- tæ sunt, (46) ut satis mirari nequeam, qua ratione Arnoldus eorum versionem germanicam tam serio commendare potuerit (b).

(a) Basnage *d. fol. 820. seq.* & Du Pin *p. 45. seq.* (b) in præ- fatione. Edita est versio Berolini 1702. in 8vo. cum pseudo-actis Pauli & Theclæ.

37. De Dionysio Areopagita, vel potius de *Fabula de* operibus ei affectis non miror, quod Arnoldus ea, ut *Dionysio A-* genuina voluerit defendere (a), ob nimium scilicet *reopagita* ejus affectum erga Theologiam mysticam & præju- *& ejus li-* dicitium de abjicienda Christiano ratione. Sed qui ab *bris.* eo affectu sunt liberi, facile animadvertunt pondera- tionum, quibus utuntur, qui omnia opera Diony- sio

(46) *Est enim hæc acta contineant* quadam bona usurpanda adversus modum violentum Papisticum, infideles ad fidem convertendi, ex re lativis ibi initio libri 10. p. 461 seq. continet tamen etiam multa absurda a fide Christi & methodo docendi Apostolica aliena. v.g. per emendationem intellectus perfici voluntatem (p. 194. 280. 438. 487.) de libero arbitrio voluntatis; (p. 301.) de æternitate mundi; (p. 29.) de trinitate Cabbalistica; p. 30.) de loco medio inter cælum & infernum, omnino ta-

men, p. 61.) de piis fraudibus sed revera impiis a Petro aulibitis adversus Simonem Magum, (p. 109. 141. 510.) de descriptione Petri ac si Enthusiasta fuisset (p. 154.) de Simonis principis Cartesianis (p. 157.) de prohibita comestione cum non baptizatis (p. 152.) de confusione veritatis & potentie, item diversorum finium punarum, falsa definitione voluntatis, (p. 176. seq.) de voluptate unico fonte mali (p. 251. seq.) ex qua oriatur ambitio & avaritia (p. 256. 268. 329, conf. tamen p. 308.) &c.

ſio ſuppoſita (47) & de num quarto ſeculo (48) ad ſtabiliendam hierarchiam papificam & Theologiam myſticam eſſe efficta oſtenderunt (b). Ut de aliis fabulis, quæ de Dionyſio narrari ſolent (c), jam taceam.

(a) Hiſtor. hæret. *lib. 1. cap. 2. n. 9. 10.* (b) Du Pin *p. 51. ſeq.* Baſnag. *fol. 645. ſeq.* Antea Dallæus peculiari ſcripto id docuerat. Fruſtra laborat etiam Natalis Alexander *differt. 22.* pro iſtis libris. (c) Potiſſimum de ejus adventu in Galliam & quod idem ſit cum Dionyſio Gallico. Baſnage *fol. 640. ſeq.* (confer de fabuloſo Lazari & Mariæ Magdalenæ in Galliam adventu eundem *fol. 465. ſeq.*) contra Nat. Alexandrum *diff. 16. & 17.* du Pin *pag. 51. & 56.* (49.)

De Hæreticis primi ſeculi multa fabuloſa.

38. Quod Hæreticos primi ſeculi attinet (50), non mirandum, quod Arnoldus (a) tot fabulas aut falſas vel dubias perſuaſiones de illis annotet, cum quæcunque de illis narrantur, fere originem debeant ipſorum adverſariis (b), unde & D. Ittigius caute procedit, nec temere quid de iis affirmat, ſed quid de illis hic vel ille aſſeruerit, bona fide recenſet (c).

(a) *Lib. 1. cap. 4.* (b) Vid. elegantem cautelam huc pertinentem in *Biblioth. univ. Tom. 20. p. 122. ſeq.* (51) (c) Adhibet

(47) Potiſſima ſunt de cœleſti hierarchia, de Eccleſiaſtica hierarchia, de divinis nominibus, de Theologia myſtica.

(48) Probavit Baſnage & Du Pin. quod ſexto ſeculo ſint edita; Du Pin etiam monſtrare voluit, neceſſe eſſe, autorem demum a quarto ſeculo ſcripſiſſe.

(49) Ubi docet, controverſiam hanc iſta eſſe ſubactam a Sirmondo, Launoio, Morino,

ut nemo vel parum probus fere de ea dubitet.

(50) Simonem Magum non fuiſſe Principem Gnoſticorum, monſtrare voluit Viſtriga l. 5. obſ. ſacr. c. 12 § ult.

(51) Ubi exempli loco adducit *Tableau du Socinianiſme contre les Remonſtrants.*

hibet enim has phrasas : *si Irenæo credimus ; si Justino Martyri fides adhibenda : teste hoc vel illo : referunt , testantur , &c.* conf. Biblioth. univ. d. l. p. 123.

39. Imo Dodwellus ad Irenæum jam notavit *An plane* & argumentis valde verosimilibus probavit (a), etiam *fuerint hæ-* testimonio Clementis Alexandrini (b) adhibito, vere *retes in pri-* & proprie dictas hæretes demum sub Hadriano (52) *mo seculo?* ortas esse, cujus sententia quidem non placet Dn. Itigio (c), sed rationibus ejus facile satisfieri poterit, si sequentia observes.

(a) *In dissert. 1. ad Irenæum.* Summam eorum exhibet Bibl. univ. d. Tom. 20. p. 100. seq. (b) Clemens Alexandrinus lib. 7. Stromat. p. m. 245. (c) in allocutione ad auditores suos, præmissa tractatui erudito ac valde commendando de Hæresiarchis primi & secundi seculi (53).

40. Alii videlicet sunt falsi doctores extra ec- *Nos autem* clesiam, alii in ecclesia (a), & hi vel sectam faciunt, & *eam in rem* secessionem a veris Christianis, vel in ecclesia visibili *variã di-* vagantur (54) & doctrinam salutarem erroribus suis *visiones.* corrumpunt (b).

(a) Sc.

(52) *Addè dictum Hegesippi, quod Ecclesia usque ad Trajanum virgo fuerit, cujus explicationem vide apud du Pin in Hegesippo & ibi in notis lib. b. Vitringa lib. 4. obs. sacr. c. 7. & 8. probare voluit, Ecclesiam Christianam spatio temporis inter Neronem & Trajanum valde defecisse & cap. 9. explicat doctrinam falsarum Doctorum exponens quinam sint Balauitæ & Nicæitæ;*

(Cant. Eccles.)

(53) *Videtur Itigius, ut ex citata allocutione apparet, de hac Dodwelli sententia demum certior factus, postquam jam suum tractatum absolvisset, unde necesse fuit, Dodwellum inuaginare, ne scilicet pars magna tractatus Itigiani periret.*

(54) *De variis sectis tempore Pauli, quod alii Paulo, alii Apollini alii Cepha alii Christo adhaeserint fufius tractat Vitringa lib. 3. Obs. sacr. c. 21.*

U

(a) Sc. Simon & reliqui ejus successores, qui dicuntur hæretici primi seculi, fuere quidem falsi doctores, sed extra ecclesiam. Etsi enim Simon baptizatus sit, *Astor. 8.* videtur tamen Christum mox abnegasse, Spanhem. *Epitom. Histor. Eccles. p. 44.* nec alia videtur mens esse Irenæi, (55) cum Valentinianorum errorem a Simone deducit & ejus successoribus. Unde facile cum Dodwello conciliari poterit. vid. Irenæum *lib. 1. cap. 19. in fin. & seq. & lib. 3. cap. 4. circa finem.* (b) Hæreticus est, qui simul schisma facit & se separat ab ecclesia. Et hæc est satis aperta sententia Dodwelli.

Nulli hæretici in primo seculo per consilia damnati.

41. Quod si dicas, non omittendos esse illos falsos doctores, qui se ipsos non quidem separant ab ecclesia, sed in viti separantur & damnantur per concilia, & hos etiam esse veros hæreticos; facile equidem concederem assertum, sed id non quadrat ad rem præsentem, cum talia concilia ignoret seculum primum, & concilium Hierosolymitanum nullam separationem introduxerit.

Alia fabula de hæreticis primi seculi.

42. At qui eo minus culpandus Arnoldus, quod de hæreticis primi seculi post Simonem tam multa vocet in dubium, cum cordatiores ex scriptoribus historiæ ecclesiasticæ ostenderint, pleraque esse fabulosa, etsi a sanctis Patribus fuerint fidenter asserta, quæ de Simonis vita, actis, morte & doctrinis communiter asseri solent. (56)

Vid.

(55) Ita etiam videtur explicandus esse Arnoldus, dum Simonem vocat Patrem hæreticorum, aut primum hæreticum. Ita enim, etsi quis v. g. dicat hæreticos hausisse errores suos ex Platone vel Aristotele, pro-

pterea tamen Plato & Aristoteles non erant hæretici proprie dicti.

(56) v. g. dum Justinus Martyr dicit, se vidisse statuum Simoni erectam.

Vid. omnino Basnage *Tom. 1. f. 468--476. 522--526. 730. & Tom. 2. fol. 5. 6.* Conf. D. Ittig *Selt. 1. cap. 2. de Nicolai-
ii.* Adde Basnage *Tom. 1. fol. 789. seq. de Cerintho Tom.
2. fol. 6. seq. De Ebione fol. 7. seq. (57)*

43 Quod denique statum ecclesiæ primitivæ *Status ec-
clesiæ in pri-
mo seculo.* attinet, uti Arnoldus satis perspicue probavit, eum
fuisse sine legali observatione diei dominicæ ac festo-
rum, sine solenni copulatione, (58) sine solennitati-
bus funerum & concionibus funebribus, (a) ita
& constat, nec persecutionem dissentientium aut fal-
sorum doctorum esse Apostolicæ institutionis (b),
nullam formulam vel symbolum, quo a falsis docto-
ribus secernerentur orthodoxi, fuisse conditum (c),
sed patres primorum seculorum de articulis fidei sim-
plici modo & paulo liberius, quam postea in conciliis
fuit determinatum, sensa animi proposuisse (d), ut de
illis ritibus jam taceam, quos supra in folle recensui
(e), ab Apostolis haudquaquam ortum ducere.

(a) *Lib. 1. cap. 2. n. 7.* (b) *id. cap. 4. n. 8. 9. 11.* (c) *sup. §. 10.*

(d) quorsum pertinet totum cap. quintum libri primi apud

Arnoldum. (e) *supra §. 15.*

C A P. XI.

De

Cautelis circa historiam ecclesia-
sticam seculi secundi.

S U M M A R I A.

*Multa fabula hujus seculi jam a Basnagio notata. §. 1. Fabula de
U 2 Tra-*

(57) & omnino Arnold. cap. 4. § 12. | Cœnam celebrabant quotidie in ipsa cœna.
seq. Ibid. §. 6,
(58) Ohne Weichtstuhl. Arnold *ibid.*

Trajani anima ab orco liberata. §. II. Calumnia Paganorum in Christianos. §. III. Hadrianus an conversus. §. IV. Fabula de legione fulminatrice. §. V. Mores Christianorum. §. VI. Tertulliani opinio de baptismo infantum. §. VII. Disciplina ecclesiastica hujus seculi. §. VIII. Ejus abusus. §. IX. Libertas doctrinae & modus procedendi contra dissentientes. §. X. Progressus superstitionis in hoc seculo. §. XI. Nondum hierarchia ecclesiastica perfecta hoc seculo. §. XII. Patrum in hoc seculo conditio. §. XIII. Cur Philosophia Platonica in Christianismum introducta. §. XIV. Notabilia de Ignatio & ejus epistolis. §. XV. De Polycarpo dubia. §. XVI. De Papia. §. XVII. De Irenao. §. XVIII. De Justino Martyre. §. XIX. De Clemente Alexandrino. §. XX. Mos proponendi doctrinam Christianam hoc seculo. §. XXI. & heretificandi. §. XXII. per separationem activam vel passivam. §. XXIII. Quantum fidei mereantur tradita de hereticis hujus seculi. §. XXIV. Fayditi & Arnaldi doctrina mitiores de eis. §. XXV. Praecipui hereticorum hujus seculi Valentiniiani. §. XXVI. Doctrina eorum a Patribus notata. §. XXVII. Defensio eorum verosimilis. §. XXVIII. Vitanda hic duo extrema. §. XXIX. Cur Valentiniiani pro hereticis habiti. §. XXX. Ubi distinguuntur tempora. §. XXXI. Cur seculo secundo hereticis adscripti. §. XXXII. Cur subsequentibus temporibus. §. XXXIII. De Montanistis non credenda omnia, quae dicuntur. §. XXXIV. Falsa varia de Montano & Montanistis. §. XXXV. Eorum doctrina comparata cum doctrinis aliorum patrum &c. §. XXXVI. Genuina causa, cur Montanista inter hereticos relati. §. XXXVII. Cur idem Tertullianus & pater ecclesiae, & hereticus. §. XXXVIII. Varia dubia de Gnosticis illorum temporum. §. XXXIX. Conjectura nostra. §. XL. Status miser ecclesiae Christiana in seculo secundo. §. XLI.

i. Cir-

I.

Circa hoc seculum notanda initio varia scripta supposita (1) & fabulæ. Huc pertinent decretales epistolæ (2) Pseudo-Isidori (a) & varia acta martyriorum fabulosa, ut Ignatii (b), Alexandri (c), Symphorosæ (d), Justini & sociorum (e); Polycarpi (f), item Martyres supposititii in singulis persecutionibus, quos diligenter examinat Basnagius (3), & spurios ejicit (g). Idem in ostendendis etiam synodis supposititiis occupatus est (h), & ritibus ecclesiæ Pontificiæ, qui perperam in hoc seculo originem quærunt, vel qui perperam in hoc seculo origini Apostolicæ fuerunt adscripti (i).

Multa fabule hujus seculi jam a Basnagio notata.

(a) Du Pin p. 334. seq. Basnage Tom. 2. vol. 3. 4. & passim in singulorum Episcoporum recensione, quibus ille epistolæ affinguntur. (b) Basnag. Tom. 2. fol. 17. (c) fol.

U 3

141.

(1) *Commendanda Roberti Cœci censura scriptorum, quæ sub nominibus sanctorum & Veterum Auctorum a Pontificiis citari solent, quin tum recusa Helmeftadii an. 1683. cura Gebhardi Theodori Meyeri in 8vo.*

(2) *Vide infra cap. 19. §. 18. 19.*

(3) *Quod libros supposititios attinet Basnagius Tom 2. recenset sequentes: Decretales Pseudo Isidori Pontificibus Romanis suppositas f. 3. 4 in specie, Anacleti fol. 4. 5. Alexandri f. 44. Aniceti fol. 130. Eleutheri f. 104. Evaristi f. 27. Hygini f. 105. Pii, etiam quæ ad Justum f. 109. Sixti f. 68. Soteri f. 152. Telesphori f. 87. Victoris f. 194. Tum Acta varia, Ignatii,*

f. 17. Alexandri f. 43. Symphorosæ fol. 46. Justini & Sociorum f. 128. Polycarpi f. 141. Epistolam Marci Imperatoris ad senatum de pluvia a Christianis impetrata f. 157. Porro Synodos supposititias: Antiochenam f. 10. Romanam Telesphori contra Theodorum f. 87. Romanam sub Aniceto f. 131. Denique Martyria supposititia sub Trajano f. 31. Alexandri f. 43. Symphorosæ f. 46. Faustini & Jovite f. 77. Getulii & Cerealis f. 79. Hygini fol. 105. Pii f. 107. Hermæ f. 116. Aniceti f. 130. Soteri f. 151. Victoris f. 193. Irenæi f. 205. Adde fabulam S. Eustachii de Christo sub specie cervi comparentis f. 42.

141. (d) fol. 46. (e) fol. 128. (f) fol. 141. (g) d. l. fol. 31. 42
43. 46. 77. 79. 105. 107. 116. 130. 131. 139. 205. (h) sc. An-
tiochena fol. 10. Romana Telesphori contra Theodo-
tum fol. 87. Romana sub Aniceto fol. 131. (i) Ad prio-
rem classẽ pertinent, quod inventio aquæ benedi-
ctæ adscribitur Alexandro Episcopo Romano illius secu-
li. Basnage fol. 165. quod jejunium quadragesimale ad-
scribitur Telesphoro fol. 96. seq. Ad posteriorem,
quod in lite illius seculi de festo Paschatos utrobique
certatum fuerit, feriam hanc ejusque determinatio-
nem esse instituti Apostolici. *ibid.* fol. 187.

*Fabula de
Trajani a-
nima ab or-
co liberata.*

• Fabula vero, quod Trajani Imperatoris
anima a Gregorio M. per preces ob orco liberata sit
(4), tam crassa est, ut ejus pudeat etiam ex Pontificiis
cordatiores.

Natalis Alexander eam refutat *dissert. 1. ad secul. 2. Tom. 3.
fol. 313. seq.* Conf. Tribechov. *de doctoribus scholast.* p. 125.

*Calumnia
varia Pa-
ganorum in
Christianos.*

3. Statum ipsum Christianorum quod attinet,
uti variis persecutionibus violentis & sanguineis fue-
runt exerciti, ita variis calumniis tam a Judæis (5),
quam a Gentilibus petebantur, quod thema latius
tractat Kortholdus.

In tractat. *Paganus obtrektor*, qui postea auctior editus
subtit. *de vita & moribus Christianorum primævis per Gen-
tilium malitiam afflictis.* 1683.

*Hadrianus
an conver-
sus?*

4. Etsi vero sub Hadriano persecutio iterum
remiserit, falsum tamen est, quod Hadrianus ipse ad
Chri-

(4) Propter singularem scilicet patienti-
am, in audiendis querelis subditorum.

(5) Judæi paucissimi ab his temporibus

transferunt ad Christianos, Arnold. op. maj.
cap. I. §. 7. in fine.

Christianismum (6) inclinaverit, etsi Lampridius (7) hujus fabulæ autor sit.

Arnold. opere majore cap. 1. §. 12. Basnage fol. 59.

5. Sic & communis fabula de legione Christiana fulminatrice precibus suis exercitui Antonini pluviam impetrante hodie a sagacioribus est detecta.

Fabula de legione fulminatrice.

Verba in factum temperat Arnold. cap. 1. §. 15. 16. 17. apertius: 8) fabulam monstrat Basnage fol. 153. seq. ubi simul ostendit, epistolam Marci Imperatoris ad Senatum de pluvia a Christianis impetrata esse supposititiam, f. 157. ex ejus dictis facile satisfieri potest Natali Alexandro Tom. 3. fol. 110. seq. hanc pluviam Christianis vindicare volenti.

• 6. Circa mores Christianorum in genere quod addamus Arnoldi operis minoris capiti, secundo, vix habemus, nisi paucula ad §. 14.

Mores Christianorum.

7. Certum est, Tertulliano displicere baptismum infantum. Unde Anabaptistæ occasionem sumserunt, negandi baptismum parvulorum a Christo & Apostolis fuisse usitatum. Contra hos communiter disputari solet a nostratibus etiam, sed argumentis non historicis, verum topicis & scholasticis, & quæ parum satisfaciunt, præprimis si consideres responsiones ad istum Tertulliani locum (a), ut adeo forte

Tertulliani opinio de baptismo infantum.

(6) Extruendo varia templa sine sinu lacris Christo dedicanda.

(7) In Alexandro Severo. Spartianus sacet in vita Hadriani. Lampridius vixit tempore Constantini, Tocens etiam hoc fa-

rum Justinus & Tertullianus in Apologiis.

(8) Basnage concedit 1) Exercitum fuisse pluvia recreatum, 2) forte precibus Christianorum in exercitu, 3) negat, fuisse certam legionem Christianorum.

forte melius esset omiſſa quæſtione facti (9) adverſus Anabaptiſtas diſputare de jure (b).

(a) Add. Arnoldi *opus maj.* cap. 3. §. 10. Elias du Pin pag. 159. hunc locum refert inter peculiareſ Tertulliani erroreſ, qui in aliis Patribus ante ipſum non deprehenduntur. Sed tamen non oſtendere poteſt, quod in aliis Patribus ante Tertullianum deprehendantur contraria. (b) Nam falſum eſt, omnia eſſe abroganda, quæ non adfuerunt in eccleſia Apoſtolica. Falſum eſt, id omne eſſe prohibitum, quicquid non fuit in uſu tempore Chriſti & Apoſtolorum. Plura de antiquiſ eccleſiæ ritibus circa baptiſmum vid. in *pecul. diſſert.* F. V. Calixti. Item Gebh. Theod. Mejeri *Tract. erudit. de tribus initiamentiſ Chriſtianorum, baptiſmo, catechiſatione & manuum impoſitione.* Quibus omnino ob variam eruditionem jungi meretur Anton. van Dale *Hiſtoria baptiſmorum tum Hebraicorum, tum Chriſtianorum,* (10) modo memineriſ, autorem eſſe Anabaptiſtam.

*Disciplina
eccleſiaſtica
hujus ſeculi.*

8 Porro quæ Arnoldus ibidem tradit de diſci-
plina eccleſiaſtica ſeculi ſecundi, de ea ſic breviter te-
nendum: uti ab initio ſtatim Chriſtiani ſe ſepararunt
ab

(9) Hoc modo enim multæ calente inop-
tia Scholaſticorum de fide infantum.
Quoad factum tamen noviffime diſputavit
Vitringa l. 2. obſ. ſacr. s. 6. ſed argumen-
tis non adeo fortibus quamvis magnam fi-
duciam ponat in eo, quod deſumptum a lo-
cis ſcripturæ ubi dicitur, baptizatos eſſe
&c. cum univerſa domo. Vide §. 6. Frid.
Ul. Calixtus in diſp. de baptiſmo & anti-
quis ejus ritibus plane non tangit hanc quæ-
ſtionem. Sed tamen §. 8. notanter ſcribit:

obſervandum eſt autem, primis Eccleſiæ
temporibus & ſæculis baptiſmum adultoro-
rum FREQUENTIOREM fuiſſe, quam
infantum. Sapienti ſat. Et tamen poſtea
recte inferit §. 37. ex antiqua praxi Eccle-
ſiæ recte infantem baptizari, & cito baptiza-
ri. Abſtinet etiam ab hac quæſtione Gebh.
Theod. Meyer de tribus initiamentiſ.

(10) p. 375. ſeq. ubi & Salmaſium ac
alioſ pro ſe adducit.

ab improborum consortio, adeoque cum his nullas habuere Agapas, & nullam adeo eucharistiæ communionem, ita hoc seculo cœptum fuit excludere criminum reos a communione publica, si hi se non separarent ipsos. Qui vero pœnitentia ducti signis externis, nondum tamen ab ecclesia per modum legis iis præscriptis, serio declarabant, quod vellent in numerum Christianorum recipi, illi iterum admittebantur, præcipue si captivi Martyres pro iis intercederent. Circa finem etiam seculi cœptum est excludere improbos, non solum ab eucharistia, sed & a præcibus & auditione verbi. At terminus excommunicationis nondum legitur usurpatus. (II).

Arnoldus *opere maj. cap. 4. §. 2. 3. 6. 31. & cap. 5. §. 8.* Spanhemius *Histor. eccles. summa p. 65. 66.* Locum ex Tertulliani libro de pœnitentia recenset Du Pin *p. 160. seq.* Sed Spanhemius dubitat, an hic liber Tertulliani sit? Basnage *dissert. select. post annales seculi secundi annexarum tertia.*

9. Cæterum cum improbitas sæpe etiam *Ejus abusus.* conjuncta esset cum principiis falsæ doctrinæ, quæ sub specie peculiaris sapientiæ (a) fenestram aperiebat

(II) Per thesin nostram etiam conciliari potest Basnage cum dissentientibus, qui originem (ut in *dissert. 3. refert*) excommunicationis quarunt in seculo tertio, cum ipse eam deducat ex seculo secundo. Notandum etiam est de Basnagio, quod ibid. in *dissert. 1. agit* de Pauli actis cum incestuoso, eoque male de excommunicatione explicari ostendat. Concedit tamen, Paulum in (Caus. Eccles.)

dicto: TOLLITE IMPROBUM &c. devotare excommunicationem. *Dissert. 2. ostendit*, excommunicationem Judaicam non arcuisse a cultu. Et tamen *dissert. 3.* excommunicationem Christianam vult defendere, sed argumentis valde inbecillis, ac cusantibus magis excommunicationem, quam defendentibus.

X

bat omnibus nequitiis, inde factum simul est, ut & ejusmodi falsi doctores & affectæ eorum, etiam ab evcharistia excluderentur, etsi de ipsis factis improbis singulorum nondum constaret. Et hinc cœperunt postea quilibet Episcopi & Presbyteri, si etiam in rebus ad sanctitatem vitæ non pertinentibus, vel levi modo dissentirent alii, vel sese separare ab illis, vel illos ab evcharistiæ communionem excludere, vel certe omnes vires intenderunt, ut id facere possent (b).

(a) Vide tamen *inf. s. 39. seq.* (b) Unde levis est controversia: an Victor in causa de Paschate revera excommunicaverit Asianos, an vero saltim intra minas manserit, pacem procurante Irenæo. Posterius defendit post Valesium Natalis Alexander *dissert. 5. art. 5.* quibus respondere vult Basnage *Tom. 2. f. 186.* Mihi videtur dicendum, Victorem revera excommunicasse dissentientes, sed excommunicationem non habuisse effectum ob dissentientium pluralitatem. (12)

*Libertas
doctrinæ &
modus pro-
cedendi
contra dis-
sentientes.*

10. Interim tamen si a potiori facienda est denominatio, magna adhuc erat libertas in seculo secundo, sensa animi de Mysteriis exponendi liberius absque metu hæretificationis. Etenim formulæ credendi in hoc seculo adhuc exulabant, & quilibet liberiore voce confessionem de fide edebat, quin & ubi contradicendum esset falsis doctrinis, id fiebat magis adhortatione & scriptis, quam præcipitata separatione.

Arnold.

(12) Interposuit se quidem Irenæus. Es
simulavit adeo Victor quod a proposito desu-
bat propter intercessionem Irenæi, sed vera
causa fuit, quod videret, vanum esse sine vi-
ribus iram, Conf. infra s. ult. in fine.

Arnold. *cap. 2. §. 6.* Huc pertinent Irenæi & Tertuliani scripta contra Hæreticos.

11. Non diffidendum tamen est, superstitionem etiam incepisse progressus satis sensibiles facere sub hoc seculo, etsi non tantas, quantas fecit in proximis in hoc seculo. & signo crucis patet.

Tentat equidem Arnold. *cap. 3. in fine* id temperare & excusare, sed si quis consideret, Patres ipsos de signo crucis docuisse multas ineptias, (13) (vid. *Autor observat. Hall. 9. in Tom. 2. §. 25. seq.*) non mirabitur, quod auditores etiam in ejusmodi superstitionis imaginationibus sapientiam quæsierint. Adde Spanhem. *pag. 67.* ubi & de aliis superstitionibus. (14) Interim Basnagius, ubi de titulis agit ad ecclesias applicatis, contra quosdam autores latius defendit, isto seculo nondum crucis fuisse templis impositas. *Tom. 2. fol. 28. seq.*

12. Porro incipiebant equidem in hoc seculo Nondum Episcopi hinc inde cristas erigere, ac super reliquos hierarchia Presbyteros eminere, sed tamen nondum perfecta ecclesiastica fuit in hoc seculo hierarchia clericalis. Neque enim perfecta hoc Exorcistæ, neque reliqui minores ordines noti erant. seculo. Nondum divisio inter Clericos & Laicos orta. (15) Nulla concilia.

X 2

Arnold.

(13) *Justinus Martyr signum crucis quarit in navigatione, aratione, fossione terræ. facie humana cum extensione manuum. Adde Lips de cruce lib. 1. cap. 9. Tom. III. oper. p. 1167.*

(14) *de precibus ad orientem factis, de*

jejniis, oblationibus pro mortuis &c.

(15) *Sed demum in concilio Niceno. Ita quidem Arnold. sed tamen in sec. 3 jam fit mentio in vita Cypriani, quod Presbyteri lapsi fuerint, & admissi ad communionem Laicorum. Et Pater in schediasm. p. 77. nov.*

Arnold. *cap. 2. §. 11. 12.* Spanhem. *puncto 5. p. 69. seq.* Intellego vero concilia œcumenica & universalia, nam fynodi provinciales & diœcesanæ haud dubie habitæ sunt. vid. Ruelium *Concil. Illustr. Tom. 1. fol. 272. seq.* In iis potissimum de Montanistis & Paschate actum. Ruel. *d. 1.* Spanhem. *puncto 10. p. 93. seq.* quanquam adhuc dubium sit, an Montanistæ per conventum aliquem solennem sint a communione exclusi. Nam locus, unde hoc assertum probari solet, a Ruelio *p. 293.* descriptus, est Autoris dubii, hostis Montanistarum & qui demum post Montani interitum scriptum edidit. Conf. Ittig. *de sectis heretic. pag. 244. §. 23.* Du Pin sub duobus Appoloniis *p. 834.*

*Patrum
conditio in
hoc seculo.*

13. Sed Patres Ecclesiæ quod attinet, etsi Dodello eorum autoritas videatur magna & quasi inspirata, rectius tamen alii (a) observarunt, eos esse nimis addictos fabulis & allegoriis (b). Unde factum, ut, cum post mortem Apostolorum multi Philosophi impugnarent religionem Christianam, paucissimi ex Christianis essent apti ad eam defendendam (c). Neque enim allegoriæ (16) sufficiebant ad genuinam

-eru-

nov. edit. Expendant eruditi, annon Clementis Alexandrini institutum, Gnosticum suum, ceu perfectum Christianum secerneris ab imperfectis, occasionem dederit distinctioni in Clericos & Laicos seu in religiosos & seculares tanquam in perfectos & in imperfectos, hoc nomine saepe a Lutero castigata.

(16) *Origo allegoriarum penes Judæos & Ethnicos. Tom. 10 Bibl. Univ. p. 233. seq. Stilus Patrum in seculo 2. valde affe-*

ctatus, multumque a puro & naturali dicendi genere abiens, ut jam observarunt Lactantius & Hieronymus. Affectabant genus dicendi panegyricum seu declamatorium secundum figuras Rhetoricas. Legabant enim Patres sedulo Plinii panegyricum, eumque imitabantur in Apologiis. Etiam profanorum scriptorum frequens in hoc seculo mentio, ut ex Justino, Tertulliano & Clemente Alexandrino patet. Vide Koch. de dialogo Justini Martyris p. 210.

eruditionem parandam, sed potius studium nimium allegorizandi indicium est hominis iudicio carentis (d).

(a) *Tom. 19. Bibl. univ. p. 232. 238. 256. 271.* ubi ostenditur istud iudicium Dodwelli esse exigui iudicii. (b) *Bibl. univ. Tom. 3. p. 52.* hujus enim seculi Patres, credo, in primis intellexit, certe non exclusit, etsi nominet Patres primi seculi. (c) *Bibl. univ. Tom. 9. p. 4. 5.* ex Usserio & Lactantio. Etiam contra hæreticos, & post tempora Imperatorum Christianorum adhuc minus. *ibid.* (d) Patres primi erant allegoriis dediti, quia Gnostici dicebant, eos esse rudes scientiarum, & ut placerent græcis, hoc est fatente ipso Richardo Simone, corruerunt Religionem Christianam per politicam falsam & indulgentiam intempestivam *Tom. 23. Bibl. univ. p. 460.*

14. Potissimum vero ab hoc tempore Patres philosophiam Platoniam (17) in Christianismum invexerunt, non tam ex ratione status, ut in suas partes traherent, adversus alios Philosophos, sectam philosophicam a Christianismo minime alienam, ideo quod nil haberent pro certo, & ita maxime apti essent ad præjudicia rationis abjicienda (a), sed quod philosophia Platonica tum maxime floreret in orbe Romano, & quod Patres, antequam Christiani fierent, essent philosophi Platonici, & quod philosophi Platonici pa-

*Cur philo-
sophia Pla-
tonica in
Christiani-
smum intro-
ducta.*

X 3

gani

(17) Alii quidem causam corruptionis Ecclesie adscribunt philosophia Aristotelica, ut D'Zierold & Hobbefus. Sed verius est; prioribus sex seculis in Ecclesia regnasse non Aristotelem, sed Platonem, idque

magis confirmatur, si verum est, quod sectatores philosophia Aristotelica fuerint pro hæreticis declarati. Vide Albert. a Felde de dialogis Iustini Martyris p. 100. seq.

gani maxime scriberent & docerent contra Christianos, ac ipsis simul ignorantiam philosophiæ objicerent (b).

- (a) Quam rationem dat Rapinus *in histor. philosoph.* (conf. *Tom. 1. Bibl. univ. p. 50.*) aperte confundens Platonicos strictè dictos, de quibus loquimur, cum Academicis (18). (b) Plura de progressu & duratione Platonismi habet Rapin. *d. l.* Adde omnino Clericum in vita Eusebii *Tom. 10. Bibl. univ.*

*Notabilia
de Ignatio
& ejus epi-
stolis.*

15. In specie quoad Ignatium notandæ fabulæ Martyrologiorum de tormentis Ignatio illatis, antequam leonibus objiceretur (a), ac præterea de loco martyrii ejus dubia nonnulla fuisse (b). Si, quæ pro ipsius epistolis venditantur, genuinæ essent, possemus judicium ferre de genio scriptorum, qui sub initio secundi seculi scripserunt. Nunc cum sententia eorum (c), qui vel omnes epistolas dicunt esse supposititias (cc), vel septem a Vossio editas habent pro genuinis, sed tamen hinc inde interpolatis (d), applausum mereatur ubique inter eruditos, parum prodest lectio earum, cum nescias, ubi interpolatio facta sit (e).

- (a) Basnagius *Tom. 2. fol. 15, 16.* (b) *id. f. 16, 17, 18.* (c) Tres sunt sententiæ in quæstione de epistolis Ignatii inter eruditissimos, etiam integris libellis agitæ, (19) quas recenset nominatis singulorum autoribus Du Pin sub Igna-

(18) Adde, quod scepticus maxime sit | *ut quæ non jubet abjicere rationem.*
apertus ad religionem Pontificiam Michae- | (19) Conf. *Cave Hist. liter. Scripts. Ec-*
lis de Montagne & Morhai Vayerii, non ve- | *cles* p. 20. *Hoornb. Misc. sacra l. I. c. 1.*
ro ad rrationalem, id est, vere Christianam, | p. 76. seq.

Ignatio pag. 61. seq. Tertia eorum est, qui credunt omnes esse genuinas. (cc) Ut novissime Basnagius *Tom. 2. fol. 19. seq.* (d) ut novissime Arnold. *cap. 2. §. 3. & 10.* item Du Pin pag. 60. seq & ipse Nat. Alexander. *Secul. 1. dissert. 23. fol. 235. seq.* (e) Unde cavendum a commendatione Arnoldi, qui eas cum aliis epistolis paris dignationis idiomate germanico edidit.

16. De Polycarpo, an ei Anicetus Evcharistiæ *De Polycarpo dubia.* administrationem concesserit, contra historicos pontificios disquirat Basnagius (a). De ejus Martyrio etiam quædam oriuntur dubia ratione temporis (b), & de ipsis actis martyrii ejus (c), adeoque etiam de epistola Smyrnesium, mortem Polycarpi referente (d), sed & ipsius Polycarpi epistola ad Philippenfes non sine ratione fuit visa supposititia Blondello & Dallæo, etiamsi pro genuina habeant Du Pin & Basnage (e).

(a) *Tom. 2. fol. 107.* (b) *id. fol. 135. seq.* (c) Fabula enim videtur Basnagio, quod ibi dicitur de igne, sanguine Polycarpi extincto *fol. 139.* (d) De Smyrnesium epistola & scriptis Polycarpi *idem ibid. fol. 140. 141.* Mihi videtur Smyrnea esse supposititia, repetit enim illam fabulam exactis martyrii, de qua modo citavi Basnag. *fol. 139.* (e) Du Pin *p. 78.* Basnage *Tom. 2. fol. 26.* qui tamen fateretur laciniam in fine adsutam. Adde Arnoldi *Auserelesene & endschreiben p. 10. seq.* qui utramque & Smyrnesium & Polycarpi epistolam in idioma german. transtulit.

17. De Papia (20) varia sunt veterum & re- *De Papia.*
cen-

(20) *De Papia etiam obiter notandum, quod fuerit autor regni millenarii.*

centiorum iudicia (a). Nobis placet eorum sententia, qui Papiam habent pro homine bonæ quidem intentionis, sed valde simplici, i. e. credulo & mediocris ingenii, qui valde delectabatur auditu & narratione historiolarum ac miraculorum (b). Fabulas intuitu vitæ ejus & mortis observat Basnage (c).

(a) Vid. Arnold. *hist. min. pag. 122. & majoris lib. 1. cap. 4. n. 21.* (b) Du Pin *p. 81. conf. Bibl. univ. Tom. 12. pag. 416. seq. Cleric. Art. crit. Tom. 3. epist. p. 147.* (c) Scilicet quod non fuerit auditor Johannis, nec martyr, nec ex martyrologio expunctus propter heterodoxiam *Tom. 2. fol. 35.*

De Irenæo.

18. De Irenæi vita (21) post diligentiam Du Pin (a) & Basnagii (b), parum quod observatum dignum sit, occurrit; Ob ea, quæ circa hæresin Valentinianorum observanda occurrent, notemus, quod patria græcus fuerit (e), poetas & philosophos, potissimum Homerum, prope memoriter tenuerit (d), & quod Photius jam de eo dixerit, quod enervet & obscurat spuriiis rationibus certissimas religionis veritates (e), quodque libros suos inscripserit contra id, quod falso dicitur cognitio (f). Unde facile patet, qua cautela legi mereantur libri ejus, qui restant, contra hæreticos, imprimis cum hic sit primus autor, quem contra hæreticos habemus. Nævos ejus & errores (22) quod

(21) Valde commendandæ Dodwelli dissertationes in Irenæum, quarum excerpta invenies in *Bibl. Univ. Tom. 20. p. 95. ad p. 121. in specie quod librum Irenæi de hæresibus attinet. p. 107. ad p. 112.*

(22) Scilicet errores, quorum intuitu

eum contra Centuriatores defendit Natalis Alexander. Nam errores, quos notat Arnoldus, de æquiparatis scripturæ traditionibus, de dignitate & potestate Episcoporum, de hæretificatione, sunt omnino capitales.

quod attinet (g), hi magis indicant in usum nostrum, simplicitatem fidei adhuc illis temporibus durantem, & libertatem sentiendi, quam, ut eum vel hæreticis accenseamus, vel contortis explicationibus vindicias scribamus (h).

(a) pag. 107. seq. (b) Tom. 2. fol. 167--170. it. fol. 205. ubi negat ejus martyrium, quod & facit Dodwellus in *dissert. in Irenæum*, cujus argumenta summatim exhibet autor *Bibl. univ. Tom. 20. p. 104.* (c) Du Pin pag. 107. (d) pag. 115. (e) pag. 111. (f) Du Pin pag. 107. (g) de quibus vid. Arnold. *cap. 5. s. 5.* Sculterus *Medulla Patr. Tom. 1. libr. 3. cap. 8. & 9. p. 101. seq.* Centuriator. Magdeb. (h) quod adversus centuriatores Magdeb. tentavit Nat. Alexander *diff. 7. fol. 388. seq.*

19. Justinus martyr vita satis quidem pane-De Justino
gyrice a Caveo descripta, sed ob cautelas sæpius circa *Martyre.*
Cavei libros memoratas, caute & non nisi cum admo-
nitionibus aliorum (a) legenda est (23). Fuit philo-
sophus

(23) Unde non ingratum erit Lectori, si summam vitæ Justinus Martyris prout eam descripsit autor *Bibl. Univ.* hic apponam. Fuit Justinus Philosophus Platonicus Quæ ipse in dialogo cum Tryphone narrat de studio suo philosophico, & qua ratione Christianus factus fuerit, ab eruditioribus creduntur esse ficta aut saltem nimium exornata. Retinuit pallium Philosophicum (p. 16.) Caveo credit, acta martyrii Justinus esse genuina. (p. 20.) More Panegyrista describit virtutes & mores Justinus, uti fecit etiam in vitis aliorum Patrum, Justinum tamen fateatur ignorasse linguam Hebraicam. (Caut. Eccles.)

cam. (p. 21.) Rivetus laboravit præjudicio, quasi martyres fuissent eruditi, quo etiam laboravit intuitu Justinus. (p. 23.) Justinus ignoravit historiam: Herodem dixit vixisse tempore Ptolomei Philadelphus: Dixit, se vidisse cellulas 70. interpretum Alexandria, citat contra Ethnicos Hystassén & Oracula Sibyllina. Blondellus l. 1. de Sibyllis c. 2. notat alios errores Justinus. Justinus inscriptionem: Simoni Sango, habet pro: Simoni Sancto, (ead. p. 23. 24.) Creditur, Socratem, Heraclitum, & alios Philosophos Ethnicos fuisse salvatos: creditur Platonicorum esse rationem vel

sophus Platonicus, & postquam Christianismo nomen dedit, habitum retinuit, indicio, quod tum temporis nondum persuaderent sibi viri pii, martyres etiam, sanctitatem & pietatem consistere in vestitu affectato. Simul vero cavendum aliud præjudicium, ne credamus martyres esse infallibiles aut eruditos. Nam plurimis nævis laborasse optimum Patrem jam notarunt alii (b). Interim circa nævos Justiniquæstio præjudicialis est, an scripta, quæ de ipso habemus, genuina sint. Pleraque esse supposititia jam pene in confessio est (c), sed & de reliquis non sine ratione dubitatur, ut de libro de Monarchia (d), de dialogo cum Tryphone, (e) ut & de duabus Apologiis (f), de quarum nævis peculiariter actum in observationibus Hallensibus (g).

(a) Ut Authoris Bibl. univ. Tom. 6. p. 15 -- 29. Add. Basnag, Tom. 2. f. 84. 85. 86. 121. seq. 120. seq. (b) Du Pin pag. 90. Bibl. univ. d. Tom. 6 p. 25. seq. Scultet. *Medulla Patrum*. Tom. 1. lib. 1. cap. 17. p. 45. seq. Sed in quibusdam tamen adversus Casaubonum aliosque defendere Justinum conati sunt Nat. Alexander *seculo 2. dissert. 6. p. 384. seq.* in doctrina de Millenario Christian Gottlieb Koch *de dialogo Justiniquæstione*. (c) Sc. confutationes dogmatum Aristotelicorum, quæstiones christianæ ad gentiles, responsiones ad orthodoxos, quæstiones Græcanicæ, expositio fidei, (*) de sancta & con-

verbum. item regnum millenarium visibile. item animas patrum veteris testamenti fuisse quodammodo sub potestate diaboli, & post Christum animas proborum & improborum esse in loco medio usque ad adventum Chri-

sti: Angelos concubuisse ante diluvium. (p. 25. ad 29.) Unde apparet, pietatem non semper esse conjunctam cum infallibilitate. (*) Alios autores de expositione fidei citat Kochius p. 127. seq.

substantiali Trinitate, epistola ad Zenam & Serenum, vid. Du Pin *sub Justino*. Nat. Alexander *Tom. 3. f. 295. seq.* Tenzelio, epistolæ ad Zenam & Serenum ingenuitatem defendere volenti respondet Basnage *fol. 129 130.* (d) Ad supposititios refert Nat. Alexander pro genuino tamen fragmento saltem veteris habet Basnagius *dd. ll. conf. Koch de dialogo Justini p. 237. & a Felde contra Kochium p. 221.* (e) Christ. Gottlieb Koch nunc Doctor Theol. Chilonii an. 1700. edidit Dialogum Justini Martyris cum Tryphone, secundum regulas criticas examinatum, & suppositionis suspectum atque convictum. (24) Huic opposuit Albertus a Felde epistolam Sleswici eodem anno publicatam. (25) Displicuit etiam sententia Kochii Cypriano & Buddeo. Feldeno respondit Wagnerus alia epistola publicata Francof. 1701 : Cypriano & Buddeo ipse Kochius

Y 2

(24) Kochius sect. I. c. 1. agit de novo Chilianini Justino intentato : c. 2. de regulis Criticis secundum quas dialogus examinandus Sect II c. 1. de variis sententiis de tempore quo dialogus scriptus c. 2. de tempore, quo Apologia prima scripta c. 3. quo secunda. C. 4. de Tryphone Judo quod Judæi Græcis & Ethnicis nominibus non fuerint usi, & quod Tryphoni, Origenis discipulo hic dialogus sit adscribendus. Justinum ignorasse linguam Hebraicam. Lapinum fluctuare, utrum hoc colloquium cum Tryphone sit vere habitum, an saltem fictum, ut Ciceronis & Platonis dialogi. Irenæum nullam facere mentionem hujus dialogi. Sect. III. cap. 1. de erroribus refutat, demum post Justini obitum ortis, ubi late disquiritur, an Marcionitæ jam fuerint tempore Justini ; Hulsemannus (p. 86.) dialogum cum Tryphone

& Apologias duas putat esse interpolatas, Cap. 2. de dogmatibus ipsis demum post Justinum tempore Origenis traditis. Cap. 3. de dogmatibus contrariis illis, quæ in scriptis Justini traduntur. Sectio IV. cap. 1. de stilo Patrum in genere, & quod stilus non sit certum criterium scripta judicandi. Cap. 2. maxime intuitu hujus dialogi. Cap. 3. Maxime tamen variare stilum dialogi a stilo Apologiarum. Sect. V. cap. 1. Manuscripta antiqua esse criterium incertum, C. 2. item testimonia veterum.

(25) Felde contra Kochium p. 33. probat per exempla Aristobuli, Alexandri, Nicodemi &c. Judæos etiam nomina Græca usurpasse; item pag. 36. errare Kochium, dum scribit, Tryphonem fuisse nomen idoli Egyptii; denique pag. 106. non raro errasse patres & hereticos prævisse.

chius edita censura censuræ Lipsiæ 1704. Mihi videtur Kochius dialogum hunc suppositionis valde suspectum reddidisse, nondum tamen convicisse. (f) Nam & de his dubitatum esse, indicio est locus ex Dupin excerptus a Kochio *in pref. ad lect. lit. r.* (g) *Tom. 2. Obs. Hall. 7. & 9.* Notas philologicas in utramque apologiam vid. apud Cleric. *in Bibl. selecta Tom. 1. p. 328. seq. & Tom. 2. p. 372. seq.*

De Clemente Alexandrino.

20. De vita, scriptis, moribus, doctrina, nævis Clementis Alexandrini instar omnium commendandus labor (26) Clerici (a), sed dolendum, quod Protestantes hodiernum minus possint ferre nævorum detectionem in Patribus (b), quam ipsi Pontificii

(26) *Synopsis Clerici: Vitanda præjudicia nimia venerationis patrum p. 177.) Clemens philosophus Eclecticus. (187.) Carpocratiani & Platonici statuebant communionem fœminarum, contra quas Clemens Platonice communionem inepte explicat. (190.) Marcionite etiam ex Platone hæresin suam deducebant. (191.) Valentiniani ex Theogonia Hesiodi. (192.) Clemens maxime aestimabat Stoicos, ad quorum imitationem multa paradoxa defendit, ut: solum Christianum esse divitem. (193.) Credidit, Græcos per philosophiam æque cognovisse veritatem salutare, ac Hebræos per Prophetas. (199) Sed Græcorum sapientiam datam per angelos esse inferiori sapientia, Hebræorum datam per Christum. 202.) Platonem, dicit, de Christo prophetasse. (203.) adeoque Ethnicos etiam fuisse salvatos. Ex his principiis postea alia conclusiones a Clemente fuerunt de-*

ductæ, ut de libero arbitrio, (205.) sine cognitione peccati originalis. (206.) Trinitatem & naturam Christi more Platonice explicat. (207.) Negat pœnas æternas. (209.) Prudenter adhibebat doctrinas Gentilium ad docendos & convertendos eos. (212.) Caret tamen ordine, item stili elegantia & perspicuitate. (218) Errores imputati a hostio. (222.) Statuit, mundum esse æternum. (224) Tria notabilia. 1. quod Clemens ex defectu iudicii, quo regulariter viri multæ lætionis laborant, multis libris suppositis, ut veris fuerit usus. (231.) 2. Nimum allegorizandi studium, de cuius initio & causis apud Ethnicos erudite disserit. 233. f.) 3. Quasdam doctrinas inter errores Clementis referri, de quibus tamen non constat, an sint erroneæ, v. g. de corporeitate angelorum. (238.) Elogia Clementi ab aliis Patribus data. (240.)

cii cordatiores (e). Nimum studium philosophiæ eclecticæ & ex Stoicismo affectatio doctrinarum paradoxarum, ex Platonismo vero allata in Christianismum explicatio doctrinæ Christianæ per Platonem, nimum item studium allegorizandi, & hæretificandi, conjunctum cum naturali carentia judicii, ordinis in scribendo & perspicuitatis in stylo, sunt talia lineamenta, unde quilibet pro lubitu sibi vel pulchram vel aliam ideam de Clemente facere poterit (d). Pontificio certe doctori non tam vitio verti poterit, si Clementis defensionem in se suscipiat (e), at si ex evangelicis quis doctrinam sapientiæ vel divinæ vel humanæ ex Clemente tradere velit, is vel ex ignorantia, vel ex asturia juventutem seducet. (27)

(a) *Bibl. univ. Tom 10. p. 176--240.* (b) *Ut Caveus, contra quem se defendit Cleric. part. 3. Crit. Art. epist. 1.* (c) *Ut Du Pin, qui pag. 131. impariale judicium de Clemente fert.* (d) *Conf. Arnold. cap. 2. §. 5.* (e) *Ut Nat. Alexander dissert. 8. fol. 394-399.*

21. Circa hæreticos hujus seculi præter monita capituli præcedentis ante omnia præmittenda observatio (a), quod nondum doctrina Christiana doceretur secundum systemata theologica, ut hodie fit, sed quilibet doctorum explicabat materias theoreticas, ut poterat, aut secundum philosophiam, quam didicerat.

Mos proponendi doctrinam Christianam hoc seculo.

(a) *Ex Biblioth. univers. Tom. 10. p. 222.*

Y 3

22. Un-

(27) *Respectio hic ad duas disputationes Tribbechovii bis Halæ ex Clemente habitas. Anno 1706.*

*Et hæretis-
fandi.*

22. Unde sequebatur partim, ut pleræque doctrinæ tum temporis haberentur pro orthodoxis, & indifferentibus, quæ postea introductis systematibus & conciliis pro hæreticis sunt habitæ, partim, ut hæretici illorum seculorum pro talibus non declararentur a conciliis, sed solum impugnarentur in scriptis a doctoribus, vel etiam a singulis Episcopis pro hæreticis declararentur, pondus autem genuinum ista hæretificatio acciperet per consensum subsequenti-um seculorum.

*Per separa-
tionem vel
activam vel
passivam.*

23. Repete etiam ex supra dictis, quod qui hæretici secundi seculi hodie dicuntur, vel seipfos separaverint ab orthodoxis (a), vel saltem autoritate privata Episcoporum a communione fuerint separati (b).

(a) Vid. cap. præced. n. 39, 40, 41. (b) sup. n. 9, 10, 11, 12.

*Quantum
fidei mere-
antur tra-
dita de hæ-
reticis hujus
seculi.*

24. Adde, quod fontes, unde doctores sequentium seculorum doctrinas suas de seculi secundi hæreticis hauserunt, sint Irenæus, Justinus, Clemens Alexandrinus. Ut ergo notata de his Patribus §. 18. 19. 20. multas cautiones suppeditabunt, quantum fidem mereantur, quæ ipsi de hæreticis tradiderunt: ita magna oritur probabilitas, augmenta a doctoribus sequentium seculorum addita fabulis esse adscribenda.

*Fayditi &
Arnoldi do-*

25. Quare non mirandum, quod hoc seculo nostro vir eruditus in Gallia Abbas Fayditus (28) tra-cta-

(28) Optanda esset copia librorum Fay-
diti apud nos. De Fayditi vita & fato, a-
liisque scriptis videatur Marville loco hic
citato.

statum scripserit, in quo Valentinianos, Cerinthum, Tatianum, Hermogenem aliosque gnosticos defenderit, & quod orthodoxi fuerint, demonstrare conatus fuerit (a), item quod Arnoldus subinde (b) longe mitius de Valentinianis aliisque hæreticis hujus seculi senserit.

*Erina mitti-
ores de iis.*

(a) Dans les *Memoires contre Mons. de Tillemont, & dans les esclarcissements sur les Peres de deux premiers Siecles.* vid. de Vigneul-Marville *Melange d' Histoire & de Litterature.* Tom. 1. p. 307. (b) *Lib. 2. cap. 4. §. 16--21.* Conf. ejus librum vom Geheimniß der Göttlichen Sophie. p. 44.

26. In specie saltem de Valentinianis & Montanistis quædam peculiariter observabimus. Nam in Valentinianis, fatente Irenæo, fere concentrantur omnes Hæretici præcedentes, & ab illis multi subse-

*Præcipui
hæretico-
rum hujus
seculi Va-
lentiniani.*

quentium deducuntur. Conf. Arnoldi *Histor. minor. §. 13.* & Ittigius *de Hæresarchis secul. 2. capp. 6. prioribus.*

27. Verum est, graviter invehuntur in Valentinianos Patres, & ex Patribus secundi seculi qui restant, Irenæus & Tertullianus. Ille prolixè & aliquot libris, hic strictim, & magis sarcastice, quam doctrinaliter (a). Sed quam ob causam (b)? Quod veritatem hauriri non posse (29) docuerint ex solis scripturis ab his, qui traditiones nesciverint (c), quod doctrinam proposuerint de 30. Æonum generationibus (d), quod Deum ut corporeum descripserint, quod

*Doctrina
eorum a Pa-
tribus no-
tata.*

(29) Non hoc volo, quasi nulla causa hic subfuerit, impugnandi doctrinam Valentinianorum, sed, quod ob similes vel eandem causas alii non fuerint æque hæretificati. Item, quod cause non omnes veræ sint, Confer §§. sequentes.

quod duo principia coæterna posuerint, Christum corpus cœleste habuisse, & alia quædam de Christo somniaverint; quod hominum triplex genus statuerint, spirituale, animale, terrenum; primo animam natura bonam, (ita ut a nemine judicari, sed omnia impune perpetrare possit,) ultimo naturam malam, medio mediam, ut bonis operibus habeat opus, tribuentes; quod resurrectionem hujus carnis negaverint. Quanquam & ratione facti id notandum, alia imputari ut erronea Valentinianis a Patribus secundæ sæculi, alia a Patribus subsequentium seculorum (e), alia itidem esse incerta & inconstanter ipsis imputari (f). Addunt ulterius Patres vitam horum Hæreticorum impiam & obscenam (g).

(a) Sagittar. *Introd. ad H. E. p. ult.* (b) Sequentes errores excerptimus ex diligentissimo hæreticorum illius sæculi inquisitore D. Ittigio *Secl. 2. cap. 5. §. 3--7. Conf. Natal. Alexandri secul. 2. dissert. 15.* (c) Unde fallitur Natalis Alexander. *dissert. 16.* dum Valentinianis imputat, ac si neglectis traditionibus ad solas scripturas provocaverint. (d) Quorum tabulam exhibet etiam Arnoldus *Tom. IV. Oper. Major. p. 51. seq.* Adde Buddeum *p. 424. seq.* Patres quidem & alii communiter dicunt, id haustum esse ex Theogonia Hesiodi, aut ex doctrina Platonica, sed erudite ostendit Dn. Buddeus *pecul. dissert. de hæresi Valentiniana*, illam doctrinam haustam esse ex doctrina Judæorum cabbalistica. (e) Ita doctrina de Deo corporeo, & qui humana membra habeat, objicitur ipsis demum a Ruffino, & Ittigius de hoc asserto videtur ipse dubitasse *s. 5.* (f) Ita alii Valentinianis imputarunt, ac si docuerint, quod Christus ex Maria & Josepho natus sit, alii resurrectionem saltem hujus in-

divi-

dividui corporei negasse dicunt, alii dicunt, docuisse resurrectionem carnis jam factam. (g) Locum Irenæi excerptit Buddeus *d. dissert. p. 451.*

28. Jam ut valde verosimiliter ostendit Dn. *Defensio eorum verosimilis.* Buddeus, non esse veras imputationes probrosæ vitæ (a); ita quilibet non difficulter prævidere potest, etiam non inspectis Fayditi libris, non defuisse etiam huic argumenta similia, probandi, sanam & orthodoxam fuisse Valentini de Æonibus doctrinam, & quod ille de Deo ejusque attriburis & angelis pie ac catholice docuerit, ab Irenæo & Tertulliano fuisse in pravos aut absurdos sensus depravatum, aut si mollius loqui velimus, non recte intellectum. Nam vel ex iis, quæ Natalis Alexander huic Autori regerit (b), patet, quod levia sint & multis censuris obnoxia, quæ Alexander excipit (c).

(a) *d. l. p. 452. - 457.* (b) *Tom. 3. fol. 289.* in scholiis. (c) Ut recte docet Dn. Buddeus *d. dissert. p. 557. seq.*

29. Nobis videntur duo extrema cavenda esse, primo ne credamus omnia, quæ Valentinianis a Patribus imputantur, etsi illa imputatio forte bono & justo errore a Patribus facta fuerit (a), tum ne putemus etiam, genuinas Valentinianorum doctrinas tam impias fuisse, ut tantam detestationem & hæretificationem meritæ fuerint. Ex altera parte vero secundo, ne putemus, eorum doctrinas fuisse pias omnino & sanctas vel imitandas (b).

(a) Dn. Buddeus *p. 457.* (b) Nam utique Valentiniani videntur multa ex principiis Cabbalæ & Theologiæ mysticæ explicuisse, ut illud de triplici homine, de di-

(Caut, Ecclesi.)

Z

vina

vina sapientia f. Gnosti &c. Unde & hodie qui Cabalam & Theologiam mysticam defendunt, (30) Valentinianos, postquam mentem eorum penitus inspererunt, defendere solent. Sed quam caute tractanda, & imo quam cavenda sit Theologia mystica, jam aliquoties inculcatum est.

Cur Valentiniani pro hæreticis habitæ.

30. Adjuvabit tamen ad eo melius noscendum genium hæreticum adnotasse, quænam sit ratio, cur Valentiniani hæretici tacti sint, cum tamen Patres ecclesiæ iis oppositi, qui pro sanis & orthodoxis habentur, si non majores, saltem æquales errores secuti fuerint? (31)

Vid. d. §. 18. 19. 20. Præcipuum errorem Valentini arbitrator, quod statuerit duo principia æterna. Sed hoc errore tamen etiam infectus fuit Clemens Alexandrinus. *Bibl. univers. Tom. 10. p. 224.*

Ubi distinguuntur tempora.

31. Respondeo, aliam esse causam, cur in seculo secundo ab Irenæo &c. habitæ fuerint pro hæreticis, aliam, cur in seculis subsequentibus pro hæreticis fuerint continue traducti, absolutis Patribus, æque errantibus.

Cur seculo secundo hæreticis adscripti.

32. Irenæus, Tertullianus, Clemens Alexandrinus Valentinianos ideo pro hæreticis habuerunt, vel quod Valentinus & ejus asseclæ seipfos separaverint ab Ecclesia, & ita hæretificare orthodoxos inceperint, (a), vel

(30) *Us Buddeus & Arnold. Cujus liber de Sophia videtur aliquo modo inclinare ad ejusmodi doctrinæ. Vide potissimum p. 44. Es ist obne dem kein Verständnis in diesem Buche / wie in allen Mysticis, und wenn man fertig ist / ist man*

so flug, als unvor. Adde omnino Frankenberggii defensionem Valentinianorum in supplementis Arnoldi p. 11. ad 48.

(31) *Extendi potest hæc nota in discursu percurrendo singulos errores §. 27. 28. censitor,*

(a), vel, si Valentiniani ab orthodoxis pro hæreticis primum declarati, quod Valentiniani dogmata Judaica, valde exosa illis, qui ab ethnicis transferant ad Christianismum, præ principiis, quæ ethnicis intelligibilia essent, magni facerent, eaque pro singularibus mysteriis venditarent, & ad salutem esse necessaria docerent (b).

(a) Si modo verum est, & sufficienter probatum hoc assertum (32). Nam quæ loca eum in finem ex adversariis adduci solent, vel sunt suspecta, vel dubiæ interpretationis. (b) conf *cap. 9. n. 17 -- 22.*

33. Quemadmodum vero istud odium doctrinarum Judaicarum seculis sequentibus maxime crevit, & religio dominans facta fuit, ita & Irenæus & Clemens Alexandrinus, Ethnicismo & Platonismo & Stoicismo magis faventes, & Valentinianos hæretificantes, a successoribus pro Patribus Ecclesiæ fuere declarati, & Valentiniani ex illorum scriptis in subsequantium indices hæreticorum fuere translati, atque his multa alia afficta. Illorum vero errores pallio, videlicet, Christianæ charitatis obtekti sunt.

Nam tempore Irenæi Valentinianorum secta videtur quasi in æquilibrio fuisse cum orthodoxa doctrina. Ergo si Valentinianorum religio dominans mansisset, & ut talis etiam propagata fuisset ad posteros, hodie Irenæus, Clemens Alexandrinus &c. essent in Catalogis Hæreticorum.

34. Montanistas quod attinet, ante omnia cavendum, ne omnia, quæ de illis referunt Patres hæ-

Z 2

retifi-

(32) Conf. *Buddæum l. c. p. 419 seq.*

*credenda
omnia, que
dicuntur.*

retifices, vera esse credamus, sed hic ante omnia separemus putida mendacia a veritate, præsertim cum scriptores nostri temporis Evangelici, alias Montano haud faventes, mendacia illa agnoscere sint coacti.

Intelligo D. Ittigium de *Hæresiar. sect. 2. cap. 13.* conf. *obs. Hall. Tom. 2. obs. 8. §. 33.*

*Falsa varia
de Montano
& Montanistis.*

35. Ita falsum est, (33) quod tradit Hieronymus, Montanistas in præcipuo fidei articulo de Trinitatis mysterio satis crasse errasse (a). Ita mendacium, (34) quod Cyrillus Hierosolymitanus & alii asserunt, Montanum jactasse, se esse Paracletum sive Spiritum S. (b) Ita injuriam facit Montanistis Epiphanius, (35) cum dicit, eos cibis quibusdam abstinere, non disciplinæ gratia, sed quod ea, quæ a Domino facta sint, abominabilia judicent (c). Idem de nefandis Montanistarum mysteriis (36) statuendum, quæ a Philastrio, Augustino, & Cyrillo Hierosolymitano Montanistis imputantur (d). Et quamvis quasdam mulierculas, Priscillam puta & Maximillam sibi adjunxerit Montanus, tamen ex modo dictis facile patet, falsum esse, quod turpiter cum iis versatus fuerit, aut quod apud Eusebium refertur, quod (37) Maximilla æque ac Montanus ipse laqueo gulam fregerint:

(33) Tertullianus Montanista errorem hunc contra Praxeam refutavit. Epiphanius, & alii veteres Montanum de Trinitate recte sensisse scribunt &c.

(34) Nam Tertullianus Montanum a Paracleto pariter distinguit.

(35) Nam iterum Tertullianus docet,

ab hoc errore Montanum fuisse alienum.

(36) Hæc in dubium vocavit Autor Prædestinati, & Hieronymus quoque samæ illi fidem non adhibuit.

(37) Quin autor anonymus, quem ipse Eusebius citat, id in dubium vocavit.

rint (e), præsertim si quis consideret observationem Rigaltii (f), quod ea, quæ de Montano, ejusque affeclis antiqui illi scriptores asserunt, tam plena sint declamatoricæ vanitatis, ut ægre fidem mereantur.

(a) Ittig. d. l. §. 2. conf. Nat. Alexand. *secul. 2. differ. 3. fol. 327 seq.* (b) Ittig. §. 3. (c) Ittig. §. 13. (d) Ittig. §. 17. (e) Ittig. §. 21. id factum absque censura repetit, sed negat tamen Basnage *Tom. 2. fol. 281. seq.* (f) in sua *ad Tertullianum præfatione*, quam observationem refert nec improbat Ittig. §. 18.

36. His igitur observatis, crimen & hæresis Montani in eo constitit. 1. quod Montanistæ denegaverint ecclesiæ potestatem remittendi adulterium, homicidium, idololatriam aliaque graviora peccata (a); sed hunc rigorem communem habuerunt, etsi non cum communi Ecclesia orthodoxorum, tamen cum quibusdam doctoribus & episcopis orthodoxis (b). 2. Quod ciborum delectum habendum statuerint, variaque jejunia tanquam necessaria certis legibus adstrinxerint (c), & inde meritum quoddam & prærogativam præ aliis Christianis sibi tribuerint (d); sed hoc intuitu consentientes habent adhuc Pontificios hodiernos, qui frustra jejunia sua quadragesimalia defendunt, quod Montanistis non debeant originem (e). 3. Quod secundas nuptias damnaverint (f); sed & hoc habuerunt cum quibusdam Patribus Ecclesiæ (38) commune (g).

Eorum doctrina comparata cum doctrinis aliorum patrum &c.

Z. 3

secu-

(38) v. g. cum *Asbenagora* & aliis, quos adducit Gerbarus in loco de conjugio, ibi: 191,

secutione illicitam docuerint, nec persecutionem pretio redimendam voluerint (h); sed & hoc ex nimio martyrii amore factum est (i). 5. Quod Montanus visionum & prophetiarum falsa jactantia sibi auctoritatem conciliaverit (k); Sed talis jactantia non nocuit Hieronymo, ut ex classe sanctorum Patrum, tantum abest, ut ex gremio Ecclesiæ fuerit ejectus (l). 6. Quod cum mulierculis Priscilla & Maximilla familiariter versatus fuerit (m); Sed uti modo præmonuimus, ad mendacia referri debere, quæ de carnali Montani amicitia cum his mulieribus a nonnullis traduntur, simplex familiaritas & societas cum fœminis, præprimis pietati operam dantibus, iterum non taxari solet in Hieronymo & aliis sanctis.

(a) Ittig. §. 4. (b) Ittig. §. 6. 7. etsi ipse valde vacillet. (c) Ittig. §. 8. & 13. (d) Ittig. d. §. 13. in fine. (e) vid. Dalæum de jeuniis & quadragesima, contra quem more pontificio, id est sophistice disputat Natal. Alexand. diss. 4. ad secul. 2. fol. 331. seq. cui adde Basnag. Tom. 2 fol. 96-104. Ittig. d. l. §. 8--14. (f) Nat. Alex. dissert. 18. (g) Ittig. §. 15. (h) Alexander d. dissert. 18. (i) Ittig. §. 6. (k) Ittig. §. 18. (l) vid. quæ dicemus c. 14. §. 8. (m) Ittig. §. 21.

*Genuina
causa, cur
Montanista
inter here-
ticos relati.*

37. Quod si igitur in veram causam inquiremus, cur Montanistæ in classe hæreticorum sint, nulla alia restat, quam, quod Montanus observans corruptam vitam Christianorum sui temporis tam docentium, quam discipulorum, in alterum extremum prolapsus fuerit (etiam a studioso sapientiæ cavendum,) atque ex bona quidem intentione, & excusabili pro moribus illorum temporum ignorantia genuinæ do-

ctri

Strinæ de moribus & natura humana, putaverit, jejuniiis, austerâ severitate, misogynia, affectatione martyrii, somniis & visionibus acquiri posse felicitatem veram animi. Adeoque hic habes primam collisionem Mysticorum cum orthodoxis, de qua latius disserui alibi (a). Sed talis vita plane non erat ad palatum Patrum orthodoxorū in seculo tertio & quarto. Hinc illæ lacrymæ. Hinc opus erat, Montanum & Montanistas in catalogos Hæreticorum collocare.

(a) *Pref. ad Grosii vers. germ. conf. d. observ. 8. Tom. 2. 5. 34.*

38. Ex dictis etiam facile resolvi potest illud dubium, qui fiat, ut sanctus Ecclesiæ Pater simul hæreticis accensatur, cum tamen Pater Ecclesiæ & hæreticus sint contradictoria. Habemus autem exemplum in Tertulliano, de quo post varia in utramque partem allata judicia concludit Du Pin, quod absolutum de Tertulliano judicium ferri nequeat (a). Scilicet, cum jam seculo secundo hæretificatio & scripta in dissentientes in vectiva haberentur pro charactere doctoris Ecclesiæ, inde hoc intuitu Tertullianus tanquam magnus hæretifex, magnus audivit Pater Ecclesiæ, at vero quatenus severiori vitæ addictus, Montanum ejusque mores sanctiores adversus calumnias orthodoxorum defendit, eatenus ut hæreticus fuit traductus & a Patribus subsequentium seculorum catalogo hæreticorum illatus (b).

Cur idem Tertullianus & pater ecclesiæ, & hæreticus.

(b) Du Pin *p. 166. 173. 174.* (b) Conf. D. Ittig. *d. cap. 13. §. 23--27.* Inter varia judicia de Tertulliano illud Malebranchii relatum a Du Pinio *p. 174.* omnium optime videtur exprimere ingenium & mores Tertulliani & Mon-

Montanistarum tam antiquorum, quam hodiernorum (39). Add. *Tom. 2, obs. Hall, obs. 8. S. 30. seq.* Quibus vero magis placuit, Tertullianum, ob insigne hæreticium inferere catalogo Patrum Ecclesiæ, illi saltim nævos & errores Tertulliani, ut aliorum Patrum notant, ut Scultetus *Part. 1, lib. 7. Medulla Patr. cap. 42. conf. Nat. Alexander dissert. 9. ad seculum 2.*

*Varia dubia
de Gnosticis
illorum
temporum.*

39. Forte etiam hætenus dicta clavem supeditabunt solvendi dubia varia eruditorum de Gnosticis. Hammondi somnia jam explosa sunt (a). Sed illud adhuc dubitatur, an Gnosticorum nomen saltem generale fuerit & pluribus hæreticis commune an speciale? utrum Gnostici vixerint turpiter, adeoque calumniæ gentiliū de turpi vita Christianorum de Gnosticis sint intelligendæ? Unde Gnostici ortum ducant? an ex falsa doctrina Judæismi, an Ethnicismi (b)?

(a) Omnia torquentis (40) ad hæresin Gnosticorum quæcunque in sacris literis & historia primorum seculorum invenire poterat, etiam ab iis alienissima. (b) Vid. Ittigium *sect. 2, c. 9. Basnag. Tom. 2. fol. 51. seqq. Patrem in Schediasm. hist. s. de origine hist. philos. sb. 43. seq.*

*Conjectura
nostra.*

40. Scilicet (41) videtur statim a tempore Apostolorum inter doctores, qui ex Judæismo & Paganismo ad Christianam fidem accesserunt, de Gnosti live cognitione mysteriorum divinatorum litigium esse ortum, falsis Apostolis multa de tali Gnosti jactantibus

(39) i. e. qui simili modo sub prætextu pietatis in austera vita salutem quærunt. *Vitringa obs. sacr. lib. 5. c. 10. 11. 12. 13.*
 (40) vide Ittig. d. cap. 9. S. 5. 6. De *(41) Tota hæc disputatio valde illustrari potest ex hodierna controversia Pietistica,*
 Gnosticis jam in primo seculo multa habes

bus (a), ac postea eruditioribus ex Christianis inter se certantibus, utrum principia cabbalistica an Platonica sint aptiora ad titulum illius jactatæ Gnoseos merendum. Quod vero Gnosticorum nomen sectarios denotare inceperit vel inde factum, quod falsi doctores sibi ipsis imponerent ex jactantia hoc nomen, vel quod ab orthodoxis ita per contemptum vocati fuerint. Specialis autem secta non videtur fuisse (b), quæ peculiaria dogmata præ reliquis habuerit. Imo qui seculo secundo Gnostici ab Irenæo & Clemente appellantur, videntur magis judaicis (42) & cabbalisticas imaginationes loco fundamentorum Gnoseos suæ posuisse (c), inde eo minus mirandum odium orthodoxorum sive Christianorum in secundo seculo dominantium, qui principiis ethnicismi inhærebant cum Christianismo commixti (d), quod eos ita animavit, ut ex nimio studio contradicendi in alterum extremum fuerint lapsi, & nomen veræ Gnoseos adscripserint interpretationibus Stoico-Platonice, phantastico-allegoricis, & pseudo-mythicis, ut de Clemente Alexandrino jam notarunt alii (e).

(a) Huc pertinet, de qua Paulus loquitur, Gnosis pseudonymos. (b) Ut ex Irenæo & Clemente Alexandrino verosimilius est. Qui ut specialem sectam memorant, sunt Patres subsequentiæ seculorum. (c) Vid. Ittig. §. 8. *ab initio* & *in fine* §. 13. (Nam quod Gnosticis tribuatur hypothesis de duplici Deo, demum Augustinus tradit, Ittig. §. 14.) Tertullianus dicit, Valen-

(Caus. Eccles.)

A a

len-

(42) Nam Clemens, Stoicos magni faciens, Judaicis doctrinis videtur minus favisse.

lentinianorum doctrinas in sylvas Gnosticorum excrevisse. Ittig. §. 17. *in medio*. (d) vid. §. 32. 37. add. Dn. Buddeus *de heresi Valentianor.* §. 13. *in not. p. 452 seq.* (e) Ittigius §. 20. *in fine*. Pater. *d. l.* §. 43. *seq.* Dn. Buddeus *p. 454.*

Status miser ecclesie Christiana in seculo secundo.

41. His vero ita seorsim consideratis, jam ad oculum patet summa miseria Christianorum etiam orthodoxorum, etiam Patrum, inter medias persecutiones ethnicorum maximo odio dissentientes persequentium, & schismata ex causis etiam levissimis facientium. Quicumque extra partes est positus, & præjudiciis Papatus politici non est occæcatus, sine indignatione legere non potest circumstantias vanissimæ litis de celebrando Paschatos die, (43) quæ hoc seculo ex sæpius memorata primaria causa, i. e. odio erga Judæos plane ferino incepit, ac varios progressus sumsit, ut profecto necesse sit, hodie in media luce se iponte exccæcare, si quis credere velit, in seculo secundo fuisse doctrinam & mores Ecclesiæ, etiam orthodoxæ, integros, sanctos & imitandos.

Vid. præter Arnoldi *opus majus cap. 4. §. 57 -- 60.* Basnagium *Tom. 2. fol. 185--191.* Nat. Alex. *dissert. 5. ad secul. secund.* Summatim & satis modeste proponit summam hoc seculo actorum Du Pin sub Irenæo *p. 108.*

(43) *Repeto supra dicta §. 9, nota b,*

CAP. XII.

De

Cautelis circa historiam ecclesiam
ficam seculi tertii.

SUMMARI A.

Monitum generale de decrementis Christianismi singulis seculis au-
ctis. S. I. Fabula de Mammea & Philippi Imperatoris Chri-
stianismo. S. II. Commendatur Basnagius de ritibus hoc se-
culo ortis. S. III. Fabula & mendacia de Origene. S. IV. Ni-
mius ejus allegorizandi studium. S. V. Commendatur Cle-
rici vita Cypriani. S. VI. Augmenta potestatis Episcopalis
hoc seculo. S. VII. Asceta & Eremita seculi tertii. S. IIX.
Fabula de illis. Cautio visa Eremitica. S. IX. Item disci-
plina Ecclesiastica illius seculi. S. X. Judicium de contro-
versia de rebaptizandis hereticis. S. XI. Cautela circa No-
vatianorum historiam & doctrinam. S. XII. Notabilia de
Paulo Samosateno S. XIII. Cautela de Manichæis, eorum-
que adversariis. S. XIV. ac doctrina de duobus principis ce-
atennis. S. XV.

I.

Vidimus (1) in præcedenti capite, quod status Ec-
 clesiæ Christianæ non perfectior fieri, sed po-
 tius pededentim decrefcere inceperit, & quod
 A a 2

(1) Hactenus in prioribus duobus se-
 culis prolixius monstravi, tantum abesse, ut
 juste invebantur in Arnoldum nostri Here-
 tifices, ut potius Arnoldus intuitu illorum
 duorum seculorum peccaverit in defectu,
 nec omnes fabulas & ineptias detexerit, ad-

notandas ex aliis scriptoribus, etiam Pontifi-
 ciis, ad ruborem excutiendum nostratibus.
 Nunc vero in sequentibus sufficet sequi ve-
 stigia Arnoldi in Synopsi Histor. Ecclesiasti-
 ca, & saltem hinc inde quadam adnotare.

*smi, singulis
seculis au-
ditis.*

multa scripta supposititia atque fabulæ ibi sint cavendæ. Idem monitum in genere observandum in seculis sequentibus usque ad Reformationem. Nam in singulis seculis status internus Christianismi factus fuit deterior & fabulæ ac mendacia simul creverunt. Specialia petantur ex autoribus, ex quibus hactenus excerptimus secula duo prima. In posterum prescius sequemur vestigia Arnoldi, annotando potissimum ea, quæ ad illustrationem & confirmationem aut etiam ad refutationem dictorum ab eo dubiorum pertinent.

*Fabula de
Mammæ
& Philippi
Imp. Chri-
stianismo.*

2. Cavendum a fabula de Mammæ Imperatricis Christianismo (a) & magis a fabula de Christianismo Philippi Imperatoris (b), idque eo magis, quia defensores fabulæ posterioris (c) quandoque id ex peculiari status ratione faciunt, ut excommunicationes principum eo majori cum successu defendere queant (d).

(a) Quam in opere minori *cap. 1. §. 3.* sed clarius in majori adstruere vult Arnoldus *cap. 1. §. 7.* Ostendit satis perspicue fabulam Basnage *fol. 286. seq.* (b) Vid. latius Basnage *f. 337. seq.* qui refutat assertores ex variis rationibus, maxime ex eo, quod impossibile fuerit Philippo, occultare religionem Christianam. Ipse Arnoldus fabulam esse credidit vom ersten Christenthum *lib. 8. cap. 2. §. 10. circa fin. fol. 205.* (c) inter quos est ipse Arnoldus *cap. 1. §. 8.* & in opere major. *c. 1. §. 8--12.* sed qui fere conjecturas affert vix probabiles, si quis pondera rationum Basnagii in contrarium consideret. Cum Arnoldo sentit quoque Nat. Alexander *secul. 3. cap. ult. §. 10.*

§. 10. p. 617. Reliquos plures citat Arnoldus d. §. 12. oper. major. (d) Dicunt enim Philippum ob facinora sua pœnitentiam a Clero impositam passum esse. Arnold. §. 9. Oper. Major. conf. Basnag. fol. 324. (2)

3. Quæ de statu interno Christianismi differuntur ab Arnolde, multum illustrabuntur ex observationibus Basnagii. Ita probat, hoc seculo Clerum nondum fuisse usum peculiari vestitu (a); Ita de ortu & progressu extructionis templorum fusius disserit (b), item de variis jejuniorum speciebus hoc seculo ortis (c), & ritibus ad eucharistiam pertinentibus (d), de variis gradibus pœnitentiæ & ritibus (e) &c.

*Commen-
datur Bas-
nagius de
ritibus hoc
seculo ortis.*

(a) fol. 234. contra Baronium conf. fol. 392. (b) fol. 267 - - 273. item 292. seq. ad illustr. dicta Arnoldi cap. 1. §. 6. (c) f. 247. seq. 283. seq. 295. seq. ad Arnoldi cap. 2. §. 11. (d) f. 252 - - 260. ad Arnoldi §. 12. (e) f. 237 - - 247. ad Arnoldi §. 15. seq. conf. Bibl. univ. Tom. 12. p. 292. Nat. Alexand. ad secul. 3. dissert. 2. ad 12. Sed vide tamen, quæ paucis monet Arnold. in Op. maj. cap. 6. §. 6.

4. Inter Patres hujus seculi potissimum eminet Origenes (a). Hic cavendum ex una parte, ne iniquiores sententias de Origine sequamur, i. e. ne mendacio turpi Epiphanii credamus, quasi Origenes metu coactus thurificaverit idolis (b), ne putemus, Origenem a Demetrio Episcopo Alexandriae ob eversionem propriam & susceptum tamen presbyterium jure excommunicatum esse (c); ne credamus,

*Fabula &
mendacia
de Origene.*

A a 3

Ori-

(2) Unde eo majorem meretur notam | plo vult defendere excommunicationem mi-
Basnag. dum postea in eodem Tomo II. dis- | norem Regum. Vide notas ad Lancelot-
sert. 3. §. 10. f. 485. ex eodem hoc exem- | tum p. 2221.

Origenem illo seculo fuisse pro hæretico habitum, (3) vel habendum, etsi in quibusdam ab orthodoxia hodierna differat (d).

(a) Cum his, quæ Arnold *cap. 3. §. 7. & 8.* de eo narrat, conf. vitam Origenis a Caveo scriptam & hujus synopsis in *Bibl. univ. Tom. 6. p. 31. seq. Basnag. Tom. 2. fol. 226--233. item 335. seq. Du Pin pag. 190. seq. Nat. Alexand. seculo 3. cap. 3. art. 12. fol. 597--603. item cap. 4. art. 2. f. 605--608. it. dissert. 15. 16. 17. ad seculum 3.* (b) Fabulam esse ostendunt Cave, (4) Basnage *ad. ll. Arnold. cap. 2. Oper. maj. §. 7.* Unde facile responderi potest differendi Nat. Alexandro *dissert. 15. quest. 2.* (c) Invidiam Demetrii agnoscunt Cave & Nat. Alexander *d. dissert. 15. quest. 1. it. Du Pin, etsi dubitanter loquatur, ut adeo mirandum sit, Basnagium f. 231. defendere excommunicationem Origenis, add. Arnoldi Opus maj. cap. 7. §. 5.* (d) Nam hæretificatio Origenis facta demum fuit in sequentibus seculis. Nat. Alexand. *diss. 16. art. 2. f. 704.* Non defuerunt tamen defensores (5), de quibus agit idem *diss. 17.* Summam doctrinæ ejus exhibet satis modeste Du Pin *pag. 208. seq. conf. Scultet. Medull. Patr. lib. 6. cap. 6. p. 163.*

Nimum e

5. Sed ex altera parte etiam cavendum, ne cum

(3) Conf. Tom. 2. *Observ. select. Halens. obs. 8. §. 35.*

(4) Nullus coævorum ea de re quiquam. Non est verosimile quod adjicitur de alternativa concubitus cum femina Æthiops, quia Origenes erat castratus. Quamquam inquirendus modus castrationis, nam inveniebantur etiam Christiani, qui se castrabant, ut eo securius dormire possent cum

mulieribus. Nat. Alex. *d. dissert.*

(5) Origenis defensor contra adversarios, propriis, quod non præverit Arrio. Felde contra Koch. p. 127. *seq. 138. seq. 146. seq.* Hieronymus ipse fatetur quod Auctor fuerit, ut Origenes pro hæretico fuerit habitus. Barbyr. *præfat. ad Rufinum. opus majus §. 10. p. 38. nov. edit.*

cum admiratoribus Origenis eum nimis veneremur & ejus nævos imitemur (a), minime omnium vero nimium allegorizandi studium, i. e. scripturam in sensu mystico explicandi (b).

(a) Maxime sobria est censura de Origene Du Pin pag. 218. seq. nec virtutes, nec nævos ejus tacentis. (b) Pudere debebat ex nostratibus eos, qui tam sibi placent in interpretationibus mysticis, quod ex Pontificiis ipse Du Pin pag. 219, agnoscat. hanc scripturæ explicandæ rationem esse imperfectissimam, inutilem & periculosam. Ipse Porphyrius, quamvis paganus, stultitiam talium explicationum agnovit. *Bibl. univers. Tom. 6. p. 50. seq.* utrum vero origo istius explicationis Platonicis debeatur, utrum Judæis, de quo vid. *Bibl. univers. Tom. 4. p. 528. & Tom. 8. p. 150.* parum interest: Origenes & Platonicus erat, & Judæo præceptore utebatur in addiscenda lingua hebraica. *Conf. Tom. 6. d. pag. 51.* Secundum Lutheri opinionem de Allegoristis, (ut Origene, Hieronymo &c.) ejusmodi allegoriis magna datur occasio Atheis, ut rideant scripturas. Seckendorff. *in histor. Lutheranismi.* *Bibl. univers. Tom. 22. pag. 14. seq.*

6. Post Origenem præ cæteris Cypriani vita probe notanda est (a), sed absque affectibus descripta (b). Exemplum & specimen insigne (6), quomodo

(6) patrum nævi non sunt occultandi. (209) Cypriani stilus declamatorius visio seculi. Hæc fuit ratio, cur Tertulliani scripta tantopere amaverit. (212) Eo tempore Presbyteri erant uxorati, (215)

Cyprianus post Christianismum abstinuit ab uxore, unde patet, qualem conceptum illo tempore Christiani habuerint de virtute continentie. (216) Cyprianus scribit de gratia Dei ad Donatum plane rhetorice & decla-

modo Patrum vitæ scribendæ sint, in Cypriani vita dedit Clericus (c).

(a) De

declamatorie. Ejus scripti contenta. (218) De vanitate idolorum exscripsit ex Tertuliano & Minutio Felice, iis non nominatis. Christus morte voluntaria prævenit carnificis officium. (220) Testimonia Cypriani contra Judæos. Censura hujus libri. Ineptia interpretationum mysticarum. (222) Episcoporum honores & divitiæ illis temporibus. (229) Cypriani scriptum de habitu virginum. Rationes contorta, ut illa, quod nemo possit colorem crinium mutare, item: opus Dei esse omne, quod nascitur, Diaboli, quod mutatur. (232) Oblatio pro mortuis jam illo tempore ex Genesismo in Christianismum deducta. (234) Comædiantum temporis ad cœnam non admissi, etsi amplius non agerent, sed alios informarent. Episcopi illo tempore sine consultatione alterius poterant excommunicare Diaconos, ipsi honorem debitum non exhibentis. (237) Virgines cum maribus concumbentes tamen possunt manere virgines. Gladius spiritualis excommunicationis cum corporali a Cypriano comparatus stilo declamatorio. (238) Cyprianus fugit. Ejus visiones. Eos non esse Asæos, qui illas non credunt. (240) Iterum fugam excusat Cyprianus. (245) Ea suspecta est Ecclesiæ Romanæ. (246) Epistola ad martyres & confessores declamatorie scripta. (248) An indicium Christianæ & bonæ mentis, fugere martyrismum? an, id optare? (249) Aliæ visiones Cypriani examinata. (252) Jam illo tempore visiones pro impertinentibus & ridiculis a

quibusdam habita. Occultationem suam iterum excusat. Ipsius absentia causa fuit, quod pœnitentes citius recepti fuerint. Martyrum commendationes non semper sunt prudentes. (257) Durities Cypriani erga lapsos ante suum reditum, recipiendos. (258) Martyrum ignorantia in sacris literis, ipsis a Cypriano objecta, stilo declamatorio doctorum adscribenda. Cyprianus ipse ignorat sensum sacrarum literarum. (263) Stilus declamatorius etiam in epistolis Christianorum usitatus ab ipso Imperatore Ebnico taxatus. (267) Cyprianus excommunicavit Felicissimum alios ab obedientia Cypriani abstrahere volentem. (272) Schisma Romanum inter Cornelium & Novatianum. Cyprianus tenet partes Cornelii, quia Novatiani partes secutus erat Novatus, amicus Felicissimi. (274. conf. 286) Illo tempore cum non esset Hierarchia Ecclesiastica, Episcopi conservabant autoritatem suam consæderationibus quasi tacitis, ut fere nihil, quod alicujus momenti esset, ordinarent sine consensu aliorum. (279) Cyprianus in concilio respectu lapsorum mediam sententiam eligit inter Novatianum, lapsos omni spe receptionis privantem, & Felicissimum, lapsos absque pœnitentia recipientem. (280) Synopsis tractatus de unitate Ecclesiæ. (282) Falsa probatio thesæus ex dicto: Tu es Petrus. (284) Omittit potissimam objectionem adversariorum. (286) Synopsis libri de lapsis. (287) Omittit potissimas rationes pro sua sententia, & i.

(a) De qua Arnold. *cap. 3. §. 11. & cap. 4. §. 1. 6.* ubi tamen gesta §. 1. 2. pōnenda post §. 6. Ex vita vero Cypriani & scri-

Et ipse in praxi multum defisit a rigore priori. (289) Pœnitentiæ gradus & modi illorum temporum ex Cypriano. (292) Hic putat, pœnitentiâ peccatores satisfacere Deo. Quo sensu? (293) Pœnitentiæ tempore Cypriani non diu duravit. Responsio Cypriani ad Confessores Romanos. (296) Stilis nimis figuratus Patrum. Est potissima occasio errorum in heterodoxis. Exemplum in Cypriano, qui, dum videtur, purgatorium adstruere, nil minus adstruit. (299) Nova Synodus remittit rigorem erga lapsos. (303) Cypriani error circa divinacionem futuræ persecutionis. (304) Fortunati & Felicissimi artificia contra Cyprianum. (305) Fundamentum omnium hæresium, secundum Cyprianum, inobediencia erga Episcopum rite electum. (308) Ineptiæ ac fastus in ratiociniis Cypriani. (309) An agnoverit primatum Romanæ Ecclesiæ? (311) Imperia Dæstica singulorum Episcoporum in suis Ecclesiis, jam tum usurpata, æque noxia sunt, ac imperium Papæ in Episcopos. (313) Cyprianus proxime expectabat adventum Antichristi & diem extremum. (306. 315.) 317) Idem panem quotidianum in oratione Dominica exponit de communione quotidiana illorum temporum, ac si sensus sit, quasi Christiani orarent, ne excommunicarentur. (315) Liber Cypriani de mortalitate. (316) Cypriani visio suspecta, quod Deus prohibent plorare defunctos. (317) Interesse pecuniarium Episcopo-
(Caut, Eccles.)

rum illius temporis in conversione Pagorum. Hodierna depauperatio Cleri. (319) Liber Cypriani ad Demetrium. Ridicule pestem imputat antiquitati mundi. (321) Nova relatio dubia, de non substituendâ aqua loco vini. (324) Inepta ratiocinationes, & mystica interpretationes. (325) Lis de tempore baptizandorum infantum parum rationabiliter terminata. (328) Misserrima responsio Cypriani contra imputationis Pupienis. (331) Motus Basilidis & Martialis (336) Cyprianus in libro de Eleemosynis papizat. (338) Novi motus Novatiani. Episcopi debent rationem reddere aliis Episcopis, & possunt ab ipsis judicari. (340) Controversia de rebaptizandis, qui a Novatianis baptizati erant. Rationes Cypriani & Synodi Africanæ pro affirmativa. (341) Sed non obtinuit ubique in Africa praxin. (346) Nova Synodus Africana confirmat priorem sententiam, & decreta Synodi mittuntur ad Stephanum Episcopum Romanum. (348) Nova litera Cypriani pro confirmanda hac sententia sine causa pro su, positâ habitâ ab Augustino. (350) Lis Stephani cum Cypriano ea de re; Uterque indigne & non modeste banc questionem tractat. 351) Tertia Synodo Africana confirmatur sententia Cypriani, postmodum tamen, ut eo facilius hæretici redeant, tempore Augustini derelicta in ipsa Africa. (353) Sed tum approbata ab Episcopis Africanis præcipue a Firmiliano cum magna invektiva in Stephanum. (356)

B b

In

scriptis ejus poterit cognosci, tanquam ex speculo, status ecclesiæ Christianæ hujus seculi, tam internus, quoad virtutes & vitia, quam externus, quoad regimen, pacem & turbas. (b) Nam affectibus pro more indulget Caveus. Du Pin etiam nimis laudat Cyprianum, contra quam in aliis Patribus facit. Natal. Alex. *diff.* 2. 12. 13. 14. nimis partialis est, modo Cyprianum commendans in controversia de lapsis, modo taxans in controversia de baptizandis, qui ab hæreticis transibant ad Christianos, prout interesse Papatus id postulabat. Neque diffitendum est, eos, quibus etiam apud Protestantes placet magna Cleri, & Episcoporum præprimis, autoritas, non posse non valde commendare Cyprianum, utpote qui, si quisquam, hanc autoritatem & independentiam fere singulis paginis inculcat. Basnagius de vita & rebus gestis Cypriani sparsim agit a pag. 343. ad p. 393. (c) *Bibl. univ. Tom. 12. pag. 209--369.* Lege & judica. Non tacet virtutes Cypriani, non occultat nævos, partim communes cum aliis Patribus, partim ipsi proprios, observatum & ritum ecclesiasticum illorum temporum &c, id tamen omisit notare (7), quod traditio de Cypriano Justina plane sit fabula anilis, sive per Cyprianum intelligatur noster, sive Antiochenus, uti latius docet Basnage *fol. 345. 346.*

*Augmentata
potestatis*

7. Ex qua simul constabit, quali artificio hoc seculo usi sint Episcopi in firmanda sibi independente

In mediis his turbis Cyprianus mittitur in exilium. (359) Nova visio Cypriani. (360) Ejus martyrium. (363) Ejus e-logium & navi (369).

(7) Nam Clericus putat cum aliis, Ju-

stinam hanc pertinere ad Cyprianum quendam Antiochenum. Unde patet, quid judicandum sit de Gregorio Nysseno, qui hæc fabulam de nostro Cypriano narret.

te autoritate in mediis persecutionibus, & in excommunicatione eorum, qui contra vel hiscere audebant (a). *Episcopalis hoc seculo.*

(a) Vid. Cleric. d. l. passim, inprimis p. 308. seq. ubi ostendit, quod secundum Cyprianum inobedientia erga Episcopos sit fundamentum omnium hæresium. Ex iis, quæ habet p. 313. seq. patebit, quod imperia despotica singulorum Episcoporum in suas ecclesias illo tempore jam usitata æque sint noxia, ac imperium Papæ in Episcopos. Add. omnino Arnoldum *Op. maj. cap. 4. n. 5. & 6.* ubi ostendit, huic seculo deberi originem juris episcopalis, illis temporibus adhuc quidem aliquo modo restricti.

8. Sentientes adeo quædam piæ animæ infirmitates in vita communi Christianorum ex in-tempestitiva præcipitantia in alterum extremum prolapsi sunt, salutem quærentes in vita solitaria, si modo vera sunt, quæ de iis communiter referuntur. *Asceta & Eremita seculi tertii.*

9. Unde duo hic maxime cavenda sunt, 1. ne putemus, omnia vera esse, quæ de primis Ascetis & eremitis Paulo & Antonio scribuntur, 2. ne vitam tantalem tanquam utilem homini Christiano commendemus. *Fabula de illis. Cautio vitæ eremiticæ.*

Bb 2

Utro-

(8) Pontificii commendant Laicis lectionem Legendarum, quia sint intellectu faciliores, quam sacra litera, adeoque, ut notat Tribbeckovius in Exerc. ad Baron. Annales, p. 38. commendant glandes præ frugibus. Cur tot fabule sint in vitis Sanctorum & Martyrum, vide Baylium in Diction. sub voce Valerius p. m. 1204. Ipse Arnoldus, ea quæ hic attulit, in emendationibus

p. 54. negare non est ausus, & ibi in fine etiam addidit limitationem emendationis, sed frigide. Conf. dissert. meam de orig. proc. inquis. contra Sagas §. 27. & 28. De Hieronymo confer infra cap. 14. §. 8. Ipse tamen non fuit autor vitæ Antonii, sed Athanasius. Arnold ibid in præfat. p. 48. item in tract. ipso, p. 13. seq.

Utrobique hic cavendus Arnoldus *cap. 2. §. 19.* juncto *Op. maj. cap. 5. §. 21. 22.* Sed jam Erasmus notavit, Hieronymum finxisse exercitationis gratia vitam Pauli & Antonii, vid. argumenta Erasmi *ad Epistol. Hieronymi T. 1. f. 237.* conf. Hieron. *catalog. scriptor. Eccles. Tom. I. epistol. fol. 296.* Adversus commendationem vitæ hujus ab Arnolde factam notandum, eum admittere vâris præjudicia erronea, 1. ac si societas humana sit noxia pietati, 2. ac si affectus humani possint in solitudine magis mitigari, quam in societate, 3. quasi irritatio hominum ad vitam stultam proveniat saltim ab extra, 4. quasi singularis & eminens sanctitas consistat in nimio metu irritationum externarum, cum tamen hic metus sit indicium magnæ adhuc imbecillitatis & infantia in Christianismo.

Item disciplina ecclesiastica istius seculi.

10. Cavenda etiam est in Arnolde commendatio disciplinæ ecclesiasticæ rigidioris hujus seculi, quamvis obiter & tanquam aliud agendo facta, quoniam multi abusus simul commendantur, qui non nisi fulcra sunt imperii clericalis, jura circa sacra Principibus tandem extorquentis.

Vid. Arnold. *c. 2. §. 15. 16.* & *in Op. major. c. 6. §. 3--9.* ubi multa non cohærent, (9) v. g. in §. 4. dum dicit, quod receptio lapsorum facta fuerit consensu totius Ecclesiæ, vel certe *Presbyterorum*, ut videlicet omnia cum eorum consensu sine affectibus aut unilaterali arbitrio *dehorum* fierent. Item: commendationes Martyrum valde considerabantur in receptione lapsorum, quod iterum indicio est, receptionem magis ab autoritate paucorum dependisse, quam ex rationibus justis factam

(9) Conf. ipsum Arnoldum, emend. pag. 54.

etiam esse, unde Arnoldus statim notat abusum hujus rei ex Cypriano, qui non sine causa in epistolis sæpe ea de re conqueritur. vid. Bibl. univ. Tom. 12. pag. 257. 263. seq. Porro, dum s. s. Arnoldus ceremonias excommunicationis hujus seculi comparat cum ceremoniis subsequen- tium seculorum, in eo peccat, dum ceremonias sequentes solas adscribit traditionum humanarum inventioni, quasi scilicet excommunicationes illo tempore usitatæ fuerint in Evangelio præceptæ, & quasi non præparaverint viam sequenti imperio clericali & papismo. Quæ in fine illius s. habet Arnoldus de serâ intentione & cautione Christianorum severius cum poenitentibus procedentium, eadem facilitate possunt adscribi subtili cuidam cupiditati imperandi. Quid enim alias obstabat receptioni eorum in Ecclesiæ gremium, qui jam, ut ipse fatetur, a Deo essent recepti? Sic & varia monenda circa §. sextum. Falsum enim est, quod asserit, gradus illos & ceremonias externas poenitentiae factas esse sponte sine coactione & hypocrisi, quia poenitentes adigebantur ad eos per regulas ab Episcopis ipsis præscriptas. Falsum est, quod planctus & fletus & substratio sint signa necessaria seræ poenitentiae. Falsum est, gravioribus peccatoribus ex præcepto vel doctrina Christi, vel Apostolorum diuturniora tempora poenitentiae esse concedenda. Curenim Christus zelum ejusmodi non usurpavit adversus adulteram? cur non usurparunt Apostoli erga Petrum? Illa verò absolutio sine receptione, non multum absimilis moribus hominum parum Christianorum, Es sey ihm wohl vergeben, aber nicht vergessen. Et ipse Arnoldus tandem in cod. s. Dahero es auch nichts re. ea iterum destruit, quæ in præcedentibus commendaverat. &c.

Bb 3

n. Cir

*Judicium
de contro-
versia de
rebaptizan-
dis heresi-
cis.*

II. Circa hæreses & schismata hujus sæculi cavendum est, ne in controversia de rebaptizandis illis qui à Novatianis transibant ad orthodoxos confundamus quæstionem ipsam cum modo tractandi. Modus tractandi ex utraque parte vapulabat (a), sed res ipsa dubia erat & intricata, ita ut rationes non desint utrique parti, ut etiam hodie impartiales scriptores alii in hanc, alii in illam inclinent, (b) etsi cur scriptores Pontificii Cypriani decisionem (10) damnent, interesse evidens adfit (c).

(a) Vid. Arnold. *cap. 4. §. 1. & 2. & Oper. maj. cap. 7. §. 1-4.*

(b) Sententiam Cypriani rejicit Arnold. *d. cap. 7. §. 1. & 2.* contra Clericus *Tom. 12. Bibl. univ. p. 350.* Cypriani sententiam habet pro valde rationali. Basnag. *Tom. II. fol. 275. ad annum 215.* etiam valde inclinatur in sententiam Cypriani. *conf. eund. f. 372.* (c) Ut salvent auctoritatem Papæ Stephani, deinde ut tueantur Augustinum, subsequentibus temporibus tradita antecessorum, in Africa iterum deserentem. *Conf. Bibl. univ. d. l. p. 353. seq. Arnold. d. c. 7. §. 2.* Pertinent huc, quæ habet Nat. Alexander *hoc seculo cap. 3. art. 5. pag. 584. seq. & dissert. 12. 13. 14.* contra quem subinde disputat Basnage *a fol. 377-384.*

*Cautela
circa Nova-
tianorum
historiam &
doctrinam.*

12. In controversia ipsa cum Novatianis cavenda iterum duo extrema, ne scilicet credamus, Novatianum iis moribus fuisse præditum, qui ipsi ab adversariis imputantur, aut illas doctrinas docuisse, quæ mereantur hæretificationem (a), & rursus, ne defendamus nimium rigorem Novatiani, vel etiam

Cy-

(10) Cyprianus docebat, esse rebaptizandos. Stephanus Papa negabat. Cypriani hypothesis erat: Heretici sunt extra Ecclesiam, ergo eorum baptismus est nullus.

Cypriani, erga lapsos pœnitentes & ut hanc cautelam adhibeamus in lectione Arnoldi (b). Ortus enim hic rigor fuit ex doctrina Montanistarum (c).

(a) Vid. Arnold. *cap. 4. n. 5. seq. & Op. maj. cap. 7. n. 7. 19.* ubi solide refutat hostes Novatiani. Adde rursus vitam Cypriani in *Bibl. univers. Tom. 2. passim.* Potissimum *exp. 275.* patet, Cypriani fugam, quam parum verosimiliter visionibus excusat, occasionem dedisse toti huic controversiæ. (b) *Loco citato.* Notandæ sunt tres sententiæ: Novatiani: nullos lapsos esse recipiendos; Cornelii: omnes esse mox recipiendos; Cypriani: esse quidem recipiendos sed cum distinctione delictorum & temporis. Cleric. *in vita Cypriani, p. 200. Basnage f. 367. b.* Sed suspecta sunt illa miracula pœnarum cœlestium in lapsos citius receptos, quæ *d. fol. 367. a.* recensentur ex Cypriano, imprimis, quod de puella lactante narratur (11), a nutrice ad idololatriam oblata &c. (c) *Basnage f. 235. seq. conf. cap. preced. s. 37.*

13. Hæreses Noetianorum, Sabellianorum & Samosatensianorum uti fere coincidunt, ita circa Pauli Samosatensii (12) excommunicationem notandum. *Notabilia de Paulo Samosatensio.*
 1. Vitia, quæ ipsi adscribuntur non niti nisi fide adversariorum & inimicorum, nævos adversariorum nimis augmentium (a). 2. Litem ortam esse ex nimia curiositate explicandi mysteria incomprehensibilia essentiæ divinæ, (13) Patris, Filii & Spiritus S. per terminos

(11) Scilicet, cum Diaconus infanti S. calicem daret, quod secutus fuerit singultus & vomitus. *Conf. Dale Hist. Baptism. p. 381. seq.*

(12) Adde Arnold. *c. 4. s. 9. seq. & in*

op. maj. c. 7. s. 20. seq.

(13) Hæc quidem notantur de Sabellianis, sed Noetiani & Samosatensiani fere idem statuebant.

minos philosophiæ, potissimum Platonica, atque ad eum ortam esse litem de termino hypostaseos, item terminum homousiæ tum a Patribus Paulo Samosateno adversis rejectum esse (b). 3. Neque adeo conjecturam eorum esse de nihilo, qui putant, Samosatenum in favorem Zenobiæ aliquo modo judaizasse (14), atque sic eo majus odium orthodoxorum sibi conciliaſſe (c). 4. Meræ vero rationi status esse adscribendum, quod Aurelianus depositionem & excommunicationem Samosateni adprobaverit (d). 5. Dionysium Alexandrinum, ex nimio studio contradicendi Samosateno, Arrio præviſſe (c).

(a) Arnold, *cap. 7. §. 22. Nat. Alex. cap. 3. art. 8. Basnag. f. 408. seq.* (15) Non tamen negamus, Paulum fuisse ambitiosum, sed fuit hoc vitium ipsi cum aliis Episcopis illorum temporum commune. *conf. dicta hic n. 7.* (b) Arnold. *Op. maj. cap. 7. §. 21. Basnage fol. 418.* (c) Nat. Alexander, Basnage, Arnold *dd. ll.* inter se dissentiunt quoad hanc circumstantiam. *conf. sup. c. 9. n. 17. seq. c. 11. §. 31.* (d) Nam Paulus adhærebat Zenobiæ; & hujus gratia fretus contemnebat depositionem & excommunicationem orthodoxorum. Hac igitur victa intererat

(14) Facit, quod Paulus semper negativis imputationes, donec Malchion subtilis Philosophus (verosimiliter Platonicus) ejus errores latentes detegeret. Natalis Alexander & Basnage locis citatis.

(15) Synopsis eorum, quæ Basnage docet de Paulo Samosateno. Ejus mores & secretum. Vult dici Ducenarius. Ducenarius quis? (408) Sabimrodacta mulieres Pauli, quale genus feminarum. (409)

Antiochena Synodus adversus eum. (410) Epistola Antiochenorum ad Paulum subdita est (411) Antiochena Synodi tempus, Episcoporum numerus. (417) Malchion Presbyter. Ejus cum Paulo disputatio. (ibid.) Vox homousias cur ab Antiochenis repudiata. Paulus loco movetur. Romana Synodus contra Paulum subdita. Num ab Antiochena edita sit professio fidei? (418) Paulus ab Ecclesia pellitur. (425)

tererat Aurelii, Paulum dejici ab Episcopatu. Arnold. s. 23. *in fine*. Basnage f. 418. & 425. (e) Arnold. *Op. maj. cap. 3. §. 2. & cap. 6. §. 13.* Quamvis id refutare velit, & Dionysium defendere Nat. Alexander *differt. 19.* non tamen plane absolvere audet Dionysium Basnage f. 340.

14. Denique circā Manetem & Manichæos *Cautela de cavendum ex una parte, ne communibus fabulis de Manichæis, vita & doctrina*Manetis credamus, hic enim valde eorumque commendanda est solertia Arnoldi, fabulas hæc so-* *adversariis.* lide deregentis (a), item, ne credamus ea, quæ de Manichæorum adversariis & persecutionibus hoc seculo communiter dicuntur (b).

(a) *Oper. maj. cap. 7. §. 24--39. conf. Obs. Hall. Sel. Tom. 2. obs. 8. §. 36.* (b) Falsum esse, quod Origenes contra Manichæos scripserit, docet Arnold. *d. c. 7. §. 37. in fin.* Supposititium esse edictum Diocletiani & Maximiniani contra Manichæos erudite demonstrat Basnage *fol. 451.* Idem f. 438, ad annum 277. *in fine* docet, fictum esse concilium Mesopotamicum Archelai contra Manetem.

15. Ex altera parte vero simul cavendum, ne *Ac doctrina capitale errorem Manetis de duobus principiis co-* *de duobus æternis levem esse putemus (a), aut talem, qui ex di-* *principiis ctamine rectæ rationis refutari nequeat (b).* *coæternis.*

(a) Repugnat enim non solum primis principiis revelationis de creatione mundi, sed & rectæ rationi. Vid. *cautel. circa præcogn. Jurisprud. cap. 6. §. 25--30. & omnino Introd. ad Eth. cap. 3. de Deo.* At levius quam par erat, de errore hoc passim loquitur Arnold. *cap. 7. hic §. 32. & lib. 11. cap. 4, n. 19.* & ante ipsum quidam ex *(Caus. Eccles.)* C c Patri-

Patribus fecerunt Lactantius (*d. cap. 7. §. 19.*) & Clemens Alexandrinus, vid. *Bibl. univ. Tom. 10. pag. 224.*
 (b) Nota est ea de re controversia, quæ nuper a Bailio mota, sed, ut speramus, cum ipso extincta. Ubi Bailius satis aperte naturam & justiciam divinam & humanam perpetuo miscuit, atque sic ex Manichæorum errore se extricate haud potuit. (16)

CAP. XIII.

De

Cautelis circa historiam ecclesiasticam seculi quarti.

SUMMARI.

Ecclesia florentis genuina descriptio. §. I. Miser Ecclesia status in seculo quarto. §. II. Cur hac veritas evidens tam exota sit. §. III. Commendati hic Arnoldus & Clericus. §. IV. Possimum liber octavus de statu primorum Christianorum. §. V. Collatio historia minoris & majoris. §. VI. Fabula de Constantino M. §. VII. Partialitas Patrum intuitu Constantii. §. VIII. Cautela circa vitam Juliani. §. IX. De Ambrosii excommunicatione Theodosii. §. X. De vita Prudentii. §. XI. De Lactantio. §. XII. De Gregorio Nazianzeno. §. XIII. De vita Eusebii. §. XIV. De concilio Niceno. §. XV. De concilio primo Constantinopolitano. §. XVI. De Macedonio & Macedonianis. §. XVII. Collisio studii pietatis cum orthodoxia. §. XVIII. Ambitio communis orthodoxorum & auctulorum. §. XIX.

I. Si

(16) Ut sibus docuerunt adversarii Bayli, Jaquelot, Clerc, Basnage.

S. I.

SI Ecclesia Christiana sub imperio Constantini in florentissimum statum fuisset posita, ut communiter etiam nostrates sibi & aliis persuadere volunt, necesse fuisset, ut Episcopis ista infallibilitas & fastus atque contradicendi & rixandi, uno verbo, dominandi Ecclesiæ studium fuisset ademptum, atque in universum inter doctores & auditores pariter fuisset pietas introducta talis, qualem Christus & Apostoli prædicaverant, & exemplis præiverant, scil. non multa loqui de Deo, sed tacere & obedire.

Ecclesia florentis genuina descriptio.

Qualem de Ecclesia Nazianzena sui temporis commendat Gregorius Nazianz. vid. Bibl. univers. Tom. 18. pag. 17. (1)

2. Sed cum contra Constantinus Episcoporum ambitioni & avaritiæ plurima indulserit, & hac indulgentia eos affectus non mitigaverit, sed irritaverit, & sua distinctione inter Episcopum intra & extra Ecclesiam (2) primum fundamentum jecerit potestatis episcopalis, sub specie spiritualitatis omnia jura summarum potestatum invadendi, hosque in eum redigendi statum, ut ex capitibus reipublicæ brachia sint facta (a), cumque hac indulgentia promotum fuerit, ut tantum pietas quæreretur in orthodoxilquentia de Deo & obedientia Cleri, neglecta obedientia Dei & Christi ejus, tam intuitu Imperatoris, quam

Miser Ecclesia status in seculo quarto.

C c 2

intui-

(1) Locum Nazianzeni vide infra c. 17. §. 25.

(2) Videndum, annon Constantinus ideo se vocaverit Episcopum extra Ecclesiam,

quia tum nondum erat baptizatus. Quod si hoc verum sit, inepte hac ejus assertio postea fuit applicata ad Principes baptizatos.

intuitu Episcoporum & totius populi (b), facile patet, Ecclesiæ statum in hoc seculo fuisse miserrimum & valde ægrotantem.

(a) Vid. Huber, *de jure civ. lib. 1. sect. 5. & ibi notata a nobis*,
(b) vid. dicta Eusebii & Hilarii excerpta ab Arnol-
hoc seculo cap. 2. §. 2. 3. 4. & c. §. 5. §. 5. & 6. item ipsius Gre-
gorii Nazianzeni querelas excerptas in Bibl. univers.
Tom. 18. p. 56. 57. & 119. (3)

Cur hæc ve-
ritas evi-
dens tam
exosa sit.

3. Sed ista veritas, etsi palpabilis sit, ut vel a stu-
pidioribus non difficulter percipi queat, tamen ita ex-
osa est nostratibus, ut ejus propalatores communiter
traducant tanquam Atheos & pestilentissimos hære-
ticos. Quænam genuina hujus odii causa sit, hic dis-
quirere nolumus (a). Facile divinari potest. Sed
hæc tamen ratio impedimento est, cur ex hodiernis
etiam scriptoribus historiæ ecclesiasticæ multi, qui
hanc veritatem intelligere possunt, & debent, tamen
ex metu vel alio affectu eam non eloquantur, aut
monstrent, sed tacere aut levi pede eam tangere so-
leant. (4)

(a) Vid. interim Biblioth. Univers. d. l. p. 56. 57. 128. (5)

Commenda-
ti hic Ar-
noldus &
Clericus.

4. Unde necesse est, ut hic fere solo Arnol-
dus contenti (qui & præcipue ob hanc veritatem
tantum odium Cleri, etiam Protestantis, sibi accerfi-
vit,) nisi quod ipsi Arnolde præiverimus in lectioni-
bus publicis (a), & Clericus etiam, sed tanquam aliud
agens

(3) Adde Basnag. Tom. 2. f. 580.

(4) Ut ipse Basnage d. l.

(5) Mali mores Episcoporum seculi hu-
jus convenientes cum moribus Hæreticorum

(d. p. 56. 57.) Theologia
hodierna differens valde a Theologia anti-
qua. sed mores Episcoporum iidem. (d. p.
128.)

agens (b) eandem veritatem satis evidenter demonstraverit, & adversus Caveum mascule defenderit (c).

(a) Publicatis postea *Tom. I. obs. Hall. sel. obs. 22. 23. 24. & T. II. obs. 8. & Tom. III. obs. 18. 19.* (b) Edendo videlicet vitas trium Patrum Ecclesiæ hujus seculi: Eusebii Pamphili, Prudentii & Gregorii Nazianzeni in *Bibl. univ. Tom. 10. 12. 18.* (c) vide infra notas *ad §. 13. & 14.*

5. Quare loco cautelæ generalis ad hoc seculum commendandus est totus liber octavus Arnoldi de statu primorum Christianorum, utpote nil aliud agens, quam ut veritatem hætenus memoratam per ipsa Patrum testimonia probet, & ad constringendos undique illos, quorum interest hanc veritatem occultari, ad nauseam usque talia testimonia cumulet. (7)

Potissimum liber octavus de statu primorum Christianorum.

Agit ibi 1. de optimo statu Ecclesiarum sub cruce. 2. De deterioratione Christianorum sub felicitate externa, ejus causis & circumstantiis. 3. In primis sub Constantino M. 4. De continuatione corruptionis in seculis sequentibus in specie, quod conversionem gentilium attinet. 5. De corruptione aliorum Christianorum, & dominantibus eorum peccatis, videlicet de eorum infidelitate & contemptu Dei. 6. De eorum idololatria, magia, superstitione, avaritia, tyrannide. persecutione piorum &c. 7. De corruptione Cleri in genere, & in

C c 3

specie

(6) Harum observationum rubricæ sunt sequentes: *Fides scriptorum vitæ Constantini M. Fabulæ de parentibus ejus. Item de ipso Constantino & ejus Christianismo. Fundamenta historica ad expositionem tituli codicis de summa Trinitate, Nota ad l. 1. & 2. c. eod. titulo.*

(7) Ergo disputat ibi ad hominem. Igitur adversus ipsum non retorqueri possunt alia dicta Patrum, quia auctoritati eorum non multum tribuit. Repetenda tamen hæc sunt, quæ de Arnoldo notavi passim c. 10. 11. 12.

specie de illegitimis vocationibus sub statu corruptionis, 8. De Clericorum contemptu Dei & scripturæ ignorantia & negligentia. 9. De eorum arrogantia ejusque criteriis & fructibus, de superbientibus titulis, litigiis de præcedentia, elatione & invidia. 10. De eorum hypocrisi & peculiari vestitu. 11. De eorum elatione supra Magistratum politicum, exemptione ab hujus imperio, & hunc in finem adhibitis adulationibus & technis. 12. De eorum invasione & immixtione in negotia civilia & officia secularia, præcipue negotia bellica, promotione Episcoporum in Principes &c. 13. De eorum avaritia ac hujus criteriis & fructibus, præcipue de eorum Simonia, negotiationibus illicitis, usuraria pravitate, crudelitate, &c. 14. De eorum voluptate & inde ortis crapula, ebrietate, alea, lascivia. 15. De ingenti damno ex hac Cleri corruptione orto, de pœnis divinis hujus corruptionis & tentatis mediis eam corrigendi. 16. De dominio Cleri in conscientias in genere & affectata infallibilitate & tyrannide. 17. In specie de dominio in conscientias per confessionem & absolutionem a peccatis. 18. De abusu clavis ligantis & injusta excommunicatione. 19. De dominio hujus in conscientias exercitio per concilia & horum decreta. 20. De effectibus & sequelis conciliorum, in specie de dominio in conscientias per promulgatas confessiones & symbola. 21. De origine errorum & hæresium, & quid sit hæresis? 22. De modo procedendi primorum Christianorum cum hæreticis. 23. De personis sub statu corruptionis alios hæretificantibus vel hæretificatis. 24. De modis persequendi hæreticos sub corruptione. 25. Exempla quædam actionum injustarum sub statu corruptionis.

6. Tum

6. Tum loco commentarii ad historiam hujus seculi diligenter legenda historia major studio sapientiae, &, si otium superfit, conferendi ibi dicta cum illis, quæ circa hoc seculum historiæ ecclesiasticæ scriptores ex Protestantibus narrare solent, atque eorum vel consensus vel dissensus historiæ minori paucis adnotari potest, ut eo melius veritas dictorum §. 3. & 4. constet.

Collatio historiae minoris & majoris &c.

7. De mendaciis & fabulis communibus circa parentes Constantini M. item circa Constantinum ipsam & ejus Christianismum, ut & de fide scriptorum vitæ Constantini conferri possunt a nobis alibi dicta. (8)

Fabulae de Constantino M.

Tom. 1. obs. Hall. obs. 22. 23. 24. Johan. Leunclavii Apologia Zosimi. Bibl. univ. Tom. 23. p. 186. seq.

8. Partialitatem Patrum (9) ecclesiæ intuitu Constantii Imperatoris, Arianis faventis, quilibet reprehendet, qui conferre vult invectivas Hilarii in eum cum adulatoria laude Gregorii Nazianzeni. (10)

Partialitas Patrum intuitu Constantii.

Vid. Bibl. univ. Tom. 18. p. 36. 37. 51.

9. Julianum Apostatam quod attinet, cavendum ne hujus Principis virtutes aut vitia quis vel ab ejus panegyristis (a) vel ab adversariis (b) discere præsumat,

Cautela circa vitam Juliani.

(8) *Observationes meas hic citatas in linguam Germanicam translatas suis emendationibus inseruit Arnoldus. An quod communiter de signo Crucis a Constantino viso refertur, verum sit? Negat Hoornb Misc sacr lib 2 c. 1 p. 9. coroll, 15. Dubitat etiam de veritate hujus asserti Busnæge T. 2. f. 630. 631.*

(9) *Postquam Imperatoris facti essent Christiani patres defenderunt etiam bellum offensivum, cum antea saltem defendissent bellum defensivum, Bibl. univ. Tom. 20. p. 18. 19.*

(10) *Confer du Pin Tomo II. p. 149 seq. poti simum p. 151. de Hilario, de Nazianzeno vero p. 358. 360. seq.*

fumat, sed potius opera danda, ut auctores hic legantur impartiales, & qui officia bonorum & prudentium virorum hic melius observarunt (c), non tacentes Juliani virtutes etsi magni contemptoris Christianorum, & ut communiter audire solet, Apostatae (d), neque tamen etiam omittentes ejusdem naves & errores.

- (a) Ut Libanio in *Panegy.* & in oratione funebri Juliani.
 (b) Ut Gregorio Nazianzeno in *invektivis contra Julianum*, Cyrillo Alexandrino in *libris adversus Julianum pro defensione fidei Christiana scriptis*, Dionysio Petavio in *praf. ad opera Juliani p. m. 62.* (c) Ut Amnian. Marcellinus in *historia passim*. Illustris Spanhemius in *praf. ad opera Juliani*. Petrus Cunæus in *praf. ad Juliani Cæsares*. Johan. Leunclavius in *Apolog. pro Zosimo*. Clericus *Tom. 18. Bibl. univ. p. 33--55.* (d) Extat in *Tom. 3. Obs. sel. Hall, obs. 9.* dissertatio, qua vir quidam eruditus probare voluit, Julianum nunquam serio Christianismum fuisse professum, nec baptizatum. Ego auctor ejus observationis non sum. Sed tamen ejus rationes fortiores mihi videntur, quam cynicæ contradictiones auctoris cujusdam, qui non ita pridem idioma Gallico dissertationes historicas edidit. (II)

De Ambrosii excommunicatione

10. Patrum vitæ commodius secundum tempora, quam loca, ut Arnoldus fecit, ordinantur. De Ambrosio, quem primo loco memorat, potissimum in

(II) Auctor dissertationis citata est Dn. D. Helwig. Quem refutare voluit Dn. la Croze *dissert. histor. p. 74. seq.* Momentum potissimum est in loco Gregorii Nazianzeni *ibid. 83. vide ips. Nazianz. pag. m. 353.*

Adde omnino auctorem des *pensées libres sur la relig. cap. 7. p. 221. seq.* Du Pin *Tom. 2. p. 358. seq.* Prudentium apud Clericum *Tom. 12. Bibl. univ. p. 180. Conf. Michel de Montagne lib. 2. c. 19. p. 641. seq.*

in disquisitionem venit factum cum Theodosio, (12) *ne Theodo-*
 utrum eum excommunicaverit (a), & quo jure id fa-*si,*
 ctum fuerit (b), sunt enim in communi sententia mul-
 ta, quæ notam merentur (c).

(a) Quod statuunt Pontificii & præcipue Bellarminus, negat vero Launoius *Part. 7. epist. 10.* vid. *Bibl. univ. Tom. 16. p. 272.* Reiseri *Launoius testis veritatis p. 409. add.*

Du Pin *de antiqua Ecclesie disciplina dissert. 7. §. 3. p. 498.*

(b) Vide quædam jam prænotata in *Bedencfen von ex-*
 communication des Landes-Fürsten & *totam dissertat. 7.*

Du Pin. (c) Dictum hic de vita Theodosii par Fle-
 chierum gallice descripta. Commendandus stylus.

Cavenda lectori credulitas. Non enim scribit ut hi-
 storicus, sed ut Panegyrista.

II. Circa Prudentium adjungenda ejus vita a *De vita*
 Clerico scripta, quæ multa simul explicat ad mores *Prudentii.*
 Christianorum & Cleri illius seculi pertinentia. (13.)

Tom. 12. Bibl. univ. p. 136. seq.

12. La-

(12) *De veritate ipsius facti adhuc sub-*
 sunt dubia non contemnenda. vid. *Jac. Go-*
thofr. ad l. 13. Cod Theod. de panis. Tom.
3. p. 305. seq & in Chronol. p. 122 Am-
brostium non vult laudare Hi-ronymus in
catal. script. Eccles. Tom. 1. Epist. fol. 302.
Conf. Erasmus in scholiis fol. 313. De
Ambrosii Epistola, in qua recusat Imperato-
ris judicium in rebus fidei videatur Rango
de prudent. Eccles. p. 395.

(13) *Synopsis vite Prudentii. Præ-*
udentius discit Rhetoricam. Abusus stu-
dii Rhetorici, præprimis illorum temporum.

(137) *Item rixarum Dialecticarum.*

(140) *Exercitia Rhetorica, (141) Ac-*
(Cant. Eccles.)

clamationes Populi fiebant etiam in Ecclesia
ut in Theatro. (145) Prudentius Ora-
tor, Miles, & forte Præfectus Prætorio;
(146) Habuit mediocria studia & est Poeta
mediocris. (148) (Consentit du Pin de
scriptis Prudentii Tom. III. p. 8.) Profunt
ejus scripta, ut videamus, multas opiniones
populares Christianorum ex Ethnificismo re-
tentas, v. g. quod demones oberrent nocte,
(149) Christus verbigena Prudentio quo
sensu? (152) An Prudentius crediderit
illicitam esse carnis comestionem? (155)
Conceptus paganizantes Julæorum &
Christianorum primorum (inter quos &
Prudentius) de inferno, (156) Dissensus

D d

Patrum

*De Lactan-
tio.*

12. Lactantius uti commendandus propter stylum, ita cavendus propter inepta ratiocinia, ne animus in ratiocinando nondum firmus præjudiciis autoritatis ejus corrumpatur.

Vid. Tom. 2. obs. fel. Hall. obs. 8. §. 40. & obs. 14. it. Pars 2. Ethices in cap. de ira.

*De Grego-
rio Nazi-
anzeno.*

13. Gregorius Nazianzenus fuit vir apertus & simplex atque omnium minime ad technas aulicas, i. e. clericales aptus, cui ipsi multum debent studiosi sapientiæ quoad revelationem & confessionem malitiæ hujus seculi. Unde valde commendamus lectionem ejus vitæ, utpote quæ circumstantias notabiles non solum ad mores Christianorum, sed & ad doctrinam pertinentes suppeditat.

Ipsè Gregorius vitam suam descripsit (potius Gregorius Presbyter) & Caveus & Dupinius. Sed hic respicio potiss. ad vitam Gregorii Nazianzeni (14) exhibitam a Cle-

Patrum de descensu Christi ad inferos. (159) Item de duratione pœnarum post hoc seculum. (163) Persuasio illorum temporum, quod signum crucis fuget diabolum, (164) & quod Martyres sint in vocandi. (167) Incongrue Martyres depingit Prudentius. (170) Interesse Cleri in persuadendo populo de multitudine Martyrum. (171) Superstitio populi erga martyres adhuc vivos. (172) Fabulæ admixtæ martyrologiæ. (173) Imagines martyrum & martyriorum in templis, etsi Epiphanius hoc seculo imagines ex templis eiecisset. (175) Dubium, an Noctus passionem Patris statuerit, Imbecillitas ra-

tiocinii contra hanc sententiam in Prudentii Apotheosi, (p. 177) item contra Sabelianos. (178) Fabulas miraculorum adhibet: de Juliano voc. se. & cum Elogio loquitur. Scribit contra plures hæreticos illorum temporum. (180) In Hamartigenia parum solide disputat contra Manichæos. (182) Fabulæ Prudentii de statua uxoris Loshi. (185) Mira precatio Prudentii de statu animæ suæ post mortem. (185) Prudentii tempore pauci supererant Esbniaci (188).

(14) Continet circumstantias notabiles, & sistit ideas morum & opinionum quasi seculi. (2) Parentes Gregorii, Pater ejus

fit

a Clerico Tom. 18. Bibl. univ. p. 2--128. & defensam epist.
sexta volum. 3. art. crit. add. Tom. 3. obs. Hall. obs. 18. §. 9.
 11. 12.

fit Christianus. Miracula a filio relato, sed dubie fidei. quae tamen Gregorius forte bona fide retulit. (3) Studia Gregorii. (7) Cur non fuerit in iuventute baptizatus? (9) Penultimus & Professorianismus Atheniensis. (11) Basilii & Gregorii amicitia Academica. (10. 13) Gregorius natu- ra tener & mollis erga amicos, (14) ex- cellens orator, sed tamen quietem amans. (15) Demum post annum 30. baptizatur. (16) Orthodoxae Ecclesiae Nazianzeni pie- tas: non multam loqui de Deo, sed tacere, & ei obedire. (17) Constantii concilium, sed in duobus locis. Arrianorum novae confessiones contra hypostasem, & homo- nion. Revolutio Cappadocum Monacho- rum contra patrem Gregorii, qui errorem revocat. (18) Gregorii oratio de pace, & eius contenta. Ejus orationes carent ordi- ne, utuntur rationibus non magni momenti, gaudent stilo valde declamatorio. (20) E- jus Platonismus & exempla. (25) Ora- tio contra Arrianos. Sententia Orthodo- xorum illius temporis. (26) Julianus quid interdixerit Christianis intuitu scho- larum Gentilium. (29) Episcopi sub Ju- liano non se tenebant mere passive, exemplo patris Gregorii. (33) Orationes Gregorii in Julianum. Harum contenta & censu- ra. (34) Gregorius fit coadjutor patris, sed contra suum desiderium. (55) Mali mores Episcoporum hujus seculi, collati cum bodiernis. (56) Gregorius persuasione Basilii suscipit Episcopatum. (60) Presby-

teri stilo Gregorii sunt Dii, & deiscant a- lios. (62) Hic relinquit iterum Episcopa- tum & valde conqueritur de Basilio. (63) Soror Gregorii demum paulo ante mortem baptizata. (65) Non vult Gregorius patri succedere. (67) Gesta ejus Constantino- poli (69) Maximi Cynici mores. Ejus Encomium per Gregorium, cui imposuerat, admissio in intimiorem amicitiam. Maxi- mus intendit acquisitionem Episcopatus Constantinopolitani praeter Gregorio. (71) Dissensus Episcoporum orientis & occiden- tis. utrum hypostasis debeat exprimi in latino per existentiam an per substantiam, an per personam. (75) Progressus fraudis Maximi contra Gregorium. Hic male audit, quod patris Episcopatum dereliquerit, & ambi- verit Constantinopolitanum. (77) Grego- rius vult abire, sed populus Constantinopoli- tanus precibus eum retinet. (81) Theodo- sius adimit Arrianis templa, & cogitat de E- piscopatu Constantinopolitano Gregorio ca- nonice dando. Pericula Gregorii. (83) Gregorii Panegyricus Basilij. Navi hujus orationis. (87) Orationes contra Arria- nos. Orthodoxi cum Gregorio tum tempo- ris defendebant unitatem in Deo non nume- ricam, sed specificam. (91) Gregorius per Concilium constituitur Episcopus Const- antinopolitanus. (105) Sed per novos motus iterum adigitur ad renunciandum. (107) Ei succedit Nectarius. (113) Gregorii epistola ad eum. (114) Gregorius haud favorabiliter sentit de omnibus Conciliis il-
 D d 2
 lorum

De vita Eusebii.

14. Sed & multum proderit ad scopum nostrum, exactius paulo considerare vitam Eusebii Pamphili vel Cæsariensis, hominis versuti & in litigiis illis de hæresi Arriana intus quidem & in cute Arriani, sed tamen orthodoxiam simulantis, primi insuper autoris, qui historiam ecclesiasticam scribere aggressus est, Panegyristæ item Constantini M. unde etiam hic Arnolde jungi debet dissertatio Clerici de vita Eusebii.

Tom. 10 Bibl. univ. p. 379-496. ubi & multa reperiuntur pertinentia ad historiam concilii Nicæni & vitam Athanasii. Et, cum Caveus defendere continuaverit, Eusebium non fuisse Arrianum, vindicavit postea Clericus assertionem suam *in d. vol. 3. art. crit. epist. 2. (15)*

De concilio Nicæno.

15. Circa concilium Nicenum (16) ejusque autoritatem ante omnia partialitas scriptorum utriusque partis ubique transparens (a) caveatur, & annotetur, ad imitationem eorum, qui jam in hac cautela nobis præiverunt (b). Tum consideretur ingens

torum temporum. (116) *In arte Poetica non excelluit* (117) *Miser status Cleri & Christianismi illius temporis.* (119) *Falsa miracula. & legenda. a quibus nec ipse Gregorius immunis, quod probatur.* (120) *Sanctorum & martyrum invocatio.* (121) *Scripta Gregorii dubia* (123) *Oratio eius contra illos, qui baptismum differunt.* (127) *Convenientia & differentia Theologiae antiquæ & hodiernæ quoad mores & doctrinam* (128).

(15) *Meretur omnino vita Eusebii a*

Clerico descripta, ut & bujus synopsis hic exhiberetur. Sed cum tamen ob copiam rerum notabilium nimis proluxa sit futura, & præterea curaverim non ita pridem, vitas Patrum a Clerico descriptas in linguam Germanicam (præmissa præfatione mea) verti, curioso lectori, cui non est copia Bibliothecæ universalis Clerici, commendo lectionem totius vite Eusebii, inde petendam. (16) *Fabula de morte Arrii. Neue Bibliothek. part 17 p. 580. Conf. Bibl. Univers. p. 475. seq.*

gens differentia inter concilium hoc primum univ-
ersale, quod dicitur, & concilium Hierosolymitanum,
& quam inaniter concilia Cleri cum concilio illo A-
postolico comparentur, aut eorum justitia & rationa-
bilitas exinde deducatur (c). Denique inquiretur,
quantum fulcrum Papismi politici lateat sub illa hy-
pothesi, Principes, etiam Protestantes, subiectos esse
decretis conciliorum universalium (d).

(a) Ex Arrianis Philostorgius, hodie Zwikerus & San-
dius. Ex orthodoxis (quatenus hi Arrianis opponun-
tur,) Eusebius, (17) Theodoretus &c. Histoire des
Conciles Generaux, (cujus excerpta habes in Bibl.
univ. Tom. 22. p. 287. seq.) Maimburg l'histoire de l'Ar-
rianisme. Niemannii *disputatio de Concilio Niceni integrita-
te adversus Zwikerum & Sandium*. (b) Cleric. in d. *vita
Eusebii. obs. 8. Tom. 2. obs. Hall. s. 55. 67.* ubi, quæ dicun-
tur §. 65. 66. 67. respiciunt ad dissertationem modo ci-
tatam Niemannii. Ipse Arnoldus *hic & in Op. maj.* (c)
Repete dicta *cap. 10. §. 23.* (d) Præprimis, si quis consi-
deret, quod Principes, etiam Protestantes, nondum
audeant (18), nec etiam hoc, ut audeant, ipsis a pru-

D d 3

den-

(17) *Sed cum limitatione §. anteceden-
tis.*

(18) *Adde Tom. II. obs. sel. Halens. obs.
8. Adde Bedencken von Calenderu. Hei-
delb. 1584. pag. 20. 27 seq. Sine dubio
magnæ intemperie eos agitarunt, qui quon-
dam Pascha decima quarta Lunæ celebra-
tes a communionem excluderunt, cum ea res
nullum articulum fidei tangat, ac, si verum
fateri velimus, istorum sententia rationi &
communiter recepto usui, memoriam alica-*

*ius facti celebrantium magis congruas,
quam ea, quæ post in Ecclesia prævaluit.
Sunt verba Pufendorffii in Jure Fœdali di-
vino. §. 6. p. 21. Sed quid ad ista ejus
adversarius? Autor scilicet anonymus Es-
pistola uper illo scripto Pufendorffii? Tan-
ta est, inquit p. 3. bujus scriptoris audacia,
ut judicium suum parum subactum de re
minus intellecta, totius Ecclesiæ, antiquæ
pariter, & hodiernæ judicio præferat.*

dente suaderi possit, Pascha celebrare *d. 14. Martii*, et si res sit plane indifferens, (certe ex confessione cordatiorum ex Theologis Protestantibus *vid. §. ult. cap. 2.*) saltem quia SANCTUM & UNIVERSALE concilium Nicenum id prohibuit. Dicitur hac occasione de Richerii *Historia conciliorum universalium*, & ostensum, eam quidem satis firmiter impugnasse eminentiam Papæ Romani supra concilia, non tamen destruxisse, sed confirmasse potius voluisse arcana politica Cleri. (19)

*De concilio
1. Constantinopolitano.*

16. Neque credendum, sequentia concilia meliora ac rationabiliora fuisse, sed potius a ratione omni magis magisque recesserunt, unde quod secundum illud œcumenicum attinet, quod Macedonium damnavit, vel ea, quæ Gregorio Nazianzeno in illo concilio contigerunt, & quæ ipse de illo & conciliis omnibus sui temporis scribit, indicio esse poterunt, quales fuerint Patres illius S. S. concilii, quo adeo spiritu fuerint acti.

Conf. Cleric. Tom. 18. Bibl. univers. fol. 113. 116.

De Macedonio & Macedonianis.

17. Unde valde vero simile est, ea quæ Arnoldus (a) prolixè ad defensionem Macedonii & Macedonianorum attulit, non pejoribus fundamentis niti, quam illa, quæ contra a Patribus fuerant adducta, quæ hodie a nostratibus absque judicio solent describi.

(a) *In Opere maj. cap. ult. hujus seculi.*

18. Si.

(19) Patet id statim ex libro 1. c. 2. §. 9. seq. p. 45. seq. ubi defendere vult, regnum Ecclesiæ debere esse Aristocraticum.

Conf. infra cap. 17. §. 6. 7. Adde Hist. Contens. int. imper. & sacer. p. 183. 197. 316. seq.

18. Simul vero ex ibi dictis constat, Macedonium & Macedonianos magis ob studium vitæ piæ, quam ob heterodoxiam, quamvis hæc fuerit in prætextu orthodoxorum, fuisse hæretificatos, quod confirmat generalem observationem, fere per singula secula studium vitæ piæ cum orthodoxia collisum fuisse & fere succubuisse.

Collisio studii pietatis cum orthodoxia.

19. Quæ observatio uti etiam exemplo controversiæ Donatisticæ confirmatur, ita opera danda studioso sapientiæ, ut & defensionem Donati & Donatistarum ab Arnolde non infeliciter susceptam diligenter attendat, ac ut ea, quæ cum Donatistis & orthodoxis hoc & sequenti seculo acta sunt, connectat, idque eo magis, quia hæc meditatio proderit ad confirmandam observationem præcedenti affinem: scilicet illos, qui præ orthodoxia inculcarunt studium pietatis, pariter caruisse spiritu charitatis & moderationis, sed potius æque infectos fuisse spiritu persecutionis & subtili ambitione invadendi regimen politicum sub prætextu spiritualitatis, ac orthodoxos. (20)

Ambitio communis orthodoxorum & sanctorum.

CAP. XIV.

De

Cautelis circa studium historiæ ecclesiasticæ seculi quinti.

SUMMARIA.

Summum fastigium potestatis episcopalis. §. I. Factiones Cleri in Aulis.

(20) *Conf. Arnoldi Erlæuterungen p. 116. 117. 118. 388.*

Aulis. §. II. *Converso Regum ad Christianismum qualis*. §. III. *Incrementa Papismi in seculo quinto*. §. IV. *Vita Monastica pericula*. §. V. *De Patribus Ecclesie hujus seculi*. §. VI. *in specie de Hieronymo*. §. VII. *Fabula ab Hieronymo ficta*. §. IIX. *De Augustino observationes Dallei & Dupinii*. §. IX. *Cur totus mundus Augustinianus factus fuerit*. §. X. *Rationes Pontificiorum*. §. XI. *Lutheranorum*. §. XII. *De Chrysofomo*. §. XIII. *De Cyrillo Alexandrino*. §. XIV. *De concilio Ephesino*. §. XV. *De concilio Chalcedonensi*. §. XVI. *De Pelagio*. §. XVII. *De Nestorio & Euryche*. §. XIX. *Inconstantia Patrum Dalleo notata*. §. XIX.

I.

*Summum
fastigium
potestatis
Episcopalis.*

Meditatio attendenda eorum, quæ Arnoldus de externa quiete Ecclesiæ sub singulis imperatoribus hujus seculi recensuit, ostendit, hoc seculo auctoritatem Cleri & Episcoporum potissimum ita crevisse, ut ipsis Imperatoribus aut certe primariis eorum ministris timendi fuerint, in tantum, ut ipsi Imperatores non sine vitæ periculo aut certe non sine justo metu hæretificationis potuerint Clerum tumultuantem, & se mutuo hæretificantem, legibus pœnalibus coercere, imo ut ne quidem sine talibus periculis consilia pacifica suadere & hæretificatos tolerare potuerint.

Huc pertinent potissimum gesta sub Arcadio, Theodosio II. Marciano, Zenone, & imprimis Anastasio. Suppeditabit hæc meditatio etiam observationem politicam, quam caute videlicet Princeps, etiam nostris temporibus, ejusque ministri politici debeant tractare ejusmodi consilia irenica. (1) 2. Item

(1) *De Henotico Zenonis vide judicium Spanheimii introduct. ad Histor. Eccles. p. 501, 503.*

2. Item quod Clerus & Episcopi æmuli factiones fecerint in aulis Imperatoriis, ita ut pars ipsis Imperatoribus, pars Imperatricibus, aut sororibus Imperatorum adhæserint, pars ministrorum gratiam ambire cœperint. Unde & litigiorum ac hæretificationum eventus non tam studio veritatis & pietatis, quam factionum diversarum collisioni adscribendi erunt.

Factiones Cleri in Aulis.

Vide iterum vitas Imperatorum memoratorum. (2)

3. Porro si quis consideret circumstantias conversionis Clodovæi Francorum Regis, easque conferat cum conversione Constantini M, non injusta inde oritur suspicio, ac si plerorumque, si non omnium Principum & Regum conversio a parte tam convertentium, quam converforum pro scopo magis habuerit spem desiderii avaritiæ, ambitionis aut voluptatis satisfaciendi, quam desiderium pietatis & sinceræ felicitatis spiritualis. (3)

Conversio Regum ad Christianismum.

De Constantino diximus *cap. præc.* de Clodovæo junge Arnoldo Lehmanni *Chronicon Spirense sub hoc Rege.* Confirmabitur hæc observatio, si reliquorum Regum Europæ primas conversiones, earumque circumstantias speciales ex historicis singularum gentium eruas.

4. Descriptio status interni (4) Ecclesiæ Christi

Incrementa Christi

(2) *Conf. Arnoldum p. 215. op. maj.*
 (3) *Fabula de ampulla Rbemensis. Vid. Spanheim. d. l p 514.*
 (4) *Hierarchia Ecclesiastica. Primates. Patriarchæ. Incrementa Episcopi Romani.*
(Caus, Eccles.)

Agaparam prohibitio. Introductio confessionis auricularis. Varia superstitiones jejuniorum, vestimentorum, elevationis cruciam. Einweihung der Wächter. Baptismata mortuorum. Eucharistia in-

*Papismi in seculo quinq-
so.* Christianæ sub hoc seculo, & incrementa impietatis pariter & superstitionis docent evidenter, quam periculose & parum sincere agant, qui statum sinceri & primævi Christianismi in quinque prioribus seculis conjunctim, initia vero Papismi in seculo demum sexto quærunt.

Conf. dicta sup. cap. 3. n. 38. & cap. 9. n. 13. seq.

Vitæ Monastica periculosa.

5. Quoad Arnoldum notandum, quod ipse fateatur sub hoc seculo eventus infelices Monachatus, in eo tamen cavendus, quod hosc eventus adscribat abusui vitæ monasticæ, cum contra alibi ostenderit, vitam solitariam atque severam non posse alios fructus proferre. (5)

Confer cap. 11. §. 37. & cap. 12. §. 9.

De Patribus Ecclesia hujus seculi.

6. Patres Ecclesiæ hujus seculi quod concernit, solet Arnoldus vel ideo maxime vapulare, quod de Patribus Ecclesiæ, imprimis de Hieronymo & Augustino paulo rigidius scripserit, cum tamen hi duo præ reliquis maxima veneratione, etiam a Protestantibus soleant fuscipi, unde cavebit studiosus sapientiæ, ut hic maneat in justis terminis inquirendæ veritatis.

In specie de Hieronymo.

7. De Hieronymo ante omnia jungat cum Arnaldo judicium Dupinii (6), & videbit, hunc re ipsa consentire cum Arnaldo, sed verba magis in factum temperare, tum addat Clerici quæstiones Hieronymianas & dissertationem de argumento Theologico ab invidia. Imo ipsa saltem Hieronymi scripta polemici-

sanctum. Adoratio Maria: Schwelgen und huren auf Hochzeiten und Begräbnissen Vide Arnold. lib. 5. c. 2.

(5) Simeon Stylites apud Arnold. pag. 225. in fine §. 12.

(6) Tomo III. p. 244.

lemica contra Vigilantium aut similia absque præjudicio legat, & consideret, utrum scribendi genus maxime indecorum & ratiocinationes sophisticas absque rubore & pudore legere valeat.

8. Proderit etiam studioso sapientiæ, insigniter notare Hieronymi fabulam (7) de sua flagellatione in visione facta, ob studium scriptorum Ethnicorum, & præcipue Ciceronis, ac parum prudentem excusationem ejusdem adversus Ruffinum (a). Nam cum & hodie sint, qui sub prætextu pietatis dissuadeant lectiones Ethnicorum, & deficientibus rationibus, plerumque hoc fucos seipsos & alios decipiant, suppeditabit hæc nota ipsi medium honestum, fucum hunc modeste ostendendi. (8)

Fabula ab Hieronymo ficta.

(a) Cleric. *Quæst. Hieron. 8. pag. 271. seq.* Quæstio octava tota huc pertinet, ubi & de aliis Hieronymi fabulis, v. g. de muliere septies icta, de vitis Eremitarum, Pauli, Hilarionis & Malchi &c. Optandum esset, ut Clericus ex scriptis Hieronymi & aliis subsidiis huc pertinentibus hujus Patris vitam eadem industria & artificio conderet, qua condidit vitas aliorum Patrum supra citatas.

9. Augustinus equidem fuit vir magnus, multæ ac variæ eruditionis, longe modestius etiam disputans cum adversariis, quam Hieronymus aut alii similes, perspicuitati etiam dans operam, non stylo declamatorio, sed interim homo fuit, erroribus

De Augustino observatæ Dalmati & Dupinii.

E e 2

pro-

(7) *Conf. Darin. Tom. 2. p. 191. 196. seq. & supra dicta c. 12. §. 9.* | *tringæ lib. 3. Observ. sacr. c. 20. §. ult. in fine p. 775. nec Ciceronem Christiano negli-*

(8) *Optimum judicium hac de re Vi-* | *gendum, nec Scripturæ præferendum.*

proinde obnoxius ac nævis, quibus laborare solet genus humanum. Sincere & ingenue notavit quosdam Dallæus (a). Ex Pontificiis ipse Dupinius (b) non diffitetur, eum fuisse oratorem magnum, cum Tullio comparandum, in veterum lectione parum versatum esse, linguarumque ignarum, sæpius dum ad voces alludit, reapse ludere in verbis; eadem non semel recensere, rationes easdem sexcenties repetere, rei eidem diutius immorari, dum eam in omnes vertit facies, solereque in locos communes exspatiari &c. (9)

(a) *De usu Patrum pag. 180. seq.* (b) *Tom. 3. p. 495. seq. edit. Lat.* (c) Plura in Augustino notanda vid. in *Bibl. univ. suite du Tome 21, p. 11. seq.* (10)

Cur totus mundus Augustinianus factus.

10. Ergo operam dabit studiosus sapientiæ, ut modeste in causas inquirat, cur tamen ex Protestantibus etiam non pauci ægerrime ferant, si quis veritatis cupidus vel saltim aliquid contra Augustinum mussitet; & qui factum fuerit, ut tantum non totus orbis Christianus Augustinianus factus fuerit? (11)

Rationes Pontificiorum.

11. Scilicet intuitu Pontificiorum rationes sunt. 1. Quod condemnatio Pelagii ab ipso primum facta, tandem Episcopo Romano etiam invito extorta fuerit (a). 2. Quod primus latinorum Theologiæ

(9) *Augustinum male disputare contra Donatistas in questione de communione Christianorum. Vitrin. lib. 5. cap. 9. §. 7. p. 123.*

(10) *Adde Histoire des ouvrages des Savans mens. Octobr. 1708. artic. 1. ubi recenset defensionem Augustini contra Pbe-*

roponi (i. e. Clerici) animadversiones.

(11) *Vide notas ad Lancelottum p. 2040. Olim in scholis septem artes liberales secundum Augustinum propositæ fuerunt. In decreto Gratiani Augustini dicta præ reliquis Patribus allegantur.*

giæ systema (b) conflaverit, quod deinceps Latini tenuerunt, & tantum non de verbo ad verbum exscripserunt (c). 3. Quod ejus in concipiendis efferendisque decisionibus atque decretis voces ac terminos adhibuerint concilia (d). 4. Quod usque ad seculum duodecesimum artium liberalium doctrina in scholis secundum mentem Augustini fuerit exposita (e). 5. Quod tandem ipsi scholastici & præcipue Lombardus & Thomas Aristotelem cum Augustino conciliare vel tentaverint, vel simulaverint (f). Quare nec mirandum, quod hodie inter Pontificios tota controversia Jansenismi sit magis de vera sententia Augustini, quam de sensu scripturæ, vel alterius patris Ecclesiæ. (12)

(a) Vid. locum Clerici mox de Pelagianis citandum n. 17. (b) Huc pertinet enchiridion ejus, liber de vera religione, lib. 4. de doctrina Christiana. (c) Du Pin d. l. p. 496. (d) Du Pin d. l. (e) Vid. Johan. Launojierud. liber de varia fortuna Aristotelis in Academ. Parisiensi. (f) Launojus & du Pin dd. ll.

12. Intuitu Lutheranorum adde, quod Lutheranus ante Reformationem fuerit Augustinianus Monachus, quod post Reformationem idem sæpius maxime laudaverit Augustini doctrinam, nec potuerit ob defectum in illo seculo subsidiorum historiæ ecclesiasticæ ac genuinæ doctrinæ moralis, quibus hodie gaudemus (a), omnes Augustini nævos cognoscere. Unde iterum non mirandum est, quod ante

E e 3

pau-

(12) Vid. Bibl. Univ. Tom. 14. p. 144. seq. & passim in locis, ibi in indice sub voce: Augustinus, citatis.

paucos annos inter doctorem Pontificium & Lutheranum ventilata fuerit quæstio, utrum Augustinus faveat confessioni Pontificiorum an Lutheranorum (b)?

(a) Vid. Barbeyracii *præf. ad vers. Gall. Pufendorffii* §. 9. ubi late probat, Patres pene omnes laborasse ignorantia doctrinæ morum & in specie de Augustino p. 28. & 29. & §. 10. eandem thesin de doctoribus Protestantibus continuat. (b) Vid. scriptum M. Christ. Weisii *de consensu Augustini & Lutheranorum publicat. Lipsiæ 1696.*

De Chryso-
stomo.

13. Circa Chryso-stomum notandum, quod quidem non privandus sit encomiis, quæ ipsi communiter, etiam ab Arnolodo dantur (a), sed tamen simul cavendum, ne vel ejus nævi in doctrina (b), & excessus in concionibus erga imperatricem Eudoxiam (13) commissi (c), vel tumultus a plebe pro ipso excitati (d) aut commendentur, aut ut facta imitanda vel excusanda proponantur.

(a) Vid. eum maxime in *Op. maj. cap. 3. §. 6. seq.* (b) quos recenset Dallæus *de usu Patr. p. 273. 274.* (14). (c) De quibus vid. Arnold. *s. 6. & 8.* In §. 9. videtur quidem propterea notare Chryso-stomum, sed obscurius. (d) Quos tanquam facta prudentia laudare videtur Arnoldus in *fin. §. 7.* add. Nic. Vedelii *tr. de prudentia veteris Ecclesiæ in proleg. p. 13. item 24. 26. 27. 28.* (15)

14. Por-

(13) Factum submissum Imperatricis Eudoxiæ, Chryso-stomo in pertinacia persistente vide apud Spanheim. *introd. ad Hist. Eccles. p. 512.*

(14) Adde Arnold p. 229. §. 9.

(15) Partialem historiam actorum cum Chryso-stomo recenset Rango *de prudentia*

contra hæreticos p. 140. Vedelius locis citatis docet Chryso-stomum iracundiorum, quo rigidiorum, nonnunquam & inflexibilem & imprudentiorum fuisse, atque exemplis illustrat. Plura de scriptis istis Rango & Vedelii vide in Hist. Consent. &c. p. 465. ad p. 480.

14. Porro qui summam vitæ Cyrilli Alexan- *De Cyrillo*
drini ab Arnolde fideliter descriptam (a) diligenter *Alexandri-*
examinaverit, satis mirari non poterit, qui factum *no-*
fuerit, ut homo tot sceleribus (16) inclytus, Chryso-
stomi adversarius, & præterea exigui judicii, inter
sanctos Ecclesiæ Patres numeratus fuerit, & iis a no-
stratibus adhuc accenseatur, nisi idea de toto Christia-
nismi statu in quinto seculo doceat, characterem pa-
trum ecclesiæ non tam in pietate & moribus, quam
potissimum in hæretificationibus aut in invektivis
contra ethnicos (b), & technis evehendi autoritatem
Episcoporum supra laicos quæsitum fuisse.

(a) Arnold. *Op. maj. cap. 3. §. 10. seq. add. Du Pin. Tom. 4.*
unde excerpta in additament. ad Tom. 21. Bibl. univ. pag.
19. seq. & pag. 27. (b) Scripsit enim contra Julianum, &
Nestorium miro artificio hæretificavit.

15. Concilium Ephesinum quamvis quatuor *De concilio*
conciliis universalibus annumeretur, & de doctrinæ *Ephesino.*
per id stabilitæ veritate non moveamus litem, nemo
tamen vel paululum mentis compos & integris sen-
sibus gaudens modum tractandi & artificia Cyrilli ad-
probare poterit, quæ vel ex ipsis concilii actis trans-
parent, invitæ eorum collectoribus.

Vide Gelasii Cycizeni *Acta. Arnold. Op. maj. cap. 4. §.*
1. 2. 3. 4. Bibl. univ. d. p. 27. Grace a la bourse de saint
Cyrille, l'eglise Romaine, qui regarde les conciles comme
infallibles, n'est pas aujourd'hui Nestorienne. Si cet E-
veque

(16) *De Cyrilli sceleribus adde Barnagium Hist. des Juifs Tom. 4. lib. 6. cap. 15.*
§. 9. p. 1291. seq.

veque eus ete plus avare, qu' ambitieux, ou vindicativ, la vierge Marie ne seroit plus dans cette eglise la mere de Dieu. (17)

*De concilio
Chalcedo-
nensi.*

16. Idem iudicium ferendum de modo procedendi in concilio Chalcedonensi, quod inter œcumenica quartum est. (18)

Vid. Arnoldi *Opus maj. cap. 4. §. 7. seq.* conf. eundem *cap. 1. §. 4.*

De Pelagio.

17. Hæreticos hujus seculi quod attinet, potissimum considerandi Pelagius, Nestorius, Eutyches. Technas politicas adversus Pelagium ejusque errores sincere recenset Arnoldus & Clericus, eosque vere scripsisse docebunt collationes cum Vossio & Usserio. (19)

Vid. Arnold. *cap. 5. Op. maj. §. 1-10.* add. tamen ejus E. mendationes *pag. 119. seq.* Cleric. *Tom. 8. Bibl. univ. p. 179. ad 234.* (20) Vossius in *historia Pelagiana.* Usserius in *Antiquitatibus Ecclesiarum Britannicarum.*

*De Nestorio
& Eutyche.*

18. Itidem, quæ cum Nestorio & Eutyche acta sunt, docebunt ex una parte justum Dei iudicium & pœnam talionis in Nestorium & Eutychem, insignes, antequam ipsi hæretificarentur, hæretifices. Ex altera parte vero orthodoxorum adversus eos eorumque errores parum laudabilia & parum cum modo proce-

(17) Clericus d. 1 p. 26. de his duobus conciliis provocat etiam ad Tom. 7. Bibl. Univ. p. 55. ad Tom. 8. p. 226. ad Tomum 16. p. 276.

(18) Rango de prudentia contra hæreticos p. 286. aperte papizat, dum hujus concilii processum, tanquam exemplum pruden-

tis negotii commendat.

(19) Adde etiam Henrici de Noris historiam Pelagianam.

(20) Curavi etiam vitam Pelagii a Clerico descriptam & in linguam Germanicam translata jungi vitis astrum ab eo delinens.

tabilia seculi septimi. §. IV. Incrementa Monachatus. §. V. Notabilia seculi octavi. §. VI. Seculi nominatus, §. VII. & notabilia. §. IIX. Conjunctio pietatis & genuina eruditionis. §. IX. Conversiones variarum gentium in seculo decimo. §. X. In seculo undecimo sanctitas Henrici II. §. XI. Fructus doctrinae de excommunicatione in Henrico IV. §. XII. Arcanum cruciatarum. §. XIII. Controversia Berengarii de cœna. §. XIV. Seculo duodecimo Rex a Monachis sustigationem patitur. §. XV. Ortus Scholasticorum, Glossatorum, Canonistarum. §. XVI. Genuinus character Bernhadi. §. XVII. Notabilia seculi decimi tertii. §. XVIII. Seculi decimi quarti. §. XIX. Seculi decimi quinti. §. XX.

§. I.

Ratio brevitatis in cautelis sequentibus.

HActenus pluribus cautelis opus fuit ad palpandum errorem communem, qui puritatem Ecclesiæ Christianæ in prioribus quinque seculis quærit, adeoque Arnoldi doctrinas larvam istam detrahentis ferre non potest. Nunc brevioribus esse licebit, cum jam ab his seculis conspirent fere reliqui scriptores historiæ ecclesiasticæ inter Protestantes cum Arnolde, nisi quod hic continuet malitiam Cleri in univèrsum depingere, cum illi magis depingant lineamenta Papæ tanquam capitis in corpore Clericali.

Ergo ab hoc seculo jungi poterunt cum Arnolde Moræni *mysterium iniquitatis* & Heideggeri *historia Papatuum*

Character Justiniani

2. In seculo sexto notent præcipue studiosi juris chara & terem Justiniani (1), ab Arnolde vivis express-

(1) *Introitiom non negligendus est Imperator Anastasius, & qua de eo notari in Histor.*

pressum coloribus, ne videlicet corpus juris Justiniani pro tanto thesauro cum vulgo Ictorum habeant, aut ne doctrinas valde papizantes in corpore juris contentas habeant pro fanis & piis aut sapientibus.

Dicendum hic erit de Procopii *Anecdosis*, de ipso Procopio (de quo conf. Arnoldi *Opus maj. cap. 3. § 6.*) de Nic. Alemanni & Joh. Eichelii *notis ad eund.* de Thomæ Rivii *defensione Justiniani adversus Alemannum.* Doctrinæ papizantes plurimæ sunt *in titulis prioribus lib. 1. Cod.* Dictum de scriptis Cornelii a Rinthelen & Corvini *de religione ex Justiniano.*

3. Inprimis vero caveant, ne errore communi abrepti Gregorium M. (2) pro sancto Ecclesiæ Patre habeant, sed potius, ut colligentes ea, quæ in variis capitibus circa hoc seculum Arnoldus de eo notavit, eumque cum adversario Constantinopolitano Johanne Jejunatore conferentes, discant, quantus hypocrita uterque fuerit, & quam periculosa sit Principibus & Reipublicæ veneratio & protectio simulatæ pietatis.

F f 2

Non

Histor. content. ins. imp. & sacerd. §. 35. ad §. 40 pag. 26. ad p. 32. scilicet: varia monita de excommunicatione & morte Anastasii: Veram originem controversia inter imperium & sacerdotium, item juramenti religionis Principibus obruti ad tempora Anastasii esse referenda: Quid ad dubia Frierder, Spanheimii & Historiæ Ecclesiasticæ Gothanæ respondendum sit: Quomodo censoriatores Magdeburgenses excusari possint: Mendacia Zonaræ de morte Anastasii jam ab aliis esse agnita: sub Anastasio etiam stabili-

tam fuisse doctrinam falsam, quod jus circa sacra sit res spiritualis. Exposui etiam ibidem §. 41. & 42. p. 32. 33. varia notabilia circa Imperatorem Justinianum ad meliorem intellectum hujus paragraphi pertinentia. & crassos errores juri principum circa sacra adversantes in corpore juris per exempla indicavi.

(2) *Vide etiam, quæ de Gregorio M. notavi in dissert. de orig. proc. inquis. contra sagas §. 28. item in Hist. content. p. 15. §. 23. & p. 311.*

Non adeo opus erat, ut Arnoldus ea, quæ justissimis ex causis notaverat de Gregorio M. tentaverit excusare vel emendare in *Emendationibus* p. 123. (forte, ut ex fine illius excusationis verosimile est, ob studium Theologiæ mysticæ.) Nam quæ Arnoldus affert, quasi Gregorius illam pudendam adulationem ad Phocam ex simplicitate scripserit, refutantur facile ex illis, quæ notavit Mornæus in *Mysterio iniquitatis* pag. 240. 246. 247. 250. conf. Layriz vom *Pabstthum* lib. 1. cap. 8. §. 13. 14. 15. Inde caute legendus Maimburgius in vita Gregorii M. Gallice scripta, qui vitia & nævos Gregorii quocunque modo emollire studet.

*Notabilia
seculi septi-
mi.*

4. In seculo septimo notetur status miserimus Imperii Constantinopolitani, barbara crudelitas Imperatorum nasuum abscissione inter se certantium: Cleri malitia, omnia hæc facta adulatorie adproban- tis, & beatos prædicantis Imperatores, si modo venerentur & divitem facerent Clerum: turbæ internæ & externæ: In Regno occidentali, dominatio Longobardorum, impotentia Exarchorum, renunciatio Electionis Episcopi Romani (3) ab Imperatoribus variis technis impetrata: Origo Mahumedis, (4) ejus astuta religio & ad alliciendos plurimos pro barbarie illorum temporum maxime aptata &c. Quæris originem primam? omnia hæc mala peperit excommunicatio & hæretificatio innocentum & dominatio in conscientias a Clero seculo secundo & tertio inchoata, seculo quarto & quinto ab Imperatoribus incautis confirmata.

5. Sed

(3) Adde Arnold. *op. maj. cap. 2. §. 2.*

(4) Conf. Arnold. *op. 1. §. 5. seq.*

5. Sed cœpit malum majora adhuc incrementa, postquam hoc seculo creverunt regulæ vivendi monachales, quæ nil aliud sunt, quam, ut Arnoldus acute expressit, laquei conscientiarum, homines sub prætextu sanctitatis in extremum stultitiæ gradum seducentes, *Incrementa Monachatus.*

Vid. Arnold. *Op. maj. cap. 2. n. 7.*

6. In seculo octavo notetur præ ceteris genuna historia de lite & tumultibus Cleri ob culturam (5) imaginum (a), item optimum & verum iudicium de Bonifacio, Germanorum, sic dicto Apostolo, adversus papizantes ejusdem admiratores, etiam inter nostrates (b), hæretificatio Vergilii ob assertos antipodes (c), Johan. Damasceni primum systema Theologicum (d). *Notabilia seculi octavi.*

(a) Vid. Spanhemii *historia imaginum restituta adversus Maimburgii historiam Iconoclastarum Gall. scriptam*. Commendandus iste tractatus Spanhemii varias ob causas, præcipue ob egregie defensum Constantinum Compronimum, adversus falsas calumnias Cleri, etiam a nostris incaute creditas. (b) Arnold. *Op. maj. c. 1. n. 7. 8. & c. 1. 1.* Cui adde Caspar. Sagittarii *Antiquitates Christiani-*

Ff 3

smè

(5) Adde *Hist. Contens. p. 33. seq. §. 43. ad §. 46.* ubi ostendi incrementa litis inter imperium & sacerdotium seculo 7. & 8. occasione Monothetarum & Iconoclastarum, adducto testimonio Timanni Gesselii: quavis revera tum potius litis fuerit inter sacerdotium & sacerdotiam, & clerum utriusque partis adversus Gesselium aliquo modo excusaverim. Nec adeo mirandum, quod Centuriatores Mogdeburgenses, & cum iis

Rango de prudent. *Eccles. p. 298. concilium quo damnati sunt Monotheta. ut exemplum concilij a Christianis principibus imitandæ proponant & edicta Heraclij, tolerantiam mutuam præcipientis, saxon. Huc pertinent etiam encretiens d' Eudoxe & d' Euchariste sur l'histoire de l'Arianisme & des Iconoclastes du Pere Maimb, a Cologne 1683. in 12^o.*

fmi Thuringici Germ. scriptas lib. 2. & 3. ubi late describit vitam Bonifacii, & monstrat, quod falso dicatur. (6) primus Germanorum Apostolus. (c) Arnoldus *Op. maj. cap. 2. n. 6.* vid. etiam (7) Lactantii *inst. lib. 3. c. 24.* & Augustin. *de civit. Dei lib. 10. cap. 9.* (d) Arnold. *cap. 3. §. 1.* Non obstant supra notata *cap. præc. n. 11.* Augustinus enim inter latinas primus est, hic inter Græcos, adde quod Damascenus magis videatur suum systema applicasse ad doctrinas Aristotelicas & prævisse scholasticis.

*Seculi noni
status.*

7. Descriptio miseri & maxime superstitiosi status Religionis in seculo nono ab Arnolde facta, eo firmius imprimatur, ut agnoscat miseriam eorum, qui inter Nostrates putant, honorari Lutheranos, si monstrent, quod consentiant cum orthodoxia Caroli M.

Dicend. hic de Nifanii & Nicol. Schatenii *scriptis.* (8)

Et notabilia.

8. Notetur etiam in hoc seculo historia, non fabula de Johanna Papiſſa (a), & controversia de præ-

(6) Adde Aventinum lib. 3. p. 172. seq. Schatenium de vita Caroli M. lib. I. cap. 19. & 20.

(7) Uterque magno conatu antipodes negavit, sed tamen neuter declaravit, dissentientes esse hæreticos.

(8) Huc pertinet etiam totum cap. 6. *Histor. content. ap. 36. ad p. 51.* ubi ostendi errorem Nifanii d. Caroli M. exercitio genuini juris circa sacra, insolentiam Episcoporum jam sub Merovingis, facta Pipini & Caroli M. in præjudicium juris circa sacra; varias rationes, cur sub Ludovico Pio

exercitium juris circa sacra quæri non possit; miserrimum statum juris circa sacra seculo nono, auctum per fabulas & falsam miracula Cleri; illustrationem dictorum ex scriptis Hincmari Rhemensis; injuriam excommunicationum jam illo tempore a quibus iam fuisse agnitam; item cur seculo decimo vera doctrina juris circa sacra non potuerit emergere, imprimis cum Reges ipsi defensores jurium regionum vel dereliquerint, vel ipsi punire erint, ostensio simul erroris statuentium, quod tres Ostiones Imperatores jura regni egregie vindicaverint.

prædestinatione, quam Godescalcus ex Augustino repetierat, & propterea multa indigne passus erat (b).

(a) Jungendus Arnolde Spanhem. *ad hoc secul. Tom. 2. p.*

183. seq. ubi in synopsi autores & momenta causæ recenset. add. Mornæi *Mysterium iniquitatis p. m. 362--375.*

(b) Add. Arnolde præter Ufferii *historiam Godescalci Vossium in histor. Pelagiana*, item Heidegger. *in historia Papatus*. & Mornæum *in mysterio iniquitatis.* (9)

9. Seculum decimum communiter obscurum & indoctum vocatur ac superstitiosissimum, ex cujus meditatione studiosus sapientiæ caute observat: 1. Uti plerumque excessus eruditionis, i. e. delectatio nimia in studiis elegantioribus, sed parum solidis, ad impietatem valde inclinat, ita neglectum omnium studiorum humaniorum regulariter cum pietate stulta, i. e. superstitione esse conjunctum. 2. Adeoque cavendam esse maxime persuasionem, veram pietatem conjunctam esse debere cum neglectu studiorum humaniorum. 3. Vel statum hujus seculi decimi docere, quod status religionis tempore Caroli M., ubi exigua satis eruditio florebat, talis non sit, ut ad eum orthodoxia Evangelicorum examinari debeat.

Ut modo notatum n. 7.

10. Historia de conversionibus hoc seculo Normannorum, Polonorum, Russorum, Norwegorum, Danorum, Livonum, Sveonum confirmabunt observationem illam generalem de conversionibus gen-

Conversiones variarum Gentium in seculo decimo.

(9) *Addo Hoornbeckii Miscell. sacra lib. 3. cap. II, p. 409.*

gentium & Principum supra notatam (a), & causam suppeditabunt, cur Moscovitæ (10) græcæ, non romanæ religioni sint addicti (b).

(a) *Cap. prac. s. 3.* (b) *conf. Arnold. hic p. 378. n. 13.*

In seculo undecimo sanctitas Henrici I I.

II. Seculum undecimum ferreum dicitur (11), partim ob ignorantia & superstitionis, partim ob impia vitæ, in Clero præcipue, augmenta, unde cave, ne, quæ de sanctitate Henrici II. Imperatoris & ejus uxoris Cunigundis, etiam ex nostratibus multi incaute reperunt, genuina & credenda esse tibi persuadeas.

Vid. Dn. Gundlingii Otiorum Pars 3. cap. 3. (12)

*Frustrum de-
strina de
excommu-
nications in
Henrico IV.*

12. In Henrici IV. historia probe observabis, quomodo per hypothesin de clave ligante & jure excommunicandi Clero competente, Constantino M. persuasam, & inde ortam distinctionem inter jus Principis circa externa & interna, tandem Principibus jus circa sacra plane sit extortum.

Conf. sup. cap 13. n. 2.

*Arcanum
cruciatarum.*

13. Notabis etiam ut arcanum maxime politicum, avertendi Principes & politicos, ne Papam & Clerum redigerent in ordinem, persuasionem cruciatarum hoc seculo ortarum. (13)

Pufen-

(10) *Quia nempe Woldemarus ducebat in matrimonium Basilij Imperatoris Graci filiam*

(11) *De statu miserrimo juris circa sacra in seculo undecimo & de Scriptoribus hujus seculi a Goldasto collectis latius egi in Hist. content. cap. 7 a p 52. ad p 64.*

(12) *Adde omnino notas ad Lancelotum lib. 4. not. 41. sect. 2. p. 1746 seq.*

(13) *Ex hoc arcano orta est persuasio, quasi omnia fœdera cum Turca sint injusta, de qua dixi in notis ad Huberum lib. 3. de jure civis. cap. de fœderibus. Adde scripta varia de justitia fœderis ultimi Regni Sueciae cum Turca. Multa etiam de cruciatibus notavit Larveus passim Tom. I. Hist. & Angletære.*

Pufendorff. *de Monarchia papali*. Theod. Gibellinus
vom Pabstthum. Layriz vom Pabstthum *lib. 3. c. 2.*
S. 10. Bœcler. *de Passagiis*. Maimburg *hystoire des Croi-*
sades.

14. Notanda est etiam controversia hujus se- *Controver-*
culi de præsentia corporis Christi in cœna inter Be- *sia Berenga-*
rengarium & Lanfrancum, usui futura ad melius in- *rii de cœna.*
telligendum diffidium, quod hodie inter Reformatos
& Lutheranos est. (14)

Junge Arnoldo Tribbechov. *de Scholasticis p. 137. seq. (15)*

15. Quanta fuerit superstitio populi, & Re- *Seculo duo-*
gum etiam, in seculo duodecimo & quanta tyrannis *decimo Rex*
& absolutissima potestas Papæ pariter & Cleri in *a Monachis*
Principes, vel exemplum Henrici II. Regis Angliæ, *fustigatio-*
sponte (16) se fustigationibus Monachorum submit- *nem pati-*
tentis, in causa, ex parte Cleri in justissima, docet, *tur.*
quod factum meretur, ut secundum omnes circum-
stantias consideretur.

Adde Arnoldo Layriz *d. l. lib. 2. cap. 5. n. 29.* Matth. Paris.
ad annum 1174. Unde patebit, cur Larreus in vita Hen-
rici II. *p. 378. seq.* id factum taceat, nec tamen refutet.

16. Simul vero notentur (17) in hoc seculo *Ortus Scho-*
tanquam arcana fundamenta & columnæ Papatus *lasticorum,*
ortus Scholasticorum (a), Glossatorum (b), & Cano- *Glossato-*
nistarum (c). *rum, Cano-*

(a) Vid. *nistarum.*

(14) Adde Canonem: Ego Berengarius
92. *de consecr. dist. 2.*

(15) Qui tamen hic valde partialis est,
& fabulam sapere videntur, quæ de Lan-

(Gaut. Ecclesi)

franco immisceat.

(16) Sponte, id est ex metu excommuni-
cationis.

(17) Adde Arnold. *op. min. p. 417. seq.*

(a) Vid. Tribbechov. *de doctoribus Scholasticis* & junge Launojuum *de varia fortuna Aristotelis*, ubi docet, quomodo per Scholasticos Augustinus ex scholis fuerit extrusus & loco ejus Aristoteles introductus, conf. *histor. sap. & stult. Tom. 3. pag. 215. seq.* (b) Hi quidem non tam imperium Papæ ipsius, sed tamen imperium Cleri in jure Justiniano corroboratum contra Papam stabile aggressi sunt, adeoque magis Clero, quam Principibus reapse profuerunt. (c) Oppositorum Civilistis Jura Regum & Cleri contra Papam defendentibus. vid. *historiam juris Canonici infra cap. 18. seq.*

*Genuinus
character
Bernhardi.*

17. Cavendum est etiam, ne Bernhardum (18) eum esse putemus, qui dignus sit, ut ejus meditationes tam sæpe audiantur allegari a nostris & commendari. Nam intentio ejus non ubique fuit optima, sed ambitione & imperandi cupidine tincta, unde spiritus persecutionis laboravit. Quod studia attinet, ea non possunt excedere statum ignorantiae doctrinae moralis genuinae, quo adhuc seculum illud laborabat.

Quod Arnoldus ita commendat Bernhardum *in oper. min.* inde factum, quod Bernardus referatur ad mysticos. In *Majore cap. 3. §. 3.* (19) nævorum quorundam, sed obiter quasi meminit. vide igitur Bailii *ditionnaire critique* voce *Berenger, Bernard, Abelard.* conf. *histor. sap. & stult. Tom. 1. p. 75--116.* & *Præf. nostr. ad vers. Germ. Grotii §. 19. pag. 27.* Item *infra cap. 21. §. 25. 26.*

18. In

(18) Adde *Hist. Contens cap. 8. §. 77.*
78 p. 65. seq. ubi ostendi, quid de Bernhar-
di scriptis a Goldasto relatis sentiendum, &
quod Arnoldus tanquam Hæreticos politi-

cos persecutus fuerit.

(19) Adde tamen *Arnoldi cap. 5. §. II.*
& 12.

18. In seculo decimo tertio (20) notetur origo confessionis auricularis a Johanne tertio in concilio Lateranensi stabilitæ (a), ut & origo inquisitionis adversus hæreticos (b), & denunciationis evangelicæ (c), item fabula de epistola ex cælo missa de cultura diei dominicæ (d).

*Notabilia
seculi deci-
mi tertii.*

(a) Ea quæ Arnoldus ea de re differit (21) *Operemaj. cap. 2, 5 5, & 6.* fufius illustrantur & confirmantur a Joh. Dallæo in *eruditissimo scripto de Sacramentali s. auriculari Latinorum confessione ed. Geneva 1661.* (b) Commendanda Limborchii *historia inquisitionis, & Anonymi Inquisitione processata.* His adde Pauli Sarpîi *historiam de origine, legibus & usu officii inquisitionis in civitate Veneta* (22), cui anonymus opposuit responsionem sine anno & loco. *Conf. dissert. nostr. de origine processus inquisitorii.* (c) Vid. *diss. nostr. de usu pract. denunciationis evangelicæ* (d) Vid. *Matth. Paris. ad ann. 1200.* Refutat hanc fabulam ex Pontificiis Raynaldus *Tom. 13. Contin. Baron. ad ann. 1201. n. 34. 35.* *Conf. Spanhem. Epit. H. E. hoc. sec. c. 13. §. 2.*

19. In seculo decimo quarto notetur in primis injusta Templariorum excisio & vita Wenceslai Imperatoris Romani supra modum a Clero Pontificio calumniis onerata.

*Seculi deci-
mi quarti.*

De utroque capite vide dissertationes nostr. peculiare;
Consentit nobiscum Fridericus Spanhem. *Vol. 2. epit.*

G g 2

Isagog.

(20) *Adde Hist. Cont. nr. §. 79. ad §. 82. p. 69. seq. ubi invenies etiam judicium de defensoribus imperatorum a Spanheimio memoratis & Goldasto.*

(21) *De falsis miraculis ad stabilendam confessionem auricularem, de mutatione bo-*

minis in equum, item de eo, dem bey der Beichte Kroten aus dem Munde gefrohen &c.

(22) *Quæ extat tomo 2. operum Pauli Servita.*

mos reformatores seculo decimo sexto. §. II. Religiones hodie in Europa durantes. §. III. Necessitas cognitionis eorum. §. IV. Partialitas scriptorum. §. V. Commendatio Arnoldi. §. VI. Religiones illæ ad duas classes relata. §. VII. Cautela circa lectionem Arnoldini operis. §. IIX. Nimia ejus præsumptio pro sectis, visionibus valde additis. §. IX. Remedia contra hoc præjudicium. §. X. Commendatio scriptorum de universis sectis hodiernis. §. XI. De concilio Tridentino. §. XII. De religione Lutherana. §. XIII. De Reformatâ. §. XIV. De Jesuitis. §. XV. De Formula Concordiæ. §. XVI. De lite circa emendationem Calendarii. §. XVII. De Exorcismo. §. XIIIX. De Anabaptistis. §. XIX. De Socinianis. §. XX. De Arminianis. §. XXI. De dissidiis Anglicis ab religionem. §. XXII. De Quakerismo. §. XXIII. De Syncretistis. §. XXIV. De Jansenistis. §. XXV. De Quietismo. §. XXVI. De Labadismo. §. XXVII. De Peyverio. §. XXIIIX. De Spinossimo. §. XXIX. De Bourignonia. §. XXX. Secta inter Pseudo mysticos. §. XXXI.

I.

CReverat hucusque tyrannis & Papæ & Cleri Tyrannidis papalis in tantum, ut videretur impossibile esse, vel ut ejus fastigio aliquid accederet, vel ut Papa & Clerus ab isto Imperio absoluto in conscientias hominum iterum detruderentur, frustra per aliquot secula conquerentibus ea de re politicis, ac emendationem morum Cleri efflagitantibus (1),

G g 3

fed

integræ cap. 10. p. 141. ad p. 204. & monita de scriptis hujus seculi a Goldasto relatis cap. 11. a pag. 206. ad p. 259

(1) Quod præ Politicis etiam fecit Erasmus in encomio Morie & in colloquiis: quæ propterea valde commendanda sunt stu-

diis Historia Ecclesiastica & Juris Canonici. Et hæc videtur præcipua causa esse, cur Ignatius Lojola, Patriarcha Jesuitarum rejecerit lectionem Erasmi, ut refert Ribadeneira in vita ejus p. m. 82,

fed perpetuo per technas pseudo-politicas Cleri elufis. (2)

Ejus concuffio per primos reformatores feculo decimo fepto.

2. Uti vero fecundum regulas communes providentiæ divinæ omnia funt ortui & interitui in hoc mundo obnoxia; ita & fpecialis fubordinatio caufarum fecundarum, quæ iterum ejusdem providentiæ numinis fupremi opus eft, factum fuit, ut feculo decimo fepto, levibus initiis, partim per Martinum Lutherum in Saxonia, partim per Ulricum Zwinglium in Helvetia atque hujus affeclas & doctri-næ propagatores Joh. Oecolampadium, Joh. Calvinum, & Theod. Bezam Papatus magnam concuffionem pateretur, unde tres religiones adhuc hodie in Europa dominantes ortæ funt, Lutheranorum, Reformato-rum, & Papiftarum. (3)

Religiones hodie in

3. Sed præterea & aliæ funt, quæ non quidem dominantur, ut priores tres modo memoratæ, fed tamen

(2) De ftatu juris circa facra in feculo 16. 17. & præfentii 18. ut & de fcriptori-bus eo pertinentibus prolixè actum in *Hift. Cont. cap. 12 p. 259. ad p. 294. & in Ap-pendicis cap. 2. a p. 502. ad p. 688. ubi §. 82. feq. p. 551. feq. ftatum juris circa facra diftinctim confideravi & feperatim, intuitu Regum & Principum Lutheranorum, Refor-mata religioni addiكتورum & Catholicorum, item §. 85. 86 & 87. docui, quibus technis Principes Catholici excitati fuerint hæte-nus ad perfequendos Proteftantes; quodque colloquia Theologorum omnia natura fua fint inepta ad pacem procurandam, & quod Lutherus ac Melanchthon doctri-nas Acade.*

micæ non fufficienter emendaverint. Deniq; ex §. ult. 100 p. 674. ad finem probe no-tentur ea, quæ perficue ibi docui de vario & infigni ufu controverfiæ inter imperium & facerdotium, & quod Proteftantes. fecus ac communiter fieri folet, juftifimas caufas habeant, agnofcendi pericula religionis Eo-angelicæ in ftatu præfenti.

(3) His adde & Græcam in Mofcovia. Conf. cap. præced. §. 10. in fine. De hæc religione vide integrum tractatum B. Heineccii: *Abbilddung der Griechifchen R. u. d. E. Adde. etiam Arnold. fec. 15. & 16. peculi-ribus capitibus.*

tamen hæcenus nec extingui a prioribus tribus po- *in Europa*
tuerunt, sed partim in ipsa Germania, qua superiore, *durantes,*
qua inferiore, partim in Anglia, partim in Polonia &
Transilvania, si non florent, tamen hinc inde tole-
rantur. Quales sunt Anabaptistica, Sociniana, Ar-
miniana, Quakerorum, aliorumque Religionis om-
nis vel certe scripturæ adversariorum.

4. Horum igitur accuratior notitia studioso *Necessitas*
Juris eo magis est necessaria, ut eo melius cavere *cognitionis*
possit errores hodiernum vel palam, vel occulte ser- *earum.*
pentes, utpote a quibus majus est periculum quam
ab erroribus diu extinctis ac sepultis.

5. Sed hic valde dolendum, quod rarissima *Partialitas*
hic sint scripta, quæ non ubique affectibus indulge- *scriptorum.*
ant, vitio communi humani generis, ut suum cuique
pulchrum esse videatur, & quilibet facta eorum, quo-
rum partibus addictus est, laudare atque commenda-
re, aliorum vero vituperare atque improbare soleat.

6. Unde merito præ reliquis omnibus hic com- *Commenda-*
mendari meretur Arnoldus, utpote qui singularum *tio Arnoldi.*
religionum hodie existentium historiam, seposita,
quantum ab homine desiderari potest, partialitate,
magna diligentia descripsit, ut adeo Liber 16. & 17. si-
ve *tota pars secunda* a studioso sapientiæ sæpius legi,
nec etiam *pars tertia* negligi mereatur.

7. Ut tamen homines sumus omnes, sic & ea, *Religiones*
quæ jam superius de Arnoldo monuimus, hic sunt *illæ ad duas*
repetenda. Scilicet religiones, quæ hodie in orbe *classes rela-*
Christiano durant, duplicis sunt generis, aliæ ratio- *tes.*
nem nimis extollunt, aliæ nimis deprimunt. Sapi-
enti

enti vero maxime opera danda est, ut mediam viam sequatur, i. e. ut rationem tanquam singulare Deidolum non abiciat, nec tamen etiam spreta & abjecta revelatione sacrarum literarum nimis eandem ex tollat,

*Cautela
circa lectio-
nem Arnol-
dini operis.*

8. A nimia rationis æstimatione maxime, si quisquam alius, cavit Arnoldus, sed non eandem adhibuit cautelam in examine revelationum & testimonii interni & motuum spiritualium, de quibus loquantur mystici, utpote in quibus hactenus opus erit, rectam rationem non plane abjicere, ne quis seducatur ab imaginationibus vanis & plane stultis sub larva motuum spiritualium hominibus, melancholicis imprimis, subinde se insinuantibus. At vero Arnoldus, ut jam supra monitum, rationem nimis deprimat, & internos motus mentis nimis admiratur, & commendat. (4)

*Nimia ejus
præsumptio
pro sectis,
visionibus
valde addi-
tis,*

9. Cave tamen ne putes, virum de historia ecclesiastica immortaliter meritum, mala fide unius sectæ facta corrupisse aut occultasse, aut falsas iis circumstantias affinxisse. Saltem id intendimus, quod Arnoldus in circumstantiis occultis, quæ ex notis vel apertis circumstantiis per modum conjecturarum verosimilium subinde deducendæ sunt, aliquando ex illo modo notato præjudicio videatur præsumptiones quasdam subinde nimis favorabiles formasse pro sectis, quæ visionibus & prophetiis & observandis raptibus internis sunt

(4) Unde etiam caute legenda ejus Pars quarta, ubi multæ sunt ejusmodi revelationes. Quamvis & in parte secunda & tertia eadem observatio non sit negligenda.

sunt valde addictæ, aut etiam præsumptiones formasse lubricas contra sectas rationem nimis extollentes.

10. Unde opera danda est studioso juris, ut in *Remediâ* talibus præsumptionibus rem attentius examinet *ex contra hoc* natura humani generis & negotiorum humanorum, *præjudicium.* atque etiam conferat alios autores, qui historiam *se-*ctarum adhuc hodie existentium exposuerunt; Atque hunc in finem quosdam præcipuos breviter & per modum indicis adjiciemus.

11. De universis religionum sectis (5) conferantur historia ecclesiastica Gothana, Georgii Hornii *Commen-* historia ecclesiastica, it. Johann. Hoornbeck summa *datio scri-*ptorum de controversiarum & Friderici Spanhemii Elenchus *ptorum de* controversiarum, Andreæ Caroli memorabilia (6) *universis* *sectis hodi-*culi decimi septimi, *ernia.*

12. De concilio Tridentino conferantur *De concilio* Petri Suavis seu Pauli Sarprii & Sfortiæ Pallavicini histo- *Tridentino.* riæ concilii Tridentini, it. Cæsaris Aquilini de tribus historicis concilii Tridentini (Suavis, Henrici, & Pallavicini.) Examen concilii Tridentini per G. J. C. D. I. (7)

13. De

(5) De Græca modo dixi. De Judaismo vide Basnagij *Histoire des Juifs.* Contra cuius tomos quinque priores scripsit la Croze dans les *Entretiens sur divers sujets* p. 124. ad pag. 244. Addantur libri 8. Hoornbeckii contra *Judaos.* Eijentmengers entdecktes *Judenthum* &c. *Adversario,* ni fallor, respondit Basnagius in nova editione sua *Historia Judaica.*

(Caus. Eccles.)

(6) Item Jægeri *Historia Ecclesiastica* seculi decimi septimi.

(7) Quod prodit sine mentione loci Anno 1709. in 8o. Sed editio *Corinchemensis* 1678. præfert nomen Innocentii Gentiletti. Et posterior editio eadem est cum priore, quoad textum, indicem, & singulas paginas, nisi quod in posteriore prima plagula in quibusdam sit variata, forte ob alliciendo-
tores.

H h

*De religione
Lutherana,
De Refor-
mata.*

13. De Religione Lutherana, Maimburgii & Seckendorffii historia Lutheranismi.

14. De Reformata, Rudolphi Hospiniani historia sacramentaria, Maimburgii historia Calvinismi, Petri Juræi historia parallela Calvinismi & Papismi; Remarques sur l'histoire du Calvinisme de Mons. Maimbourg; l'Histoire veritable du Calvinisme; Critique generale contre l'histoire du Calvinisme avec la suite; Prejuges legitimes contre le Calvinisme; Contre ces Prejuges legitimes scripta Claudii & Claudii Pajonii; Historie der ersten Religions-motuum zwischen den Evangelisch-Lutherischen und Reformirten/item Christliche Erwegung dieser Historie.

De Jesuitis.

15. De Jesuitis, Hospiniani historia Jesuitica; Ribadeneiræ Historie vom Leben und Wandel Ignatii Lojolæ; Ludov. Montaltii Epistolæ provinciales; Reponse aux lettres provinciales; Theologie morale des Jesuites; Morale des Jesuites; Morale pratique des Jesuites; Leydekkeri historia Jansenismi (Lib. 2. de Jansenismi dogmatibus cap. 1. & lib. 3. cap. 1. &c.) (8)

*De Formula
Concordia.*

16. De Formula Concordiæ, Hospiniani Concordia discors, & Hutteri Concordia concors.

17. De

zores. Nec omittendum Chemnitii examen concilii Tridentini. Adde Francisci de Vargas, Petri de Ma'venda &c. de concilio Tridentino epistolas & observaciones cum notis Michaelis Vassorii. Brunsvigæ 1704. in 4°.

(8) Ubi accusat Jesuitas Pelagianismi, & pluribus ibi monstrat impietatem Philo-

sophiæ moralis Jesuitarum. Adde Apologie des lettres provinciales. La Croze dissert. historiques sur divers sujets p. 202. seq. ubi p. 204. non sine ratione docet, quod, ubi Jesuita florent, pereant bonæ literæ, quamvis hæc sententia multis inter nos Jesuitis antibus hæud dubie non sit placitura.

17. De lite circa emendationem Calendarii *De lite circa emendationem Calendarii.*
 confilia (9) variorum Theologorum & Mathematicorum, Mœstlini Heidelbergensis, Lucae Osiandri, Tobiaë Mœlleri, Lamberti Floridi, Phenigeri, Martini Chemnitii aliorumque; adde Acta die sich in der Stadt Augspurg in wâhrender Handlung des neuen Calendærs belangend/ verlauffen haben. 1584; Le Calendrier Romain par Mons. Blondell; Henrici Linkii disputatio de Calendario. 1674.

18. Caput 32. Arnoldi de Crypto-Calvinistis *De Exorcismo.*
 diligenter legatur a studioso juris, potissimum Lutherano, & cum eo conferatur Friderici Becmanni dissertatio de exorcismo, qui plures autores citat & historiam de exorcismo plene tractat. Huc pertinet etiam Peuceri historia carcerum. (+)

De morte Christiani I. Electoris Saxon. vid. etiam Huber. in historia civili ad ea tempora, Tom. 11. p. 555. Elegans thema dissertationis academicæ foret comparatio Christiani I. cum Anastasio Imperatore Romano.

19. Cum historia de Anabaptistis ab Arnolde *De Anabaptistis.*
 descripta conferantur Conradi Heresbachii & Lamberti Hortensii historia Anabaptistica; Pantheum

H h 2

Ana-

(9) *Subtitulo: Nothwendige Bedencken von den uralten Römischen Calendern etc. durch etliche Theologen und Mathematicos. Heidelb. 1584. in 4to. Alia scripta ad Augustanas turbas ob Calendarium motas, pertinentia citat Arnold. op. maj. lib. 16. cap. 26. §. 14. seq.*

(+) *Rango de prudent. eccles. p. 310. seq. pro more hereticum valde commen-*

dat processum ducis Pomeraniae contra Crypto Calvinistas. In Klockii relationibus Cameralibus extat relatio in causa Crellij contra E. achjen/ ubi multas circumstantias deprehendes, adversariis Crellij parum favorabiles. Adde etiam Verinum von Ananibus post Testamentum von Osse ubi plura de Peucero, Christiano I. & Crellio.

Anabaptisticum & Enthusiasticum Tom. 1; Protocoll aller Handlungen des Gespräches zu Franckenthal mit den Wiedertäufern 1571. David Joris Wonderbæk &c.

De Socinianis.

20. De Socinianis Stanislai Lubienecii historia Reformationis Polonicæ, Christoph. Sandii Bibliotheca Anti-Trinitariorum, interpretationes Evangeliorum paradoxæ & tract. de Spiritu S. Theologia oder Geistliches Gespräch von unterschiedenen Articula der Christlichen Religion/ insonderheit von der wahren und heiligen Drey-Einigkeit 1682. Catechismus Racoviensis. Ruari epistolæ. (10)

De Arminianis.

21. De Arminianis epistolæ clarorum virorum Theologicæ; Dan. Hartnaks Censur und Historie des Dortrechtischen concilii. (11)

De Diffidiis Anglorum ob religionem.

23. De turbis in Anglia ob diffidia Episcopulium & Presbyterianorum, Independentium &c. Honorii Reggii de statu Ecclesiarum Britannicarum, Pauli Colomesii Theologorum Presbyterianorum Icon, Johannis Durelli historia rituum Ecclesiæ Anglicanæ, Joh. von der Waenen epistola apologetica adversus Spanhemium: Et Spanhemii responsiones.

23. De

(10) Michael Serveti van de Dolingen in de Drieuldigheid Seven Boechen 1620. in *Op. Dn. la Croze in disert historiqués, quarum prima continet reflexions sur le Mahometisme & Socinianisme, comparat in ea Socinianos & Mahometanos & adeo plura narrat de Socinianis. Adamo Neusero p. 102. seq. Paulo Akiato, p. 139. seq. de Socini persecutione Francisci Davidis pag.*

144. *Plura de hoc tractatu vid. in Ouvrages des sçavans 1708. in Febr. p. 53. seq. Clerici Bibl. choise Tom. 14. pag. 322. seq. Barbeyrac: præfat. ad Pufend. opus majas §. 10. noviss. edit. p. 50. ad p. 66.*

(11) *Item Uytenbogaradi scripta varia, de quibus vide Hist. content. p. 346. 601. 619.*

23. De Quakerismo variorum investivæ in *De Quakerismo*.
 Quakeros, quas collectas exhibet Pantheum Anabaptisticum & Enthusiasticum, Barclai apologia pro Quakeris, de la Naissance & du progres de Kouakerisme, Gerh. Cræsi historia Quakeriana, Dilucidationes valde necessariæ in Cræsi historiam. Huc pertinent etiam Relationes ex Pensylvania. (12)

24. De Syncretistis plurima scripta inter *De Syncretistis*.
 Theologos Wittebergenfes & Calixtum ac Helmstadienses, Calovii historia Syncretistica, plurima scripta hæctenus de unione Religionum Protestantium edita. (13)

Hh 3

25. De

(12) Scripta in Pantheo collecta multis falsissimis imputationibus, intuitu doctrine, & mendaciis, intuitu factorum sunt repleta. Quod doctrinam attinet, res patet ex Barclai Apologia, quæ ita est conscripta, ut meminere, nonnullos viros æquos & prudentes obstupuisse, & doctrinam a Barclajo propositam ipsis ita non displicuisse, ut non ausi fuerint eum totum perlegere, ne, ut fatebantur in religione sua turbarentur. Autor de la naissance & du progres du Kouakerisme, qui liber in Duod. prodiit 1692. tam intuitu doctrine, quam factorum iterum maxime partialis est, in tantum, ut Cræsus. p. 322 & p. 376. eum vocet Papistam, isem mendacem mendacissimum, imo nequam, Gerhardi Cræsi historia intuitu aliorum Scriptorum contra Quakeros est quidem non ita partialis, sed tamen laborat & ipsa quibusdam præjudiciis. Unde autor dilucidationum Amstelodami 1696. in octavo edita.

rum, qui se Pbilalethem nominavit, errores ejus, etiam satis modeste emendare instituit. Sed & hic, si non ipse Quakerus est, tamen ad Quakerismum valde inclinatus. Paucis: primarius Quakerorum error mihi videtur consistere in rejectione rationis, & desiderio illuminationum immediatarum parum rationali. Huc refer etiam, quod Pbilalethes p. 28. Foxum, (de quo Cræsus dixerat, quod vitio melancholico laboraverit) ideo potius commendat, & temperamentum ejusmodi melancholicum in rebus divinis multo magis prodesse asserat.

(13) Adde Rangonis historiam Syncretismi, scriptum maxime virulentum. Idem Rangus de prud. eccl. p. 316 seq. refert, in Suetia prohibitam esse editionem consiliorum Irenicorum. Meam sententiam de unione protestantium, & de impedimentis ejus pruden-
 ter removendis aperui in Histor. content. p. 677, usque ad finem.



*De Janse-
nistis.*

25. De Janfenistis Leidekkeri historia Janfenismi, Jurisæi l'Esprit de Monf. Arnauld, vita Arnoldi &c. & omnino Bibl. univers. Tom. 14. pag. 144--398.

*De Quietis-
simo.*

26. De Quietismo (qui Leidekkero ex Janfenismi doctrina ortus videtur lib. 3. de vita Janfenii cap. 7.) Burnets *Reise-Beschreibung durch Italien* Part. 2.

*De Labadi-
simo.*

27. De Labadismo Pantheum Enthusiasticum Tom. 2. le depart apostatique de Labadie hors des Provinces unies, de Labadie Arivee Apostolique aux Eglises, Reunion de Christianisme, Reformation de l'Eglise par le Pastorat, & alii tractatus: Labadii & aliorum solennis fidei confessio, Schurmanniæ melioris partis electio, Partes duæ, Brounii ad Schurmanniam epistola de Sabbatho, Yvonis essentia Religionis Christianæ patefacta & alia scripta: Premiere Apologie pour Monf. de Labadie, Traité de Saison Ecclesiastique, touchant les affaires de Labadie &c.

*De Peyre-
rio.*

28. De Peyrerii doctrina de Præadamitis: Ejus Præadamitæ, Apologie de Peyrere a Paris 1663. Isacii Peyrerii epistola, qua exponit rationes, propter quas ejuraverit sectam Calvinii & librum de Præadamitis, &c. Vide supra cap. 4. §. 12.

*De Spinosi-
simo.*

29. De Spinosisimo; Spinosa opera posthuma, Ejusdem tractatus Theologico Politicus, Cuperi & Reyneri a Mansvelt adversus hunc tractatum, Petri Poiret cogitationes rationales de Deo, anima & malo, Christoph Wittichii Anti-Spinosa, la vie de Spi-

Spinoza par Colerus, Specimen artis ratiocinandi &c. (14)

30. De Antonia Bourignon: Hujus opuscula, *De Bourignon.* Vita ab ipsamet & Poireto scripta, Hujus & collectorum actorum Lipsiensium collisiones circa Bourignonæ vitam & doctrinam, Poireti de eruditione triplici nova editio, cui alii tractatus huc pertinentes juncti, Variorum opusculorum mysticorum sub tit. Theologie du cœur, d' amour &c. collectiones, Ejusd. de fide & ratione adversus Lookium &c.

31. Et illud observationem meretur, sectas ex *Secte inter* mystica Theologia aut certe ex ejus abusu ortas et *ipfos Pseu-* iam solere inter se acriter disputare ac prope se mutuo *do mysticos.* hæretificare.

Ita notum est, ipsos Quakeros schismata inter se fovere, ut ex Cræsi historia constat. Ita Labadista Yvon scripsit contra Bourignoniam, ita & Benjamin Furlly Quakerus contra Bourignoniam, hæc contra Quakeros scripta ediderunt.

(14) Hujus Speciminis autor Kufferus Medicus. Extat etiam in de la Croze entretiens sur divers sujets p. 250. dissertatio de Azbrifino & de arbeiis nostri temporis, ubi in specie de Jordano Bruno p. 284. seq. de Lucio Vanini p. 335. seq. de Campanella p. 379. seq. de Bonifacio 8. Papa p. 389. de Mattheo Knutzen p. 400. seq. de Casimiro Liszynsky p. 418. seq. multa notabilia adducit, eosque omnes atque accenset. Sed it-

la opinio meretur ulterius examen. Ut enim de Campanella Bruno & Liszynsky, hic nihil dicam, notum est, Vaninum ab aliis, etiam Theologis, fuisse non sine verosimilitudine defensum. Idem Autor in vindiciis veterum Scriptorum contra Harduinum p. 61. etiam nonnulla refert de Mose Germano, qui a Christiana religione ad Judaicam transierat.

CAP.

CAP. XVII,

De

Cautelis circa doctrinam de jure
summarum Potestatum circa Sacra.

SUMMARI A.

Usus cautelarum hactenus traditarum in capite presente. §. I. Defectus genuina historia controversa inter regnum & Sacerdotium. §. II. Defectus eorum, qui jura regni contra sacerdotium defenderunt. §. III. Doctrina eorum communes, §. IV. tam eorum, qui ante reformationem scripserunt, §. V. quam qui post reformationem, tam Pontificiorum, §. VI. possimum intuitu distinctionis circa interna & externa ecclesia, §. VII. quam Protestantium. Fata mira defensorum regni, §. II. X. Ob reliquias Papatus. §. IX. Hereses Politica. §. X. Fata Erasii. §. XI. Scriptorum in Belgio, jura Majestatis circa sacra vindicantium, §. XII. Item in Anglia. §. XIII. Pufendorffii scripta huc facientia. §. XIV. Prudentia ab eo adhibita. §. XV. Defectus horum scriptorum. §. XVI. Scriptorum nostrorum prima classis. §. XVII. Secunda. §. XVIII. Tertia. §. XIX. Quarta. §. XX. Quinta. §. XXI. Non negligenda jura principum non Christianorum, §. XXII. Religio Christiana non opponenda juri natura. §. XXIII. Distinctionis inter externa & interna Ecclesie inanis. §. XXIV. Character vera pietatis. §. XXV. Onus probandi relinquendum adversariis. §. XXVI. Responsio generalis ad eorum argumenta. §. XXVII. Speciales. §. XXVIII. De statu reipublica Mosaica. §. XXIX. De exemplis. §. XXX. De sensu dictorum Scripturae. §. XXXI. Etiam ex nostra parte dubio. §. XXXII. De seponendo odio

mi-

ministrorum Ecclesie. §. XXXIII. Officium Principis circa sacra. §. XXXIV. Ut floreat vera religio & pietas. §. XXXV. Ut ritus temperentur. §. XXXVI. Legibus pœnalibus pietatem non stabiliri. §. XXXVII. Non jubere Deum, ut turbetur quies externa. §. XXXIIX. Prudentia opus esse. §. XXXIX. Cavendi libri de falsa prudentia ecclesiastica. §. XL. Cautela veræ prudentiæ. §. XLI. De falsa promotione gloria Dei. §. XLII. De persecutione errantium. §. XLIII. De errore blasphemico & hæretico. §. XLIV. De persecutione per indirectum. §. XLV. De fabrica novarum formularum. §. XLVI. De excommunicatione. §. XLVII. revocatione. §. XLIIX. synodis & conciliis. §. XLIX. colloquiis dissentientium. §. L. juramenti religionis. §. LI. Media apta. §. LII. Amnestia & silentium. §. LIII. Tolerantia. §. LIV. tolerantiam docentium. §. LV. Emigratio. §. LVI. Pœnæ turbantium statum. §. LVII. Tolerantia coacta. §. LIIIX. etiam superstitionis. §. LIX. Remedia optima adversus eam. §. LX. Succurrendum indigentia Ministrorum Ecclesie. §. LXI.

I.

HActenus recensitas cautelas circa studium historiæ ecclesiasticæ si quis observet attente, accipiet clavem penetrandi arcana historiæ de controversia inter Sacerdotium & Imperium & aperiendi cognitionem principiorum genuinorum de jure summarum potestatum circa sacra (*).

Ufus cautelarum hætenus traditarum in capite præsentè.

2. Historiam contentionis inter Regnum & Sacerdotium qui accurate scripserit, non succurrit (a). *Defectus genuinæ bicom-*

(*) *Quæ in hoc capite prioribus quinque paragraphis summarium dicta sunt, ea prolixè exposui in Historia contentionis inter imperium & sacerdotium & in Appendicis (Caut, Eccles.)*

capite secundo. Ad reliquos paragraphos hujus capituli commentatus sum in Appendicis cap. 1. a p. 306. ad p. 502. Unde non opus erit hic quicquam addere,

*storia con-
troverſa
inter re-
gnum & Sa-
cerdotium.*

Communitè origo hujus contentiōnis poni ſolet in temporibus Henrici IV. Imperatoris, & ejus lite cum Pontifice ſuper electiōne & inveſtitura Episcoporum. Fons autem aberrationis quæritur in temporibus Phocæ & ibi indulta præ eminentia Pontifici Romano. Sed hætenus dicta ostendent, originem contentiōnis jam in ſeculo V. quærendam eſſe (b), & fontem aberrationis in ſeculo ſecundo & ſequentibus (c).

(a) Summas ejus lineas dedit Illuſtr. Cœccejus *Jurispubl. prudentia ſect. 1, cap. 18*. Eam intenderunt etiam Mor-næus *in myſterio iniquitatis*, Heidegger, *in hiſtoria Papæ-patus*, Schilter, *de libertate Eccleſ. German.* (b) *vid. cap. 13, n. 10. & c. 14, n. 1, 2, 14, 15, 16, cap. 15, n. 4, 5, 6, & 12.* (c) *vid. cap. 9, n. 12, ſeq. c. 11, n. 8, 9, 12. & potiſſim. 41, cap. 12, n. 7, 10, 13, cap. 13, n. 2--9.*

*Deſectus eo-
rum, qui
jura Regni
contra Sa-
cerdotium
defende-
runt.*

3. Cum vero in formanda hiſtoria contentiōnis Regni & Sacerdotii illa præjudicia fuerint commiſſa, non mirandum etiam, quod eadem pepererint alios errores in doctrina de jure Principis circa Sacra (a) & quod illi, qui jura Regni contra Sacerdotium defenderunt, ſaltem contenti fuerint, ſi Papam ſubjicerent Episcopis & conciliis, non vero ſolliciti valde fuerint de ſtabiliendo Imperio contra ambitionem Episcopalem.

(a) *Conf. cap. 3, n. 14.*

*Doctrina
eorum com-
munes.*

4. Unde fere iſtæ hypotheſes defenſorum Regni communes ſunt: Regimen eccleſiaſticum debere eſſe ariſtocraticum, non monarchicum, aut ſi maxime monarchicum Papæ non plane ſit abrogandum, in eo tamen fere conveniunt, quod regimen eccle-

clesiasticum in republica sit quidem distinctum & separatum a regimine seculari, sed maxime opera danda sit, ut hæc duo regimina constanti concordia uniantur. Id vero commodissime fieri posse distinctione inter potestatem circa externa & interna Ecclesiæ, ita ut illa intacta maneant Principi, hæc vero illibata retineant Episcopi vel Papa: atque huc respicere dictum Christi: date Cæsari, quæ sunt Cæsaris, & Deo, quæ sunt Dei.

5. Atque in his principiis tanquam in centro conveniunt, quotquot jam ante Reformationem jura Regni defenderunt adversus Papam.

Tam eorum, qui ante Reformationem scripserunt.

Hos collegit Goldastus in *Monarchia Imperii Tom. 1. & 2. add. Polis. imper. Part. 23.*

6. Post Reformationem equidem non mirandum, quod scriptores Pontificii jura Regni defendentes non ulterius processerint, partim, quia Papæ eminentiam, & quod suo modo sit caput Ecclesiæ agnoverunt & agnoscunt, partim quia Papa cautior esse cœpit, post Reformationem valde dissimulans fulmina excommunicationum, aut certe temperans.

Quam quidem post Reformationem, tam Pontificiorum.

Huc pertinent autores aliquot in *sine Tom. 1. Goldasti de Monarchia Imperii & totus Tom. 3. Marci Antonii de Dominis de Republ. ecclesiastica. Edmundi Richerii de ecclesiastica & politica potestate nova editio. Petrus de Marca de concordia Imperii & sacerdotii aliique, quos passim citat & referre vult autor tractatus de libertatibus Ecclesiæ Gallicana editus Leodii 1684. conf. sup. cap. 9. n. 12.*

7. Fateor equidem aliquot ex memoratis autoribus, qui scripserunt post Reformationem, præ-

Potissimum intuitu divisionis

circa interna & externa ecclesie. eunte potissimum Marco Antonio de Dominis (a), Regimen Ecclesiæ Aristocraticum valde inculcasse Papæ (b), sed tamen illa duplex potestas in una Republica, secularis & ecclesiastica, & distinctio potestatis circa interna & externa Ecclesiæ firmiter retenta fuit.

(a) De quo vid. Arnold. *lib. 17. cap. 3. §. 20.* Leti in *Theatro Britann. Part. 4. pag. 361-437.* ex epistola quadam Bocalini refert multa ad vitam M. A. de Dominis pertinentia. (b) Sequitur hanc hypothesin Richerius eoque etiam inclinatur Petrus de Marca.

Quam Protestantium. Fata mira defensorum regni.

8. Mirandum potius esset, cur apud Protestantes post Reformationem ista præjudicia non fuerint emendata, sed adhuc hodie regnent, imo cur post Reformationem pauci ex eruditissimis, qui falsitatem illorum præjudiciorum ostendere laborarunt & ad oculum demonstrarunt, fuerint fere ut hæretici & turbatores Rerum publicarum ab adversariis traducti & ab ipsis Principibus derelicti.

Ob reliquias Papatus.

9. Scilicet id ad reliquias Papatus referendum est, & ad persuasionem inanem, ac si interesse ministrorum Ecclesiæ subsistere non possit sine istis præjudiciis.

Hæreses politica.

10. Nam quod Papatum attinet, jam seculo duodecimo & decimo tertio defensores jurium Majestatis contra Papam & Clerum, etsi in Religione nil mutarent, ut hæretici condemnati a Papa & Clero, ac nomine hæreticorum politicorum insigniti, atque a Principibus & ipsis Cæsaribus parum laudabiliter derelicti sunt.

Vid. Arnold. *lib. 12. cap. 5. §. 2-8.* & *lib. 13. cap. 5. §. 5.* Cf. Her-

Hertium in *Element. civil. Prudent. in Pedia* §. 4. p. 6. Adde de Arnoldo Brixienti *Einleitung zur Römischen und Deutschen Historie. p. 818. & 821.* Miror quod nemo hætenus responderit Antonii Fabri calumniis adversus Protestantes de hæresi politica in *Codice Sabaudico ad lib. 1. tit. 1.*

11. Idem fatum habuit post Reformationem *Fata Erasmi* in Germania post medium seculi decimi sexti Heidelbergæ Thomas Erastus, introductioni excommunicationis, consentientibus quamvis Theologis Tigurinis, se opponens, unde & hodiernum qui jura Principum hac parte tueri volunt, Erastiani vocantur & tanquam hæretici traducuntur.

Erasti & Erastianorum nomen in multis scriptis invenitur, multi illos refutant, sed pauci historiam controversiæ sciunt, pauci Erasti scripta legerunt, unde supplevi hos defectus in *not. ad Huber. de jure civit. lib. 1. sect. 5.*

12. In Belgio initio seculi decimi septimi occasione controversiæ Arminianæ etiam tentata fuit emendatio illorum præjudiciorum ab Arminianis, (quos videlicet contra ministros Ecclesiæ partis adversæ protegebant Ordines Politici,) jura summarum Potestatum in Sacris strenue vindicantibus. Sed cum Princeps Mauritius e re sua esse putaret, partibus Contra-Remonstrantium favere, & postea Arminiani in Synodo Dordracena damnarentur, simul & illa doctrina sana de jure summarum Potestatum ut hæresis politica fuit suppressa.

Huc pertinent Vytenbogarti, Wallæi, Grotii, Vedeliæ, Revii,

Revii, Appollonii & ejus adversarii scripta supra indicata *cap. 1. n. 9.*

Item in Anglia.

13. In Anglia orto diffidio inter Presbyterianos & Episcopales, quidam nimis in alterum extremum prolapsi, iracundius Clero vitia exprobrantes, novis sectis Brounistarum & Independentium, utque Clerus illos valde persequeretur, occasionem dederunt (a). Noviores tamen ex Independentibus saltem id intenderunt, ut vindicaretur Principibus Regimen ecclesiasticum (b), & dissentientes, qui moderatiores sunt, etiam de Ludovico Molinæo, acerrimo potestatis politicæ vindice, honorificam faciunt mentionem, etsi nihilominus fatendum sit, aliis artibus Ludovici Molinæi libros esse suppressos & rarissimos (c), ut adeo a vide expectet eruditus orbis, quale fatum sit habiturus libellus, qui nuper in Anglia prodit sub tit: *The Rights of the Christian Church &c.* & qui intendit probare, quod duplex potestas in una Republica involvat contradictionem politicam, & quod ex independentia potestatis ecclesiasticæ necessario sequantur infinitæ turbæ in Republica (d).

(a) Vid. Hoornbeck *summam controversiarum in cap. de Brounistis. Hornii hist. eccles. p. m. 393. & multis seqq.* (b) Leideck, *ad Hornii hist. eccl. p. 429.* Independentissimi finis est politica Ecclesiæ gubernatio. (c) v. Hoornbeck *summ. controv. p. 785 seq.* Libri Ludov. Molinæi jam supra indicati. vid. *c. 1. n. 9.* Excerptimus quædam ex ejus Parænesi *ad Huber. de jure civitatis lib. 1. Sect. 5.* (d) *Summam libelli & judicium de eo vid. apud Clericum Biblioth. Selectæ Tom. 10. p. 305.*

14. Sed

14. Sed is autor quisquis sit, videtur multa debere Pufendorffio; huic enim uti Jurisprudencia universalis debet ob diligentem culturam Jurisprudenciæ naturalis, a Grotio in lucem protractæ, ita & Jurisprudencia ecclesiastica peculiariter ab ipso emendari cœpit, cum non solum in discursu de Monarchia Papali (a) ostenderit inconvenientias ex duplici potestate, seculari altera, altera ecclesiastica (b) in Republica oriundas, sed & postea in secundis meditationibus (c) monstraverit inutilitatem quæstionis, utrum Ecclesia debeat regi monarchice an aristocratice, an democratice, ideo quod falso supponatur, quod Ecclesia sit status in statu, cum tamen Ecclesia sit societas in Republica tanquam unico statu.

*Pufendorffii
scripta huc
facientia.*

(a) §. 5. seq. (b) Jureconsultos enim communiter etiam in ea hypothese aberrasse in aperto est: Huc pertinet Reinkingii *Liber de Regimine seculari & ecclesiastico*. (c) *Tract. de habitu Religion. ad Rempubl.*

15. Etsi vero hæc ejus doctrina maxime destruat reliquias Papatus politici in Rebus publicis Protestantibus, non tamen se opposuerunt huic scripto illi, quorum intererat arcana illa non detegi studiosis juris, quia Pufendorffius eam cautelam adhibuerat, ut disputationem suam directe opposuerit Pontificiis, ac diserte non impugnaverit errores Nostratum.

*Prudentia
ab eo adhibita.*

16. Sed ut commune est omnibus, qui primo errores corrigunt, ut non omnia videant, ita & Pufendorffius in utroque tractatu quædam docuit, quæ ulteriorem discussionem mereri videbantur.

*Defectus
horum scriptorum.*

Potissi-

Potissimum quod Jura summarum Potestatum in genere respectu religionis in utroque tractatu nimis superficialiter tractaverit, ac statim ad Principem Christianum & Religionem Christianam fuerit dilapsus : quod in doctrina de excommunicatione, de potestate clavium, de usu conciliorum multa ut bona admitterit, aut indifferentia, sub quibus tamen æque latent arcana politicæ Papalis : quod principia generalia non satis sufficienter applicaverit ad conclusiones omnes, quæ inde deduci possent. &c.

*Scriptorum
nostrorum
prima clas-
sis.*

17. Unde & nos tentavimus errores communes de jure Principis circa sacra aggredi, quamvis id pededentim factum fuerit. Initio anno 1692. in lectionibus publicis occasione scripti Pufendorffiani doctrinâ Pufendorffii fuit partim explicata, partim confirmata, partim ostensum fuit, ubi eadem emendationem aut secundas curas mereretur. Ex istis doctrinis Dn. Brenneisenius dissertationem inauguralem de jure Principis circa adiaphora conscripsit, cui postquam D. Carpzovius Lipsiæ opposuerat dissertationem de jure Principis decidendi controversias Theologicas, additæ sunt a me in ejus cursoria perlectione notæ extemporaneæ, quæ jam etiam typis impressæ prostant. Post harum communicationem edidit Brenneisenius tractatum Germanicum de eadem materia a Stolzio bis oppugnatum, sed semel ita defensum, ut secunda responsione erga Stolzium non videretur opus.

Secunda.

18. Postea 1699. proposui in dissertatione publica vindicias juris Majestatici circa sacra, easque sequenti anno 1700. in lectionibus publicis adversus autorem

torem Apologiæ juris Ecclesiæ defendi. Quas lectiones cum ipsa Apologia & vindictis in idiomate Germanico edidit Zeidlerus anno 1702.

19. Ut taceam dissertationes de crimine hæreseos, de jure Principis Evangelici circa hæreticos, it. circa solennia sepulturæ, observationes selectas Hallenses ex lectionibus publicis ad leg. 1. & 2. Cod. de SS. Trinitate, ut & Responsum super quæstione: an Princeps Evangelicus possit a Ministris Ecclesiæ arceri a S. Cœna ante septennium editum, it. annotationes ad Huberum de jure civit. lib. 1. Sect. 5. *Tertia.*

20. Dictavi etiam in calumum anno 1695. in lectionibus publicis positiones de jure Principis circa sacra, in quibus subinde tentavi emendare & supple- *Quarta.*
re doctrinam Pufendorffianam. Sed & hæ tamen secundas curas desiderant.

21. Hic saltim cautelas & observationes proponemus ad quas in talibus curis utroque oculo sit respiciendum. *Quinta.*

22. Ergo cavendum erit, ut ante omnia ex principiis rectæ rationis consideretur jus Principis cujusvis, sive Christiani, sive etiam ethnici circa religionem. *Non negligenda jura Principum non Christianorum.*

Observavit id Huber. *d. l.* Pufendorffius adeo hic notandum est, qui nonnunquam Christianis Principibus hic plus tribuit, quam Ethnicis. *Religio Christiana non opponenda juris ut natura.*

23. Deinde firmiter tenendum est, religionem Christianam non repugnare in hoc doctrinæ capite Juri naturali. *Religio Christiana non opponenda juris ut natura.*
Vacillat hic valde Huberus, qui jus naturæ & divinum
(*Cont. Eccles.*) *K k* ut natura.

ut diversa considerat & tamen, ut ibi notavimus, non potest exemplum dare, ubi præcepta Christiana hic repugnent juri naturæ, aut peculiare quid præcipiant.

Distinctio inter externa & interna Ecclesia inanis.

24. Cavendum porro, ne putemus, difficultates hujus doctrinæ evitari posse, quamdiu retinetur distinctio inter jus circa externa & interna Ecclesiæ.

Tractavit ea de re jam Brenneisenius in tractatu *Germ. de jure Princip. Evangelici in controuv. Theolog.* & latius ostendimus *ad Huberum.*

Character vera pietatis.

25. Cavendum porro est, ne quæramus veram pietatem & religionem erga Deum magis in speculationibus mysteriorum, quam in obedientia erga ejus præcepta universalia.

Secundum doctrinam Gregorii Nazianzeni *oratione 2. ad Nazianzenses f. m. 26. Pietas, sunt verba interpretis, nequaquam in eo consistit, ut sapius loquamini de Deo, sed illam magis in taciturnitate esse ponimus, si quidem hominum lingua lubrica est, præcipue cum haud ratione gubernatur. Sc. Vos vero pauca verbis, multa vero operibus pie agite; ac potius legem observetis, quam ut legislatorem admirationi habeatis, quo amorem vestrum erga illum ostendatis.* Imo secundum doctrinam ipsius Salvatoris & Domini nostri, ut Brenneisenius latius docuit in responsione contra Stolzium.

Onus probandi relinquendum adversariis.

26. Cavendum erit, ne quoad jura Principis circa sacra onus probationis in nos suscipiamus, sed id relinquamus adversariis. Nitimur enim regula, ipsi fundant se in exceptione.

Summa potestas est, quæ potest omnia, quæ non repugnant rectæ rationi. Ergo cum adversarii (ex Stratibus) fateantur, multa Principem posse circa Sa-
cra,

cra, sed quædam tamen non posse simul statuam, urgendi sunt, ut probent istas exceptiones.

27. Atque adeo ante omnia postulanda sunt ab iis argumenta ex dictamine rationis rectæ, quod si id facere non possint, sufficiet ad dicta scripturæ generalis responsio: Scripturam non contradicere rectæ rationi, neque in hac quæstione eidem aliquid superaddere.

Responsio generalis ad eorum argumenta.

28. Speciales responsiones etiam non deficient, sed hæ infinitæ esse possunt. Notabimus saltim præcipuas.

Speciales.

29. A statu Reipublicæ Mosaicæ & Israeliticæ ad jus universale non valere consequentiam.

De statu Reip. Mosaicæ.

30. Exempla non probare, sed illustrare.

De exemplis.

31. Sensum verborum scripturæ sacræ propterea non esse indubium, quod Patres secundi, tertii, quarti & quinti seculi ea constanter ita exposuerint (a), imo valde fieri suspectum, si ea expositio repugnet principiis rectæ rationis, si ostendatur palpabiliter, sub illo sensu latere arcana affectati a Clero Papali imperii.

De sensu dictorum scripturæ.

(a) Rationes suppeditabunt plurimas cautelæ cap. 9. 10. 11, 12, 13.

32. Imo etiam si explicatio altera, quæ loca scripturæ in hac quæstione aliter exponit, ac communiter fieri solet, etiam non sit indubia, nobis tamen sufficere, quod saltim ejusmodi responsioné ostensum fuerit, adversarios jurium Majestatis non probasse exceptionem suam.

Etiā ex nostra parte dubio.

Kk 2

Per

Per cautelam n. 26. Sæpe hætenus addidi; *in hac quaestione.* Non enim agimus *de articulo fidei*, aut rebus supernaturalibus, ubi scio, scripturam multa superaddere iectæ rationi, nec facile recedendum esse a doctrina communi; (quamvis posterius etiam non sit plane universale.) Erga hæc verba in posterum etiam semper sunt subintelligenda.

*De seponen-
do odio mi-
nistrorum
Ecclesie.*

33. Sed & maximopere cavendum est, ne jura Principis circa sacra exponamus in odium Ministrorum Ecclesie, sed potius ostendendum est, eos qui jura Principum oppugnant, eo ipso excitare in se odium summarum potestatum aut indignationem, certe eos Ministerio ecclesiastico parum prodesse.

Ostenfum hoc in disputatione *de officio Principis Evangelici circa salaria & honorem Ministerii ecclesiastici.*

*Officium
Principis
circa Sacra.*

34. Ergo doctrinæ de jure Principis circa sacra simul jungenda est doctrina de officio Principis circa sacra.

*Ut floreat
vera religio
& pietas.*

35. Summatim autem officium Principis circa sacra in eo consistit, ut vigeat & floreat in republica vera religio & pietas.

Sed secundum ideam n. 25. ad hanc vero ideam nullæ aptior est religio, quam doctrina Christi pura ex Evangeliiis hausta.

*Ut ritus
temperen-
tur.*

36. Item ut ritus & ceremoniæ externæ in republica nec abundant, nec deficient.

Abundantia facile dat occasionem superstitioni, defectus, carentiæ religionis. Ceremoniis externis opus ob vulgus & plebem, abundantia cavenda ob totum populum.

Legibus pa-

37. Cavendum autem, ne putemus præcepta
amo-

amoris & virtutis ac pietatis in republica stabiliri magis legibus pœnalibus, quam doctrina & exemplo.

Atque hic usum egregium præbet distinctio inter præcepta honesti, justi & decori.

38. Cavendum etiam est, ne circa officium Principis putemus, Deum quid præcipere, quo observato turbetur necessario quies & vera salus reipublicæ in temporalibus.

39. Nec omittenda præcepta prudentiæ, tanquam virtutis directricis tam jurium omnium, quam officiorum.

40. Atque hic cavendum est ante omnia, ne quæramus præcepta prudentiæ ecclesiasticæ in libellis vulgaribus ea de re editis.

V. g. huc pertinent scripta de Prudentia Veteris Ecclesie Nicolai Vedelii, & Conradi Tiburtii Rangonis de Prudentia circa errores & hæreses ecclesiastico-politica. Nam 1. non agunt de prudentia in genere circa sacra, sed in specie circa hæreses. 2. Non exponunt regulas ex ratione deductas, sed formant contra principia prudentiæ regulas ex exemplis (maxime ex spiritu persecutionis deductis in seculo 2. 3. 4. 5. &c.) & ex illis pseudo-regulis iterum judicant de aliis exemplis. 3. Fundamentum omnium illarum regularum est spiritus, non Christi & amoris, sed spiritus persecutionis & hæretificationis. 4. Scopus utriusque scripti est defendere regimen ecclesiasticum Cleri & suppressere jura Principis & politicorum, quanquam modestius scribat Vedelius, & Rango tantum non aperte hostem tolerantæ & politicorum pacifica consilia dantium se prosteatur, &c.

Kk 3

4b CURA

Cautela vera prudentis.

41. Cum autem alibi ostenderimus (a), prudentiæ regulas maxime in cautelis consistere, de iis & hic quædam dicenda erunt.

(a) *De Prudentia consultatoria.*

De falsa promotione gloria Dei.

42. Circa finem caveat Princeps, ne sibi imponi patiat, ac si gloria Dei promoveatur per evidentem turbam quietis publicæ, prætextus enim gloriæ divinæ sæpe fuit pallium quæsitæ a Clero tyrannidis.

Vide illustre exemplum apud Larreum *Tom. 1. generali fol. 380. Layritz vom Pabsthum. p. 601.*

De persecutione errantium.

43. Intuitu mediolorum caveat Princeps a persecutione errantium.

Religio enim nec debet, nec potest cogi.

De errore blasphemico & hæretico.

44. Caveat, ne sibi imponi patiat per distinctionem inter errorem blasphemum & mere hæreticum.

Vide, quæ ea de re notavi ad Huber, *lib. 1, Sect. 5. de jure civit. Lege acta primorum Conciliorum*, ubi observabis, fere semper clamatum esse de erroribus blasphemis. Nota etiam sunt scripta virulenta contra Reformatos, in quibus hi etiam blasphemix falso accusati sunt.

De persecutione errantium.

45. Caveat ergo, ne putet ejusmodi remediis pacem quæri posse, per quæ etiam per indirectum intenditur persecutio errantium, etiam pacifice viventium.

Vide elegantem locum in Clerici *Bibliothèque Choise Tom. 10. p. 331.* quod doctrina persecutionis sit crimen maximum.

De fabrica novarum formularum.

46. Ergo caveat, ne pacem quærat per fabricam novarum formularum.

Huc

Huc pertinet maxime Hospiniani Concordia discors, & quilibet videt, per ejusmodi formulas quæri perfecutionem errantium.

47. Aut per excommunicationem errantium. *De excommunicatione.*
 Nam hæc est directa perfecutio. Imo potestas excommunicandi Clero indulta est fere unicum & potissimum fulcrum extorti Principibus Clero imperii circa sacra. Quod ipse Huberus, excommunicationem tamen defendens, agnoscit *dicta Sect. 5.*

48. Aut per revocationem errantium metu extor- *Revocatione.*
 tam.

Quia hæc fit metu perfecutionis, nec sincera est, & ideo extorquetur per persequentes, ut postea eo meliorem prætextum persequendi habeant.

49. Aut per synodos & concilia. *Synodis & Conciliis.*
 Quia horum scopus est excommunicare & formulas præscribere.

50. Aut per colloquia dissentientium. *Colloquiis dissentientium.*
 Quia hæc sunt frustranea, ut patet per inductionem. vid. Arnold. *Secul. 16. 17. in capp. de colloquiis.*

51. Aut per juramenta religionis. *Juramentis religionis.*
 Nam & hæc tendunt ad perfecutionem & faciunt hypocritas. Quæ verò Königius in casibus conscientiarum contra disputat, evidenter respiciunt odium Reformatorum.

52. Contra caveat Princeps, ne sibi imponi patiat- *Media apta.*
 ur a persecutoribus, ac si media evidenter apta sint illicita.

Nam Religio vera non repugnat juri naturæ aut dictamini rectæ rationis, ut jam supra dictum.

53. Ut: Amnestia & silentium utrique parti *Amnestia & silentium.*
 impo-

impositum, aut saltem prohibitæ mutæ hæretificationes.

Valde quidem displicent hæc remedia Rangoni *Part. 1. de prudentia Ecclesiæ cap. 6. & Parte 2. cap. 5. seq.* Sed ex quo spiritu ista nata sint, facile apparebit ei, cui notæ sunt ea de re controversiæ Marchicæ superioris seculi de moderatione Elenchi. Eventus declaravit, quam prudenter talia media frustra reclamantibus persecutoribus adhibeantur.

Tolerantia.

54. Uno verbo tolerantia errantium, salva tamen doctrina veritatis.

Tolerantiam docentium,

55. Modo tamen errantes ipsi tolerantiam doceant.

Unde tolerari haud dubie non possunt prudenter Pontificii, quorum primum quasi principium est, non tolerare errantes sive dissentientes.

Emigratio.

56. Quod si non doceant (a), emigrare jubeantur, sed bonis conditionibus (b),

(a) Unde facile patet, quid mereantur illi, qui exemplo Augustini, quamdiu persecutionem patiuntur, tolerantiam persecutoribus inculcant, tolerantiam vero consecuti & patientiam, persecutionis doctrinam suscipiunt & prædicant. (b) Unde caveat Princeps, ne emigrationem confundat cum exilii & relegationis poena.

Pœna turbantium statum.

57. Quod si alio modo evidenter statum turbent, puniri insuper possunt ut turbatores.

Exemplo Anabaptistarum Monasteriensium. Dico: *evidenter.* Unde caveat Princeps, ne pro turbatione status habeat errores ipsos, etsi forte indirecte aut indirecte ad turbationem status tendant. Ita optandum esset,

esset, si saltem per emigrationem possit Respublica purgari a doctrinis Jesuiticis, Nec cordato probari potest consilium Philippi Melanchthonis adversus Anabaptistas relatum in der Historie der Weisheit und Thorheit.

58. Sed tamen & hi tolerandi, si per usum juris *Tolerantia* sui Princeps evidenter turbet quietem publicam, v.g. *coacta.* ob potentiam dissentientium.

59. Quæ cautela maxime locum habet, ne tol- *Etiā su-* lantur violenter ceremoniæ superstitiosæ. *perstitionis.*

Utinam eam observasset Fridericus Palatinus in Bohemia & Christianus I. in Saxonia.

60. Qua in causa optima cautela est, curare, ut *Remedia* populus sermonibus placidis & rationalibus de super- *optima ad-* stitione ceremoniarum convincatur, & libertas per- *versus eam* mittatur cœtui errantium iis utendi & non utendi.

61. Maximopere vero prospiciendum erit Mi- *Succurren-* nistris Ecclesiæ, ne amittant alimenta per sublatio- *dum indi-* nem ejusmodi ceremoniarum. *gentia Mi-* *nistrorum* *Ecclesie.*

C A P. XIIII.

De

Origine juris Canonici.

S U M M A R I A.

Scopus dicendorum de origine & progressu juris Canonici. §. I. Jus circa sacra, regale præcipuum. Majestas biceps monstrum politicum. §. II. Leges, magistratus, judicia circa sacra. §. III. Reges & Sacerdotes, horumq; inter se relatio. §. IV. in specie in Republica Judaica. §. V. Legum sacrarum obje- (Caus, Ecclesi.)

L I

Etum,

Etum, cultus externus. §. VI. Nequaquam vero conceptus de natura divina. §. VII. Libertas sentiendi Philosophorum Græcorum de natura divina. §. IIX. Sacerdotum Græcorum artes contra banc libertatem. §. IX. Nulla tamen formula apud Græcos de natura Deorum. §. X. Excommunicationum apud paganos causa. §. XI. Nulla formula fidei theoretica apud Judæos. §. XII. Justitia Dei non metienda ex regulis justitiæ humanæ. §. XIII. Formula catechetica Rabbînorum. §. XIV. Excommunicationis Judaicæ ortus & objectum. §. XV. Christus Doctor veritatis, non legislator, §. XVI. legem Mosaicam implevit, & ad usus magis spirituales ritus Mosaicos transtulit, §. XVII. nullam formulam, vim legis pænalis habentem sanciens, §. XVIII. quod nec Apostoli fecerunt. §. XIX. Hæreticorum primorum mentio. §. XX. Modus eos refutandi Apostolicus. §. XXI. Primitiæ degenerantis Christianismi in seculo statim primo & secundo, etiam apud orthodoxos, §. XXII. per spiritum hæresificationis & persecutionis fratrum, §. XXIII. Sub Constantino & postea Principes brachia potestatis spiritualis effecti, §. XXIV. per ambitionem, se in animis Episcoporum sub larva pietatis & zeli divini insinuantem, §. XXV. atque accedente aliorum astutia etiam sagacissimos principes decipientem, §. XXVI. Astutia occultandi quasitum imperium sub falso nomine canonum, dogmatum, audientia, §. XXVII. Canones & decreta jam sub Constantino M. acceperunt vim legum Politicarum. §. XXVIII. Definitio juris Canonici intuitu originis & finis, §. XXIX. contra sententiam communem, etiam Jctorum protestantium. §. XXX. Conveniens tamen cum testimonio paucorum veritatis testium, §. XXXI. & novissime Gebh. Theod. Meieri. §. XXXII. Falsa persuasio Laicorum in seculo quinto, Apostolos condidisse constitutiones, canones, symbola. §. XXXIII. Comparatio communis conciliorum cum concilio

Hic-

Hierosolymitano. §. XXXIV. Sed falsa, cum circumstantia concilii Hierosolymitani præcipua, §. XXXV. plane aliter & oppositè se habeant in conciliis reliquis, §. XXXVI. etiam tertii & quarti seculi. §. XXXVII. Symbolum Pseudo-Apostolicum. §. XXXIIX. Similes constitutiones & Canones Apostolorum. §. XXXIX.

I.

DE origine & progressu juris Canonici, etsi fusc ac non inerudite post alios paucos (a) scripserit Gerhardus Mastricht (b), ut tamen uno intuitu juris studiosus historiam juris Canonici nosse possit, juvabit rem in summam contrahere, sed originem paulo altius & ex solidis principiis repetere.

Scopus dicendorum de origine & progressu juris Canonici.

(a) Joh. Strauch. *de origine, libris, & autoritate juris Canonici.* Casp. Ziegl. *de orig. & autor. juris Canon.* Gebh. Theod. Meieri *historica relatio de collect. can. &c.* (b) Ante aliquot annos hic cum præfatione nostra iterum impressa.

2. Jus circa sacra est inter præcipua regalia præcipuum (a), adeoque a reliquis summæ potestatis particulis non potest sine hujus maximo periculo divelli. Et monstrum est, in Politicis sibi concipere duas summas potestates, quarum altera dirigat officia civium erga homines, altera officia erga Deum. Sed necesse est, ut vel illa huic, vel hæc illi subsit, & ad eo illa, quæ subest alteri, saltem titulum summæ potestatis mentiatur.

Jus circa sacra regale præcipuum. Majestas biceps monstrum politicum.

(a) Seckend. in *Fürsten-Staat.* Nostra scripta de jure Principis circa sacra.

3. Eadem monenda sunt de legibus, magistrati-

*Magistratus,
iudicia cir-
ca sacra.*

stratibus & iudiciis circa sacra. Uti enim summa potestas in negotiis civilibus se potissimum exerit, promulgatione legum, constitutione magistratuum & administratione iustitiæ; ita & summa potestas circa sacra ordinationes suas promulgat, & personas eligit, quibus demandetur officium cultus sacri, & his personis, quæ in sacris constitutæ sunt, certos & peculiare iudices, qui tamén summæ potestati subsint, assignat.

*Reges & Sa-
cerdotes.
Horumque
inter se re-
latio.*

4. Igitur apud omnes gentes, vel Reges ipsi cultum sacrorum ordinarunt (a), & ei vel ipsi præferunt, vel sibi charissimos & addictissimos ei præferunt; vel si apud sacerdotes alicubi fuit potestas a civili non dependens (b), id simul fuit observatum, quod tum revera summa potestas apud sacerdotes fuerit, etsi, qui potestatem civilem administrarent, inane Regum nomen gererent.

(a) Ut Romulus, Numa Pompilius, ipsi Imperatores Christiani, usque ad Gratianum (1). (b) Ut apud antiquos Germanos. (2)

*In specie in
Rep. Judai-
ca.*

5. In republica Israelitica Deus initio per Moysen, populi principem, leges etiam in sacris promulgabat, & Moysi semper Aaron suberat. Postea Theocratia magis per Sacerdotes exercebatur, donec Israelitæ Regem peterent. Regibus tamen Judaicis nunquam absoluta potestas fuit, etsi alio tempore major vel

(1) De Romulo & Numa Pompilio vid. de Dionysio Halicarnasseo. De imperatoribus Christianis Jacobi Gotofredi &

Bosii dissertationes de Pontificatu maximo. (2) vid. Tacitus de moribus Germanorum c. 7, n. 2, & cap. 11, n. 5.

vel minor, prout Sacerdotibus majorem vel minorem potestatem relinquebant.

In eo consentiunt Dd. Reges Judæorum subjectos fuisse legibus Mosaicis, in hoc dissentiunt, an potuerint in Synedrio accusari & plagis Synedrii subjecti fuerint. Vide disert. Spenceri de *Theocratia*, Schickardi *jus Regium cap. 2. theorem. 7. cum notis* Carpzovii. Non negligenda est etiam observatio, quomodo Theocratia per gradus desierit, quam tradit Spencerus *d. l. Sigonius l. 1. de Republ. Hebr.* ex Josepho docet, a Mose introductam fuisse rempublicam Aristocraticam. Hæ sententiæ vero omnes supponunt Synedrium a Mose esse institutum, quam tamen sententiam refutavit Clericus peculiari dissertatione adjuncta commentario Ejusd. in libros Josuæ & reliquos historicos V. T. (3).

6. Ceterum apud omnes Gentes leges circa *Legum sacrarum ob-*
sacra respexerunt cultum externum, quia actiones *jectum cul-*
externæ sunt objectum legum humanarum, non in- *tus exter-*
ternæ, neque intellectus, neque voluntatis. *nus.*

7. Et cum præterea omnes Gentes cognoverint, Dei tanquam entis infiniti essentiam intellectu non posse comprehendere (a), præterea etiam umbras conceptuum, quas facile variantes format sibi intellectus humanus de ente incomprehensibili, per se (b) non turbare, aut promovere emendationem voluntatis, aut quietem reipublicæ, hinc vel liberam reli- *Nequaquam vero conceptus de natura divina.*
que-

L 1 3

(3) Clericus statuit, Synedrium nec sub Mose fuisse, nec sub Regibus Judaicis, nec sub Regibus Persarum, sed deum sub Se- leucidis incepisse. De statu Judæorum sub Alexandri Magni successoribus vide Capellum in compend. Histor. Jud.

quere Philosophis doctrinam de natura Dei, vel ex magna reverentia & prudentia putarunt, disputationes de essentia divina esse noxias aut inutiles, & ita melius esse, ut ab iis plane abstinenceatur (c), vel certe ex erroneo etiam conceptu de divinitate non fecerunt crimen, quod legibus pœnalibus coercerent.

(a) Unde nec apud Gentes Sacerdotum officium in eo constitit, ut populum docerent naturam divinam, sed in dirigendo cultu externo. Imo omnes Gentilium Sacerdotes doctrinam de Deo tractabant tanquam mysterium. (b) Dico per se. Unde nolo sententias quasvis de natura divina in republica debere esse permittas, v. g. quæ pugnânt cum idea summæ perfectionis & bonitatis divinæ, ac homines irritant ad vitia. Sed in ejusmodi doctrinis magis peccarunt sacerdotes Gentilium quam Philosophi. (c) Unde Judæi ex magna veneratione ne quidem nomen Dei substantiale pronuntiabant. Conf. infra *notata ad §. 14.*

*Libertas
sentiendi
Philosopho-
rum Græco-
rum de na-
tura divina.*

8. Ita apud Ethnicos notum est, quantæ disensiones, sed absque turbatione reipublicæ inter diversas sectas Philosophorum, potissimum Græcorum, fuerint de natura Deorum.

Vide libros Ciceronis *de natura Deorum*. Diog. Laertium *in vitis Philosophorum*. Gassend. *in philosophia Epicur.* Sext. Empiricum. Plutarch. *de placit. Philosophorum* l. 1.

*Sacerdotum
Græcorum
artes con-
trahanc li-
bertatem.*

9. Nam quæ Sacerdotes ethnici quandoque contra Philosophos machinati sunt, ad ea, quæ irregulariter, aut contra, vel certe præter ordinem consuetum rerumpublicarum facta sunt, referri merentur. Ita nullus fere Philosophus est, qui non per calumniam,

lumniam, ut Atheus fuerit, etiam aliquando in theatro publice, traductus. Notissimum est, quod Socrates ob falsas ejusmodi accusationes violenta morte interemtus fuerit.

Conf. Samuel. Parkeri *disp. de Deo & providentia, Lond. 1678. disput. 1.* & omnino ejus *Tentamina de Deo. Londin. 1665. l. 2. c. 1.* ubi multa habet, quæ in posteriore editione mutavit, non semper in melius. Aristoteles Athenis de Atheismo accusatus: Bailius in *Diction. Crit. voce Aristoteles pag. 355. 358. 361. Edit. prima.*

10. Quicquid tamen apud Ethnicos contra Philosophos hac parte actum fuerit, non putandum, id ideo factum esse, quasi Philosophi doctrina sua contra certam formulam confessionis, sanctionibus legum confirmatam peccaverint, sed, quod ex doctrina Philosophorum de natura divina, necessario secuta fuerit agnitio turpissimæ superstitionis, ex fabulis poeticis de Diis ortæ, quibus Sacerdotes ethnici stuporem populi sustinebant, ad interesse proprium tam intuitu honoris nimii, quam acquisitionis opum immensarum (a).

(a) Conf. historiam sacram *de Bele Babylonio.*

11. Referuntur equidem excommunicationis quædam genera apud populos ethnicos fuisse recepta, dum Justinus (a) docet, Alcibiadem ab Athenensibus per omnium Sacerdotum religiones fuisse devotum, dum Cæsar (b) narrat, apud Gallos pro pœnarum gravissima fuisse habitam, si Druides eorum aliquem interdixerint sacrificiis, sed tamen nec hæ excommunicationes factæ fuerunt ob conceptus de es-

sentia divina, sed, quod Alcibiades mysteria Cereris vulgasset (c), apud Gallos vero, si quis decreto Sacerdotum, apud quos erat pœnarum & præmiorum constitutio, non paruisset (d).

(a) l. 5. (b) l. 6. de bell. Gall. c. 13. (c) Justinus d. l. (d) Cæsar d. l.

Nulla formula fidei theoretica apud Judæos.

12. Quod populum Israeliticum attinet, ipsæ sacræ literæ docent, quod in lege Mosaica inculcetur quidem, Deum esse creatorem cœli & terræ, esse unum, esse incorporeum, justissimum, omnipotentem, fontem omnis boni &c: non tamen usquam legitur, quod formula quædam de conceptu intrinsicæ essentiæ divinæ Israelitis per modum legum pœnaliū fuerit præscripta.

Justitia Dei non merienda ex regulis justitiæ humanæ.

13. Imo liber antiquissimæ sapientiæ de fati Jobi, nihil aliud agit, quam ut doceat, justitiam divini Numinis non esse meriendam secundum leges justitiæ humanæ.

Contra quam fecit postea philosophia Scholastica, utramque hanc justitiam mire confundens. In hac etiam observationem peccavit Bailius in disputatione de bonitate & justitia Dei.

Formula catechetica Rabbiorum.

14. Et quamvis novioribus temporibus, qui vixere Judæorum doctores Rabbini confessionem religionis Judaicæ certis fidei articulis incluserint, neque hi tamen eas formulas proposuerunt per modum legum pœnaliū, sed solum per modum confessionis catechetiæ.

Vide Buxtorffii *Synagog. Judaic. c. 3.* Laurent. Ohdelium in *Synagog. bifronte* §. 7. p. 57. §. 8. p. 64. seq. item p. 85. seq. Et

Et p. 79. locum Maimonidis notabilem affert, in quo ille docuit, cur Deus non possit melius concipi, quam per *τὸ ἐνς* vel existens, addiditque: *Deus nullam definitionem admittit, quæ ex genere proximo & differentia componatur. Et Deo nullum genus competit, sub quo comprehendatur. Quapropter quidditatem ejus assequi nequimus, sed dicimus, illum existere, & existentiam ejus esse quidditatem ejus, quæ tamen quidditati ejus nihil addit.* Et notanter subjungit Ohdelius: *Hæc opponi possunt Scholasticis, eorumque sectatoribus, qui Deum definitioni logica subdicere non verentur.* Ipse tamen Ohdelius meminit, quod Judæi cum pro hæretico habeant, qui aliquem illorum articulorum non crediderit: Ergo hic responde. Ad Judæos noviores spiritum hæretificandi ex antiquo Pharisaismo fuisse propagatum. Item articulos illos non loqui de intrinseca natura Dei, sed continere simplices veritates, de quibus actum in §. 12. aut capita de præstantia Mosis, bonis operibus, vita futura &c. (4)

15. Porro ostendit quidem erudite Seldenus (a), a Judæis in captivitate Babylonica, cum destituerentur summa potestate, quasi ex pacto inventam fuisse excommunicationem, seu sacrorum interdictionem, eamque postea retentam, etsi jurisdictionem iterum receperint, sed tamen causæ, ob quas excom-

Excommunicationis Judaicae ortus & objectum

(4) *Add. quod illa hæretificatio secundum notata p. 57. videatur saltem propria esse Maimonidi, & quod quidam non videantur a vero aberrare, qui secundum p. 58. putant, istos 13 articulos a Maimonide fuisse conceptos in odium Christianorum, quorum spectat inculcatio præter doctrinam de Dei unitate, simplicitate, spiritualitate doctrina articu-*

lorum sequentium de excellentia Mosis &c. Imo ipsi articuli, prout sunt a Maimonide concepti, non placent omnibus, sed ab eo dissentunt quoad numerum alii Rabbinii p. 64. Viringa in hypotyp. Hist. sacr. §. 24. p. 155. notat, adhuc tempore Pharisæorum nondum graviter diffusatum fuisse de dogmatibus theoreticis fidei.

(Caus. Eccles.)

communicatio fieri debebat, etiam secundum doctrinam Rabbiorum, sunt mere politicæ (b).

(a) *De Synedriis Hebr. libr. 1. c. 7. p. m. 98. seq.* (b) Vide Seldenum *de I. N. & G. juxta discipl. Hebr. l. 4. c. 8.* ubi recensentur causæ 24. *Cunctæ*, inquit idem de Synedr. *d. c. 7. p. 74. fuere delicta graviora aut in legem sacram aut in bonos receptosq; mores.* Et quamvis inter illas causas 24. quinta esset, si quis vilipenderet præceptum unicum, seu unicum doctrinæ caput, quod habetur in præscriptis scribarum, nedum in præscripto legis, haud dubie tamen intelligitur doctrina moralis, non mere speculativa. Adde notas nostras ad Huberum *de jure civit. p. 217.* Nullum tamen est dubium, hujus excommunicationis Judaicæ varios fuisse abusus, & hos abusus postea in rempublicam Christianam: Judæis esse translatos. (5)

*Christus
Doctor ve-
ritatis non
legislator.*

16. Christus, uti plane gravioris negotii, quam regiminis civilis causa, in hunc mundum venit, utpote cujus regnum de hoc mundo non erat, ita nec legislatorem unquam egit, sed Doctorem veritatis maxime salutaris, omnem coactionem legalem respicientis.

Nec Christus nec Apostoli approbarunt excommunicationem Judaicam, tantum abest, ut eam præceperint. *Vide dreyfache Rettung des Evangelischen Sitten-Rechts. Part. 2. S. 31. seq.*

*Legem Mo-
saicam im-
plevis & ad*

17. Quare tantum abest, ut intentio ejus fuerit, novis legibus veteres abrogare, ut potius leges Mosaicam impleverit. In tantum, ut in institutione bap-

(5) *Adde, quod tradita a Seldeno de an- | hausta sint dubia, ob doctrinam Clerici si-
tiquitate excommunicationis ex Rabbis | praead 5. notatam.*

baptifmi & facræ Cœnæ etiam docuerit, quomodo ritus veteres Judaici ad magis sanctum & spiritualem usum debeant applicari.

*usus magis spirituales ritus Mosai-
cos transtu-
lit.*

Johannes de Hispania *de manduc. corp. Christ. cap. 5. Conf. Antonii van Dale historiam baptismorum.*

18. Et quamvis optimam precum formulam docuerit, tamen nunquam præcepit, ut hæc formula vim legis pœnalis obtineret (a), in doctrina vero de credendis nullam formulam certis terminis technicis conceptam præscripsit, aut, ut a suis præscriberetur, mandavit.

Nullam formulam vim legis pœnalis habentem.

(a) *Matth. VI. 5. seq. & ibi Ligtfoot. in horis Hebraicis.*

19. Ejus discipuli & Apostoli, quemadmodum operam dabant, ut doctorem suum imitarentur, ita nunquam legislatores egerunt, aut leges ecclesiasticas publicarunt, nec formulam certam fidelibus per vim legis observandam præscripserunt, maxime videlicet recordati doctrinæ Christi: *Vos autem non sic.*

Quod nec Apostoli fecerunt.

20. Mox autem viventibus adhuc Apostolis inveniebantur doctores, qui doctrina Christi abusi in contemptum magistratuum (a), sub larva doctrinæ christianæ habenas imperii civilis adfectabant, atque certa quædam mysteria de genealogiis divinis, sive ex fabulis Iudaismi (b), sive ex Paganismo (c), crepabant, & sic hæreses & schismata introducebant.

Hereticorum primorum intentio.

(a) *2. Petr. II. 10. Jud. v. 10. seq. (b) 1. Tim. I. 4. Tit. III. 9. Huc pertinent Æones Valentini, Arnold. bist. heret. Tom. 4. p. 51. Adde doctrinas Cabbalæ Judaicæ. (c) Vid. Hesiodi Theogonia. Pythagoreorum mysteria &*

M m 2

varia

varia nomina numerorum apud Stanlejum *Part. 8. discipl. Pythag. Sect. 1. c. 1. seq. p. 721. seq.*

*Modus eos
refutandi
Apostolicus.*

21. Hos Apostoli refutabant, sed tanquam doctores Evangelii, non tanquam & ipsi potestatem civilem habentes; Alias enim ipsis esset occentum, quod ipsi met affectarent, quæ in aliis taxarent. Nec mysteria speculativa aliis mysteriis similibus oppugnabant, aut certo quodam symbolo suos ab hæreticis fecerant, sed potius suos reducebant ad fidem simplicem in Christum & fructum resurrectionis ejus.

Vid. loca *ad §. preced.* citata *Philipp. III. v. 10.* Concordant. voce *Zussetzung*, Autor tractatus: *Que la religion Chretienne est tres raisonnable.*

*Primitia
degeneran-
tia Chri-
stianismi in
seculo statim
primo & se-
cundo, et-
iam apud
orthodoxos.*

22. Etsi vero post mortem Apostolorum primo & secundo seculo aliquot viri Apostolici puriorem Christi & Apostolorum doctrinam ac mysteria voluntatis divinæ (a) sedulo inculcarent; in papo- nendis vero mysteriis essentiæ divinæ paulo liberius loquerentur, & si symbola subsequentium tempo- rum respicias, non semper satis orthodoxe (b), erran- tes vero in meris speculationibus tolerarent (c), sed intuitu dogmatum ad vitam parum Christianam du- centium, jure cujusque collegii uterentur, i. e. ejus- modi doctores, sed absque ulla ignominia & infamia nota a conventibus suis excluderent (d), interim ta- men nullum imperium in fratres affectarent; fuere tamen hi pauciores, & spiritus ambitionis ac perfec- tionis etiam in mediis adhuc persecutionibus multos doctores in cætu Christiano pededentim invasit.

(a) E-

(a) *Ephef. I. 9.* (b) *Arnold. hist. hæret. I. 2. 5. 7. I. 5. 1. seq. II. 2. 6. III. 6. 13.* (c) *T. II. observ. Hallens. obs. 8. S. 27. seq.* (d) *Arnold. I. 3. 8. seq. II. 4. 3. III. 6. 8. Hist. primi Christi. I. 4. cap. 22.*

23. Ergo jam seculo secundo & tertio traditiones (a) excommunicationes (b), hæretificationes per vota majora in conciliis, & quidem intuitu quæstionum plane ad salutem non pertinentium, ut de paschatis tempore (c), de rebaptizandis hæreticis (d), etiam in mediis iisque gravissimis persecutionibus, aut, ubi vel minimum saltem respirandi ab iis momentum concederetur (e), irrepere & paulatim vires fumere incipiebant. In ipsa catechisatione, quæ antea absque certis formulis vel docentium vel discipulorum fiebat (f), paulatim a catechumenis symbola requirebantur, non tamen vim legis præ se ferentia, sed adhuc sub prætextu & titulo confessionis (g).

Per spiritum hæretificationis & persecutionis fratrum.

(a) *Idem H. hæret. II. 5. 5.* ubi notatur Irenæus. (b) *Idem II. 4. 2. III. 6. 5.* (c) *Idem II. 4. 58. seq.* Victor Ep. Rom. Asiaticos ob hanc controversiam excommunicat. (d) *Idem III. 7. 1.* occasione Novatianorum rebaptizare orthodoxos incipientium. (e) *Idem III. 4. 15.* (f) *Idem prim. Christi. I. 2. c. 13.* (g) *Cont. van Dale hist. Bap. p. 416. seq.*

24. Ergo non mirandum, quod sub Constantino & sequentibus Imperatoribus christianis Episcopi variis persuasionibus & adulationibus se a potestate magistratus politici eximere, ac sibi ipsis potestatem secularem sub larva potestatis spiritualis vindicare, mox se supra ipsam potestatem civilem extollere, atque

Sub Constantino & postea Principes brachia potestatis spiritualis effecti.

que hac ut ministra saltem & brachio seculari uti cœperint.

Dicendum hic, quantum intersit studiosi genuinæ Jurisprudentiæ ecclesiasticæ, ut in historia Constantini Magni mendacia, hætenus fere pro veris historiis agnita, agnoscere, & verum Ecclesiæ statum sub eo concipere allaboret: Vid. pluribus *Tom. 1. observ. select. observ. 22. 23. 24. (6)*

Per ambitionem, se in animis Episcoporum sub larva pietatis & zeli divin. insinuantem.

25. Non tamen putandum, quasi hæc omnia statim ab initio per astuta consilia Episcoporum, ac ex deliberato eorum animo fraudulenter & malitiose gesta fuerint. Qui naturam humanam exacte scrutatur, deprehendet, eam apud plerosque ita comparatam esse, ut actiones evidenter vitiosæ, & quarum turpitudine in omnium oculos incurrit, facilius ab aliis agnoscantur, ac non adeo difficulter supprimantur a Principibus per leges & bona exempla: Contra vero actiones a vitiosis affectibus quidem provenientes, sed tamen sub specie pietatis, bonæ intentionis, zeli divini, emendationis morum corruptorum se animis hominum insinuantes, longe difficilius agnoscantur, & ita sub larvis verarum virtutum (etiam id non sentientibus ipsis, per hanc hypocrisin deceptis, sive seductoribus sive seductis,) magno cum progressu crescant, & sero demum agnitæ omnium difficillime possint saltem aliquo gradu reprimi, tantum abest, ut prudens Princeps earum suppressionem aut extir-

(6) Ad illustrationem hic & in paragraphis antecedentibus ac sequentibus dictorum multum etiam faciet Tomi 2. observ. 2. cu-

jus rubrica: *Fundamenta historica in expositione Tituli Codicis de Summa Trinitate &c. supponenda.*

extirpationem sperare ac promittere sibi possit (a). Ita & multi Episcopi non sentientes has subtiles insinuationes ambitionis, bona intentione emendandi mores corruptos, imperium politicum pededentim affectabant.

(a) De natura hypocrifeos latius disserui adversus doctrinam communiter receptam *in cautelis circa pracogn. Jurispr. cap. 19. S. 54. seq.* Inde est, quod Salvator ipse docuerit, persecutores Apostolorum putaturos esse, se agere impulsos per zelum divinum, & quod in ultimo vitæ momento etiam de Phariseis dixerit, quod nesciant, quid agant.

26. Quamvis autem multi Episcoporum ex bona sed incauta intentione pededentim in ejusmodi abusus delapsi fuerint, non tamen etiam negari potest, alios data opera Reges & alios Laicos decepisse, & variis artibus ad imperium & divitias obtinendas usos esse, atque ea in re sub Constantino M. & successoribus brevi temporis spatio magnos progressus fecisse, cum pene historiæ omnium seculorum doceant, etiam sagacissimos Principes ob rationes partim phycas, partim politicas alibi exponendas ab Episcopis fuisse deceptos.

Exemplum illustre dedimus *in dissert. de templariorum ordine sublato.*

27. Solet in Historia juris Romani observari, quod Prætores in republica libera, ut potestatem legislativam haud sentiente plebe sibi aut certe ordini Senatorio vindicarent, fictiones aut mutatas rerum definitiones, item nova nomina rem ipsam sub illis latentem.

Atque accedente aliorum astutia etiam sagacissimos Principes decipientem.

Astutia occultandi questum imperium sub falso nomine ca.

nonum, dogmatum, audientia.

tentem occultantia invenerint (a); Similiter Episcopi astuti sub nomine v. g. episcopalis *audientie* (b) occultarunt quæsitam jurisdictionem; sub nomine *Canonum*, id est regularum, vel *dogmatum*, i. e. decretorum (quorum illis in strictiore significato denotabant *regulas vivendi*, his *regulas credendi*) occultarunt (c) quæsitam potestatem legislatoriam, eamque enormem & irregularem imperandi intellectui humano & conscientis.

(a) Vid. *Nævos Jurispr. antejust. lib. 1. c. 7. n. 20. 12. p. 35. 149.*

(b) Conf. omnino *Mastricht. bistor. jur. Canon. n. 259. & infra c. seq. §. 28.* (c) Nomina enim Canonum & dogmatum non inferunt vim cogendi externam: Dicuntur esse *regulæ dæreticæ*. Hac larva etiam hodie decipiuntur incauti.

Canones & decreta jam sub Constantino M. acceperunt vim legum politicarum.

28. Habuisse vero sive canones sive decreta illa revera vim legum politicarum, vel ex historia primi concilii, quod œcumenicum dicitur, Niceni scilicet sub Constantino M. habiti constat, cum Imperatoribus videlicet persuaderetur, ut autoritate sua interposita pœnis civilibus coercerent, qui canonibus illis obedientiam denegarent.

Dictum de calliditate Episcoporum Constantino persuadentium, ut Arrium ipsum exilio saltem, contra eos, qui libros Arrii occultarent, morte puniret. Vid. *Bailii Diction. crit. sub voce Arius. Conf. 1. 3. Cod. de fide Cathol.* Fecit id Clerus, ut postea Imperatoribus eo facilius persuadere potuerit, hæreticos ipsos esse capite puniendos.

Definitio juris Cano-

29. A canonibus istis dicitur jus *Canonicum*, quod adeo, etsi tantum primam ejus originem spectes,

tes, quantum quantum est, est *Codex legum ab Episcopis, cum in finem conditarum, ut Christiani ad vitam & sanctam, & ad verum de divinitate sensum promoverentur, sed eo tamen modo, quo astutiores facile abuti possent, ut sub specie singularis probitatis, & zeli divini tyrannidem & absolutam potestatem in conscientias laicorum acquirerent & imperium civile sacerdotio subjicerent.*

30. Cumque in hac sacerdotii eminentia supra imperium, id est Cleri supra Laicos, consistat essentialis character papismi politice considerati, dolendum est, quod hodiernum Jcti evangelici sic occœcati sint, ut scribere & docere non vereantur, quod in prima illa Ecclesia (sub qua intelliguntur tempora Constantiniana) innoxia & proba fuerit condendorum canonum ratio (a), nisi eorum verba intelligere velis comparative ad tempora sequentia, ubi magis noxia erat canonum condendorum ratio.

Contra sententiam communem etiam Jctorum protestantium.

(a) Vide quos citant *Mastricht hist. jur. Canon. n. 1. p. 3. & n. ult. Ziegl. de auctoritate juris Canonici §. 5. Hoppiana pracognita cap. 8. §. 2.*

31. Cum vero ista Episcoporum ambitio, etiam in ipsis conciliis, quandoque per sanctionem Canonum absurdissimorum (a) se proderet, ista iniquitas ipsis Episcopis sincerioribus quibusdam & Clericis aliis extorsit testimonium veritatis. Ita nota est Gregorii Nazianzeni (7) justa querela de conciliis, et-

Conveniens tamen cum testimonio paucorum veritatis testimonium.

(Caut. Eccles.)

Nn

iam

(7) Character Gregorij Nazianzeni videtur in Tomo 3. obs. Hallens. obs. 18. i. tem ap. Arnold. lib. 4. cap. 4. §. 41. seq. ad de supranotata cap. 13. §. 13.

iam primis & œcumenicis (b), item Hilarii deploratio de fidei veræ transmutatione in fidem formulariam (c).

(a) Qualis est v. g. Canon concilii Matisconensis *Il. c. 15.* (quamvis exeunte seculo sexto anno 588. habiti) de Clerico & Laico equitantibus, item de Laico equitante & Clerico iter faciente pedibus. Conf. Arnoldi *prim. Christianism. l. 8. cap. 18. §. 12.* (b) Vid. Arnold. *hist. heret. IV. 4. 41.* Adducit etiam eam Lutherus *in tractatu German. de conciliis.* (c) Arnold. *prim. Christ. III. 20. 15.* (8)

*Es novissime
Gebh.
Theod. Meieri.*

32. Atque ut hætenus dicta auctoritate Theologi ex nostratibus corroborentur, adduco locum insignem Gebhardi Theodori Meieri (a). *Ex quo, inquit, Ecclesia sub christianis Imperatoribus hospitari, & jam sub Constantini imperio respirare & c. cœpit, nescio qui factum, ut luxus & superbia vanitates, & defectus alii eam infestarent, & mirum quantum vexarint. Pravi istimores multi de rebus Canonicis peperere decreta & sanctiones, quarum magna pars a Synodis auctoritatem Canonicam, ab Imperatoribus vim legum obtinuisse legitur (b).*

(a) *Histor. relat. de Can. collect. §. 2.* (b) Plura invenies adversus illam communem prædicationem conciliorum œcumenicorum apud Lutherum *in aureo tractatu de conciliis*, ut pudore debeamus suffundi, quod post hanc viri in auroræ tempore constituti veritatis agnitionem,

(8) *Item in §. 14. & 16. est locus valde notabilis. Ubi Arnaldus notat fidem scriptam, cum debeat esse in corde, & observat plures fides scripta, esse post concilium*

Nicenum: agit etiam de admissione & prohibitione vocis homousios, ac de usu vocis: U. scilicet, item quod pro scriptura sacra venditentur eas quæ non extant in sacris literis.

nem, nos in tempore lucis viventes adhuc versemur in tenebris tantis. Adde Basnagii *historiam Ecclesie in indice sub titulo: infallibilit  des Conciles refus e*, ubi plura loca citantur huc facientia.

33. Cum vero seculo quinto magna barbaries & studiorum potissimum historicorum neglectus regnaret, alia astuti  obtegere cupidinem suam imperandi, non difficile fuit Episcopis, comparando videlicet concilia sua cum concilio Apostolorum Hierosolymitano (a) & persuadendo c tui Laicorum, Apostolos & fidem formulariam, & constitutiones ac canones jam suis temporibus condidisse.

Falsa persuasio Laicorum in seculo quinto, Apostolos condidisse constitutiones, canones, symbolum.

(a) Baronius statuit, primum concilium a Christo & Apostolis fuisse habitum. *Matth. XVI. 13.* Quem refutat Conringius *de concil. th. 5.* & Casaubonus *Exerc. 15. ad Annales Baronii n. 9.*

34. De comparatione conciliorum cum conventu Hierosolymitano ideo distinctius videndum, quoniam adhuc hodie paucissimi fallaciam sub hac comparatione latentem fenserunt, sed torrente communis erroris abrepti auctoritatem conciliorum inde deduxerunt.

Comparatio communis conciliorum cum concilio Hierosolymitano.

Vid. Conring. *de Concil. th. 5.* Dn. Becmanus *de auctoritate concil. s. 2.* & passim alii.

35. Si quis attentius consideret conventum Apostolorum & concilia omnia sequentia, deprehendet diversitates infinitas. In concilio Apostolico erat lis (1) non de credendis circa mysteria essentia  divin , sed de faciendis (a). (2) Compromiserunt partes in decisionem Apostolicam (b). (3) Ipse conventus

Sed falsa, cum circumstantia concilii Hierosolymitani precipua.

N n 2

tus constabat ex toto populo christiano, docentibus & audientibus (c). (4) Decretum concipiebatur per unanimum consensum & per argumenta quasi palpabiliter convincentia (d). (5) Idem decretum Fratribus Antiochenis non obtrudebatur per modum imperii, sed sponte ab his accipiebatur (e). (6) Neque imponebat onera conscientis, sed liberationem a jugo Molaico (f). Adeoque omnia hic fiebant secundum ductum rectæ rationis, & principia Christianismi.

(a) Act. Apost. c. 15. v. 1. (b) Ibid. v. 2. (c) v. 4. 6. 22. (d) v. 7. usq. ad 22. item 25. (e) v. 2. 31. (f) v. 28.

*Plane aliter
& opposite
se habeant
in conciliis
reliquis.*

36. At in omnibus aut plerisque conciliis (1) decreta facta sunt etiam de mysteriis incomprehensibilibus essentiæ divinæ, (2) invitis partibus, ac inauditis, & tamen condemnatis, (3) a solo Clero tanquam Ecclesia repræsentativa, (4) non unanimi consensu, sed per majora vota, eaque postea (5) per brachium seculare ac leges pœnales obrusa sunt invitis, (6) non in liberationem, sed in jugum plusquam Mosaicum.

Observ. select. Tom. 2. observ. 8. n. 22. Vindic. jur. Majest. circa sacra s. 24. Arnold. hist. prim. Christ. l. 8. c. 19. seq.

*Etiam ter-
tiii & quar-
ti seculi.*

37. Quemadmodum autem istæ differentiz in conciliis tertii seculi, ubi de rebaptizandis hæreticis, de assumptione lapsorum, de condemnatione Pauli Samosatani actum, alibi & ab aliis jam ostensæ sunt (a), ita de concilio primo œcumenico eadem est observatio facienda (b), idque eo diligentius est inculcandum, quia & Jcti & Doctores alii sibi & aliis ho-
die-

dienum pervadent, ac, si concilia œcumenica obligent etiam Principes Protestantes, etiam in rebus, quæ omnium confessione ad fidem non pertinent, qualis est quæstio de festivitate paschatos (c).

- (a) Vid. d. *Observ. 8. §. 36, 37.* Arnold. *hist. haret. l. 3. c. 4. § 7.* (b) Per dicta *§. 63. seq. d. observ. 8.* Arnold. *l. 4. cap. 7. Dreyfache Rettung des Fürsten-Rechts, Part. 2. §. 52. isem §. 44. seq.* (c) *d. P. 2. §. 45.* Adde prolixum locum apud Lutherum *de conciliis in edit. mea a K. 4. usq. M. 1.*

38. Pergo ad symbulum Apostolicum. Nul- ^{Symbolum} lum symbulum ante Constantinum extitit, etsi for- ^{Pseudo-A-} mulæ quædam Justino & aliis tribuantur. ^{postolicum.} Symbo- lum vero Apostolicum ab Apostolis nequaquam esse conditum post Vossii diligentiam nemo amplius dubitat.

- d. Obs. 8. §. 25.* Arnold. *Prim. Christ. c. 20. n. 10. seq.* Voss. *de trib. symb. diff. 1.*

39. Eadem est ratio constitutionum (9) & ca. ^{Similes con-} nonum Apostolicorum, quos a tenebrione quodam ^{situationes} circa finem seculi quinti ad conciliandam doctrinis & ^{& Canones} canonibus clericalibus autoritatem, confictos esse ^{Apostolo-} monstrarunt Magdeburgenses, Dallæus, Blondellus, ^{rum.} alii, frustra iis suppetias ferente Turriano.

- Late Mastricht *n. 105--136.* Meier. *§. 15. seq.*

- (9) *Constitutiones Apostolicas esse fictas seculo 4. ante Epiphanium, docet Vitringa Hypotyp. hist. sacræ p. 238. §. 26.*

N n 3

CAP.

CAP. XIX.

De

Progressu juris Canonici ad collectionem usque Gratiani.

SUMMARIA.

Causa prima collectionis Canonum. §. I. Causa secunda. §. II. Codex Canonum Ecclesia universa. Ejus collectionis initium. §. III. Sequentes collectiones. §. IV. Cur dictus codex Canonum Ecclesia universa. §. V. Hujus codicis confirmatio ab Imperatore Justiniano. An hodie usum habeat. §. VI. Collectiones alia varia Canonum, in specie Romana anni 417. §. VII. Incrementa Papatus sub Imperatore Justiniano. §. VIII. Ecclesia Romana subornat Dionysium Exiguum, §. IX. ut edicem Ecclesia universa in nova versione corrumpere. §. X. Idem Dionysius primus decretalium collector. §. XI. Collectiones nova & varia methodo artificiali, §. XII. ad exaltandum Sacerdotium & deprimendum imperium inventa. §. XIII. Recensio harum collectionum, §. XIV. Prima Canonisatio epistolarum Pontificalium. §. XV. Usus compilationis Cresconii, §. XVI. Codex Ecclesia Orientalis; Canonizatio doctrina Patrum, §. XVII. Collectio Isidori Mercatoris, §. XVIII. nefanda falsitatis convicta. §. XIX. Phorii Nomocanon & alia collectiones seculi noni. §. XX. Quies collectionum in seculis ferreis. §. XXI. Gradus, quibus auctoritas Pontificis crevit seculo primo, quarto & quinto. §. XXII. Item seculo sexto & septimo. §. XXIII. Seculo vero undecimo ad summum fastigium perducta est: Diethericus Hildebrandini. §. XXIV. Quando & cur ius Canonicum circa processualia sollicitum esse ceperit. §. XXV. Nova materia, eo pertinentes. §. XXVI. Utrum processus Juris Canonici

nonici præstet processu civili. §. XXVII. Post Hildebrandum non amplius Pontifices usi terminis occultantibus. §. XXIX. Collectiones varia seculi undecimi. §. XXIX. Item alia Græcorum seculo duodecimo. §. XXX. Collectio num hæc tenus dictarum collectio per Justellos. §. XXXI.

I.

His ita fundamenti loco suppositis de origine juris Canonici, in ipsa historia de progressu juris Canonici nobis licebit esse brevioribus. Nimirum Canones isti conciliorum variis temporibus collecti sunt, atque hac collectione opus erat, partim, quia in conciliis, cum initio codex sacræ scripturæ solus poneretur in medio, postea codex canonum, tanquam qui parem haberet auctoritatem, cum scriptura sacræ fuit conjunctus.

Causa prima collectionis Canonum.

Arnold. *prim. Christ. l. 8. c. 19. n. 5. Mastricht. n. 39. 40. 41.*

2. Partim quia, postquam concilium Nicenum Arrianis viam monstraverat, alios cum legali efficacia hæretificandi, Arriani, aliique heterodoxi & ipsi concilia habebant, canones & excommunicationes ac anathemata eudebant, ac nova symbola vel novas fides fabricabant (a). Necessè igitur erat, colligi canones, ut Ecclesia orthodoxa separaretur ab heterodoxa (b).

Causa secunda.

(a) Arnold. *d. l. n. 19.* (b) Remotas causas ex Leschafferio affert Mastricht *n. 48.*

3. Jus igitur, quod hodie Canonicum appellamus, aspiciendum est a codice Canonum Ecclesiæ universæ (a). Sed hujus varia collectio non est confun-

Codex Canonum Ecclesiæ universæ. Ejus

*collectionis
initium.*

fundenda. Valde verosimile est, initium colligendi factum esse statim post concilium universale Nicense (b), cujus quippe concilii exemplar quisque Episcopus ad Ecclesiam suam, & ibidem in diptycha ecclesiastica (c) retulit, & verosimiliter Canones conciliorum Antenicenorum junxit. Ut adeo prima illa collectio continuerit Canones Nicosos (d), Ancyranos, Neocæsarienses, Gangrenses, Antiochenos & Laodicenses, & adeo in unversum Canones 163. aut (si, quod alii volunt (e), Canones Antiocheni 25. in prima illa collectione non comparuerint,) 138. quamvis prior sententia sit probabilior (f). Hic codex jam fuit usurpatus in ipsis conciliis œcumenicis Nicensibus (g).

(a) Mastricht *n.* 56. (b) Idem *n.* 35. (c) De his videatur Cangius *hac voce.* (d) Meier §. 6. (e) Mastricht *n.* 36. 37. (f) Nam ipse Mastricht *n.* 41. dicit, quod in concilio Chalcedonensi fuerit prælectus Canon concilii Antiocheni: Conf. Eund. *n.* 61. (g) De usu hujus codicis in conciliis post Nicensem habitis. Vid. Mastr. *n.* 40. 41. 42.

*Sequentes
collectionis.*

4. Ceterum ut ista prior collectio autorem certum non habet (a), ita post tempora concilii Constantinopolitani Stephanus quidam (b), Episcopus Ephesinus prioribus adjecit canones concilii istius, quem imitati Episcopi alii (c) postea suo tempora adjecerunt Canones concilii Ephesini & Chalcedonensis: Quam ultimam collectionem, post Justellos, patrem & filium, Helmstadii anno 1663, edidit Gebhardus Theodorus Meier (d).

(a) Meier

(a) Meier §. 6. Mastr. n. 61. (b) Mastr. n. 62. (c) Id. n. 63.
 (d) Dicendum hic de utilitate variorum codicum & collectionum in interpretando jure Canonico & de defectu hac in parte juris civilis, ubi non habemus v. g. LL. XII. Tabb. Edicta prætorum &c.

6. Ideo vero codex hic appellatus fuit codex *Cur dictus
codex Cano-
num Eccle-
sia univer-
sa.*
 Canonum Ecclesiæ universæ, non quod comprehen-
 dat omnes conciliorum canones a singulis Ecclesiis
 receptos & editos (a), sed quod primis temporibus,
 quibus collectus fuit hic codex, illo solo, nec alio ute-
 retur Ecclesia universalis (b) in disceptandis contro-
 versis, quæ in conciliis occurrerent. Extra hunc u-
 sum Romana Ecclesia per aliquod tempus solos Ni-
 cenos Canones agnovit, nec statim Constantinopo-
 litanos, Ephesinos, & Chalcedonenses admisit (c).

(a) Mastr. n. 65. (b) Id. n. 66. Meier §. 11. (c) Magna diffi-
 cultas est circa significationem vocis *universalis* seu *æ-
 cumenici*, cum prædicatur de conciliis, Ecclesia, Epi-
 scopis. Id quidem constat, non intelligi totum or-
 bem terrarum, sed uti *ὀικουμένη* in SS. literis prædicatur
 de imperio Romano, ita & hic respici ad Ecclesiam
 Christianam totius imperii Romani, & concilia obli-
 gantia totum orbem Romanum. Interim quemad-
 modum ipsum imperium Romanum postea divisum
 fuit in Orientale & Occidentale, ita forte etiam Eccle-
 sia universalis postea dicta fuit Ecclesia pariter Græca &
 Romana. Conf. Basnagii *hystor. eccles. l. 3. c. 6. §. 8. p. 163.*
 Item infra §. 10.

6. Confirmatus est hic codex ab Imperatore *Hujus codi-
cis confir-
matio Im-*
 Justiniano Nov. 131. Unde tanquam singulare quid
 a quibusdam memoratur, quod hic codex sit *pars ju-
ris*
 (Com. Eccles.) O o

peratore
Justiniano;
An hodie
usum ha-
beat.

ris nostri Justiniani, meritoque novellam illam constitutionem sequi deberet (a). Sed nescio cui usui (b); Forte eo respexerunt auctores isti, ut hujus codicis Canones in imperio Romano auctoritatem habere debeant, præ jure Canonico noviore. Sed si hæc fuit ipsorum intentio, facile regei posset, jus Justinianum non obligare; viventes in imperio, nisi ex receptione, magis autem receptum esse jus Canonicum novius, quam illum codicem Ecclesiæ universæ. Et si inspexissent doctores isti Canones illius antiqui codicis,prehendissent, si non omnes, certe plerosque eorum ad statum nostrorum temporum plane non quadrare. (c)

(a) Meier §. 11. Mastricht. n. 51, 52. (b) Cf. statim s. 8. & ibi dicenda. (c) Confer elegantem locum de canonibus ipsius concilii Niceni apud Lutherum de conciliis &c.

Collectiones
alia varia
Canonum
in specie Ro-
mana anni
417.

7. Interim tamen, uti in *particularibus* Ecclesiis variæ aliæ Canonum collectiones fuere in usu, codici illi universæ Ecclesiæ plerumque Canones aliorum conciliorum addentes, ut de codicibus Africanis, Gallicis, Hispanicis, Britannicis, Germanicis jam fusius notarunt alii (a), ita quod in specie Ecclesiam Romanam attinet, jam anno 417. Zosimus Pontifex Romanus, dominatui Papali velificans, & *appellationibus* ab aliis Episcopis ad Romanam sedem, antiquitatem conciliare cupiens, novam collectionem sub titulo Canonum *Nicensorum* confici curavit, iisque capitula quædam concilii Sardicenis fraudulenter inseruit, prout id latius narrat & examinat Philippus Mornæus (b). Unde etiam error de 80. Canoni-

nonibus Nicenis & disputatio de numero Canonum Nicenorum ortum ducunt (c).

(a) Meier §. 8. 9. Mastricht n. 80--103. (b) *In mysterio iniquitatis* p. m. 118. seq. (c) Meier §. 7. Mastr. n. 67.

8. Incrementum Papatus etiam exinde apparet, quod Justinianus in dicta Novella dogmata conciliorum quatuor œcumenicorum scripturis æquiparaverit (a), atque hoc debebat a doctoribus Protestantibus non palliari, sed ut erroneum distincte notari (b). Igitur nec mirandum, quod etiam illis superstitionissimis temporibus potestas Papalis, quotidie magis magisque creverit (c).

(a) Ita enim Justinianus. *Prædictarum quatuor synodorum dogmata sicut sanctas scripturas accipimus, & regulas sicut leges observamus*: Adde Mastr. n. 104. Ostendendum in discursu, quomodo per naturalem consecutionem ista persuasio se insinuaverit in animos Laicorum, postquam videlicet in concilio Niceno, & quæ id præcedebant, scriptura tanquam iudex in medio concilii collocaretur, & tamen revera pluralitas votorum Episcopaliū de intellectu scripturæ esset iudex. (b) Aperte enim sic tribuit æqualem auctoritatem quatuor istis conciliis, quam habet scriptura. At scriptura sacra est infallibilis. Ecclesiam vero illam universalem non credimus esse infallibilem, ergo nec decreta aut canones conciliorum illius Ecclesiæ erunt infallibiles. Vide prolixius contra istam prætensam infallibilitatem Ecclesiæ & conciliorum quatuor œcumenicorum Basnagium in *hist. Eccl. lib. 10. cap. 6. §. ult. p. 540. seq. & lib. 27. cap. 3. & 4. integr. p. 1578. seq. & passim in indice sub vocibus: Concile & infallibilité*. (c) In cap. 2. dicta novella

vella 131. Papa Romanus præfertur, Constantinopolitano Episcopo.

Ecclesia Romana subornat Dionysium Exiguum.

9. Nam Ecclesia Romana, quæ hætenus veteri quadam latina versione codicis canonum Ecclesiæ universæ usque ad Imperatoris Justiniani tempora usa fuerat, tum sub prætextu, ac si versio illa se non recte haberet, quendam Monachum Dionysium Exiguum, æræ Christianæ inventorem subornavit, ut sub specie dandæ novæ versionis codicis universæ Ecclesiæ, plane novum codicem, quo Ecclesia Romana uteretur, fabricaret.

Ut codicem Ecclesiæ universæ in nova versione corrumpere.

10. Fecit id Dionysius, ac ita corrupit & falsificavit codicem universæ Ecclesiæ in suo isto novo codice, insertis videlicet constitutionibus Pseudo-Apostolicis, corruptis distinctionibus & numeris prioris codicis, expunctis & omissis Canonibus, qui Papæ Romano videbantur esse minus faventes &c. Ut adeo ex eo tempore inter codicem Canonum Ecclesiæ Orientalis & Ecclesiæ Romanæ distingui, atque nomen codicis universæ Ecclesiæ in desuetudinem abire cœperit.

Meier §. 20. 25. Mastr n. 70. seq.

Idem Dionysius primus decretalium collector.

11. Idem Dionysius etiam primus omnium Pontificum Romanorum decreta in peculiare aliquod corpus collegit, quod etsi ipse nondum ausus fuerit corpori Canonum unire, cum nondum æquiparata fuerint decreta Synodorum & Pontificum, ipse tamen hac sua collectione occasionem dedit, ut id postea ab aliis fieret.

Meier §. 15. Mastr. n. 75. 76. 154.

12. Ha:

12. Haftenus etiam simplici modo corpus vel *Collectiones*
 codex canonum decreta conciliorum retulerat, a qua *nova & va-*
 methodo parum abeunt, qui plenius acta concilio- *ria metodo*
 rum cum canonibus jungunt. Postea alii modi *artificiali.*
 colligendi magis artificiales; autoritatis ecclesiasticæ
 stabiliendæ causa introducti sunt, nempe breviatio-
 nes, & concordia canonum, nomocanones & deni-
 que illa confusa methodus orta, qua leges Imperato-
 rum, epistolæ Pontificum & sententiæ Patrum, ac de-
 creta conciliorum sub certis titulis corraduntur.

Meier §. 5. Mastr. n. 137--151.

13. Adhibita autem fuisse ea omnia ad exal- *Ad exaltan-*
 tandam Sacerdotii potestatem, & minuendam Impe- *dum Sacer-*
 rii autoritatem, vel ex eo patet, quod isti collectores *dorium &*
 non erubescerent afferere (& cur erubescerent, cum *deprimen-*
 nostrates non erubescant repetere (a),) canones plus *dum impe-*
 quam leges valere. Canones enim ab Imperatori- *rium inven-*
 bus & sanctis Patribus editos, tanquam divinas scri- *ta.*
 pturas recipi: leges autem a solis Imperatoribus re-
 ceptas vel compositas esse, & propterea vim non ob-
 tinere adversus divinas scripturas & canones (b).
 Habes hic fructum, quod Justinianus canones & scri-
 pturas exæquaverit.

(a) Meier §. 12. 13. (b) Conf. Mastr. n. 316.

14. Memorantur autem inter illas varias col- *Recensio ba-*
 lectiones præcipue (a) Fulgentii Ferrandi breviatio *rum colle-*
 canonum, Johannis Antiocheni vel Scholastici colle- *ctionum.*
 ctio seu concordia canonum, & nomocanon, (qui
 tantæ dicitur fuisse autoritatis, ut ab Imperatore Ju-

stiniano confirmatus, & Epiphanio Patriarchæ commendatus fuerit (b,) Martini Episcopi Bracarenfis collectio canonum ob antiquæ versionis latinæ defectus facta, qui tamen Græcis etiam aliena immiscuit ex conciliis Occidentalibus, Africanis, Hispanicis & Bracarenfibus. Opus ejus bipartitum est, & aliqua arte ac methodo pollet, cum prima pars res & personas ecclesiasticas, secunda res & personas laicas contineat. Item Cresconii breviarium Canonum & concordia Canonum.

(a) Meier §. 17. Mastr. n. 155-187. (b) Nov. 6. Mastr. num. 170. seq.

Prima Canonizatio epistolarum Pontificiarum.

15. Cum vero Cresconius in formanda sua concordia canonum fere præ oculis haberet Dionysii exigui collectiones, factum fuit, ut in concordia sua Canonibus jungeret decretales epistolas Pontificum, i. e. auctoritatem canonicam, & ut modo ostendimus, ex mente Cleri divinis scripturis æqualem iis daret, quæ antea non majoris fuerant valoris, quam aliorum Episcoporum responsa.

Meier §. 26-29. Mastr. n. 187.

Usus compilationis Cresconii.

16. Utuntur tamen eruditi hac Cresconii compilatione pariter, ut Dionysiana, ut ostendant, omnes Pseudo-Isidoro adductas epistolas præsulum Romanorum Siricio anteriorum esse supposititias (a), qua de re mox pluribus.

(a) Meier d. l.

Codex Ecclesie Orientalis. Ca-

17. Cresconii collectionem sequitur codex Ecclesie Orientalis qui vocari solet. Ad annum 691. usque Orientalis Ecclesia regimen suum ad normam codi-

codicis Ecclesiæ universæ observaverat. Postea vero *nonizatio*
 illa Ecclesia Orientalis in Synodo universali sancto- *doctrina Pa-*
 rum Patrum in Trullo imperialis palatii Constanti- *trum.*
 nopolitani habita ad imitationem occidentalis Eccle-
 siæ multis novis canonibus istū codicem adaugere, &
 (ut occidentales Romanorum Pontificum rescripta)
 quorundam SS. Patrum scripta canonibus exæquare
 cœpit, ea simul observata differentia, ut, quemadmo-
 dum Latini nullius doctoris Ecclesiæ scripta, ita Græ-
 ci nullius Pontificis Romani decreta canonizaverint.
 Edidit hunc codicem Ecclesiæ Orientalis anno 1540.
 Johannes Tilius Episcopus Meldensis, & nactus est
 iste codex tres commentatores Græcos, Alexium A-
 ristinum, Johannem Zonaram, & Theodorum Bal-
 samonem.

2 Meier §. 30. 31. 32. Matr. n. 138. seq.

18. Postea (a), videlicet post annum a Chri- *Collectio Isi-*
 sto nato 800. ex scriniis Præsulum Moguntinorum *dori Mer-*
 disseminata est in orbem Christianum nova quædam *catonia.*
 collectio canonum ab impuro impostore, qui se Isido-
 rum Mercatorem & peccatorem vocavit, quique suæ
 isti collectioni inseruit plurimas supposititias primo-
 rum Episcoporum Romanorum a Clemente ad Siri-
 cium (b) epistolas, hætenus toti orbi incognitas, eum
 in finem, ne deessent Pontificibus Romanis antiquo-
 rum testimonia de Episcoporum potentia & autori-
 tate, item ut stabilirentur & fulcirentur jura appella-
 tionum ex toto orbe ad sedem Apostolicam. Quem
 in finem etiam reliquis a Siricio Pontificibus similes
 epi-

epistolæ decretales plures suppositæ sunt, quæ frustra quæruntur in compilationibus Dionysii Exigui & Cresconii.

*Nefanda
falsitatis
convicta.*

(a) *Mastr. n. 220--37.* (b) Siricius Papa mortuus ann. 398. 19. Et si vero fraus impostoris illius etiam a cordatioribus Pontificiis nonnullis jam olim palpata fuerit, imposuit tamen crescens quotidie tyrannis Papalis incautioribus, ut per plura secula eæ epistolæ pro genuinis fuerint habitæ, & tota hæc collectio Isidoro Hispalensi, autori Originum notissimo adscriberetur, donec a centuriatoribus Magdeburgensibus perspicue ostenderetur impudentissima hæc falsatio. His equidem Franciscus Turrianus pseudo constitutionum & canonum Apostolicorum defensor (a), apologiam opponere tentavit eodem libro. Sed ita postea a doctissimo Davide Blondello (a) exceptus est, ita infamia utriusque mendacia detecta sunt, ut hodie ipsos scriptores Pontificios, quibus saltem non omnis pudor perit, pudeat harum ineptiarum, ex Protestantibus vero nemo amplius de isto partu supposito dubitet.

(a) *Supra jam citatus cap. 1. §. ult.* (b) *In Pseudo Isidoro & Fr. Turriano vapulantibus.*

Photii Nomocanon & alia collectiones seculi 9.

20. Eodem seculo nono (a) anno videlicet 883. Photius Patriarcha collegit Nomocanonem, qui continet elementa totius juris Canonici Græci, & tanti fit a Græcis, ut omnibus collectionibus eum præmittere soleant. Hunc postea commentariis illustravit Theodorus Balsamo. Uti & eodem seculo codicem Dionysii Exigui accepisse accessiones sequentium eum Episco-

piscoporum Romanorum, & dictis etiam Patrum (b) Canonicam & decisoriam auctoritatem datam fuisse ex epistola Leonis Papæ IV. (c) liquet.

(a) Mastr. n. 238--246. (b) Conf. *supra* §. 17. *hujus capituli*. (c) Hunc ~~siue~~ causa taxat Mastricht p. 277. & postea simili modo non sufficienter excusat aliam ejus epistolæ lectionem p. seq. Non plus fecit Papa, quam Justinianus, qui jam decreta conciliorum œcumenicorum scripturæ sacræ æquiparaverat.

21. Post Leonem IV. qui anno 855. defunctus est, magis magisque literarum & scientiarum splendor decrefcere, ac barbaries invalescere cœpit, ortaque sunt ista tempora & secula obscura, ac ferrea, de quibus gravissimi scriptores conqueruntur. Quievire itaque per seculum & quod excurrit, collectiones juris.

Quies collectionum in seculis ferreis.

Mastr. n. 246. 247. Tamen de Reginonis libris, de ecclesiastica disciplina & de Burchardi Wormaliensis libris decretorum, vide Baluz. in *pref. ad Anson. August. de emend. Grat.* §. 17. 18. Mastr. n. 248. seq.

22. Seculo undecimo immensa illa potestas & auctoritas Pontificis Romani, in qua extruenda statim post tempora Apostolorum laboratum esse supra (a) observavimus, ad summum fastigium pervenit. Seculo secundo decurrente Victor Papa illud monstrum (b) violenta disputatione de palchate parturivit, eamque secundum suam, suæque sedis sententiam decidi, aliisque præfracte obtrudere voluit. Seculo quarto in concilio Niceno Romano - Italicarum seu potius suburbicariarum regionum Metropolitana

Gradus, quibus auctoritas Pontificis crevit seculo secundo, quarto & quinto.

(Cont. Eccles.)

P p

natus

natus erectus est. Seculo quinto Zosimus, Bonifacius & Cœlestinus controversiam de appellationibus ad sedem Romanam urserunt, & jura in Ecclesias Africanas sibi asserere conati sunt. Sed opposuit se synodus, appellationesque transmarinâs & jura Pontificum Romanorum inhibuit.

(a) Supra *cap. 1. §. 22. seq.* (b) Sunt verba ipsius Mastricht *p. 255.*

*Item seculo
sexto & se-
ptimo,*

23. Seculo sexto circa finem Gregorius Magnus cum Episcopo Constantinopolitano de primatu contendit, quem tamen antea fugere & abominari se simulaverat (a). Seculi septimi initio Bonifacius probata impietate Phocæ ab eo primatum obtinuit, manentibus tamen perpetuis disputationibus inter Romanos & Constantinopolitanos Episcopos (b).

(a) Conf. omnino Arnold, *Hist. Hæret. VI. 1. 19. & c. 2.* (b) *Mastr. ibid.*

*Seculo vero
undecimo
ad summum
fastigium
perducta
est. Disti-
tus Hilde-
brandini.*

24. Seculo vero undecimo Hildebrandus sive Gregorius Papa septimus, tanquam novus & perpetuus dictator, impudentissima audacia 27. Canones, quos dictatus appellavit, publicavit, in quibus inter alia asseruit, quod solus Romanus Pontifex possit deponere Episcopos, etiam absentes, etiam Imperatores, quodque sententia illius a nemine retractari, & ipse a nemine judicari debeat: quod ipsi soli liceat pro temporis necessitate novas leges condere, & uti imperialibus insigniis: quod solius Papæ pedes omnes Principes deosculentur, quod illius solius nomen in Ecclesiis recitetur: quod unicum sit nomen in mundo, Papæ videlicet &c.

Mastr.

Mastr. n. 256. 257. 258. D. Rechenberg. *disp. de dictat. Hil-*
debrand.

25. Ex his dictatibus in immensum crevit jus *Quando et*
ecclesiasticum. Nam cum appellationes omnes & *cur ius Ca-*
cognitionem in causis Episcopalibus, & aliis majori- *nonicum*
bus solus pontifex sibi assereret, jam non tantum in *circa pro-*
disponendo circa dogmata & personas ritusq; Eccle- *cessualia*
siasticos, quæ antea fere objecta Canonum erant, oc- *sollicitum*
cupati, sed & de litibus & disceptationibus forensibus *esse caperit.*
ordinandis & dirigendis solliciti fuerunt.

Mastr. n. 259.

26. Cum igitur antea in tota Dionysii Exigui *Nova ma-*
& aliorum antiquorum collectionibus nihil de litis *teria, eo*
contestatione, & similibus aliis capitibus ad proces- *pertinentes.*
sum pertinentibus legeretur, nunc magna pars juris
Canonici absorberetur titulis de officio & potestate ju-
dicis ordinarii & delegati, de treuga & pace, de pactis
& transactionibus, de postulando, de procuratoribus,
de syndico, de his, quæ vi metuve facta sunt, de arbi-
tris, foro competente, libello, litis contestatione, pro-
bationibus, testibus, sententiis, appellationibus & si-
milibus rubricis ad solum Principem & ejus potesta-
tem pertinentibus.

Conf. Ziegl. §. 50.

27. An vero hæc pluralitas titulorum juris *(Utrum pro-*
canonici probet, quod hodie modus litigandi in jure *cessus Juris*
canonico præscriptus sit concinnior, perfectior & ac- *Canonici*
curator, quam ille, qui est descriptus in jure civili, & *præstet pro-*
ideo etiam passim receptus in foris nostris, ut quidam *cessus civi-*
volunt (a), de eo valde dubito, & ostendetur infra (b), *li.)*

P p 2

qua

qua occasione processus iste fuerit receptus in territoriis Germaniæ.

(a) *Mastr. d. n. 259.* (b) *cap. 21. & 22.*

Post Hildebrandum non amplius Pontifices usi nominibus occultantibus.

28 Valde etiam promoverunt hi dictatus, ut Clerus tandem deposita larva ostendere palam potuerit, quam intentionem habuerit in usurpatione titulorum quorundam, potestatem secularem caute obtegentium, e. g. Episcodalis audientiæ, canonum, decretorum &c. (a) Istitis enim temporibus non amplius dissimulatum fuit, Episcopalem audientiam in jurisdictionem, aditionem voluntariam in necessitatem, arbitrium in sententiam judicalem & rem judicatam, canones in leges, decreta in jura, codicem canonum in corpus juris Canonici transivisse (b).

(a) *Suprac. 18. §. 27.* (b) *Mastr. d. n. 259.*

Collectiones varia seculi undecimi.

29. Tempore Gregorii septimi vixit Anselmus Mantuanus, Episcopus Lucensis, qui novam collectionem canonum condidit, quæ utramque fere paginam facit in emendatione Gratiani, jussu Gregorii facta, & apud Antonium Augustinum de emendatione Gratiani. Post Anselmum, eodem seculo undecimo præcipue se accinxit Ivo Episcopus Carnutensis ad colligendos Canones duobus potissimum scriptis, quorum alterum decretum, alterum Pannomia vel Panormia appellatur, quia omnis generis leges complectitur, quamvis Pancirolus Hugonem Catalaunum, non diu post editum ab Ivone decretum, illud opus contrahentem, autorem Pannomiæ faciat. Eodem, quo Ivo tempore vixit, sed ante Ivonem scripsit Deus dedit, Romanæ Ecclesiæ Presbyter, duo volumi-

volumina, alterum de privilegiis Romanæ sedis, alterum collectionem Canonum. Forte etiam ad hoc XI. seculum pertinet Gregorius Presbyter, collectionem canonum edens, quam Polycarpum vocavit, item Bernardus Papiensis & autor libri, Populeti, sub quo titulo etiam quædam collectio canonum latitat.

Idem n. 260-276. Baluz. *præfat. ad Anton. August. de emend. Gratiani* s. 19-24.

30. Seculo duodecimo vero maxime desudatum est tam in explicandis, quam colligendis Canonibus inter Græcos pariter & Latinos. Græcos quod attinet (a), Johannes Zonaras scripsit commentarium in Photii Nomocanonem & codicem Ecclesiæ Orientalis. Alexius Aristinus iussu Imperatoris Joh. Comneni anno 1130. synopsis seu Epitomen canonum, Johannes Harmenopulus præter promtuarium juris & legum, similiter epitomen canonum, Matthæus Blastares Nomocanonem & synopsis conciliorum, Simeon Magister & Logotheta epitomen canonum conscripsere (b).

(a) De Latinis videbimus c. seq. (b) *Mastr. n. 278-294. Collectio-*

31. Ex istis, quæ hætenus enumeravimus scriptis ad jus Canonicum ante collectionem Gratiani pertinentibus, præcipuas collegit, & junctim edidit Christophorus Justellus, postea vero Lutetiæ Parisiorum 1661. auctius hoc opus & collectionem Patris publicavit filius Henricus Justellus, assumpto socio Guilielmo Voello, Theologo Sorbonico (a). Operis titulus est: Bibliotheca juris Canonici Veteris in duos tomos distributa. Habes hic codicem cano-

num Ecclesiæ universæ : Dionysii Exigui codicem Canonum & collectionem decretorum Romanorum Pontificum : Horum decretorum collectionem alteram : priscam canonum editionem latinam : Codicem canonum Ecclesiæ Africanæ : Ferrandi & Cresconii breviations canonum : Martini Bracarenfis collectionem canonum : Cresconii concordiam canonum : Johannis Scholastici collectionem canonum, & Nomocanonem : Alexii Aristini synopsis canonum : Simeonis Magistri & Logothetæ epitomen canonum : Arsenii Monachi Nomocanonem : Photii Patriarchæ Nomocanonem, & de septem Synodis œcumenicis : Balsamonis collectionem constitutionum ecclesiasticarum &c. Ut adeo, qui hoc opere, & corpore juris Canonici, quo hodie utimur, instructus est, nihil habeat tere, quod in amplissime sic instructa juris Canonici bibliotheca desideret, nisi forte compilationem Pseudo-Isidori, & pauca alia,

(3) Mastr. n. 415. 416.

CAP. XX.

De

Progressu juris Canonici a collectione Gratiani hucusque

SUMMARIA.

Gratiani concordantia discordantium Canonum. §. I. Monita circa controversiam de hujus collectionis autoritate. §. II. Industria Gratiani magna, judicium exiguum. §. III. Quod tamen excusatur. §. IV. Ut & fides Gratiani ab aliis accusata.

sata. §. V. Diversa vituperantium & commendantium Gratianum intentio. §. VI. Cavenda tamen Protestantium intempestiva commendatio Gratiani. §. VII. Quos videlicet latent arcana politica Papatus. §. IIX. Optanda comparatio doctrinarum saniorum apud Gratianum, cum Papismo hodiernum latitante inter Evangelicos. §. IX. Dissensus de autoritate decreti. Questiones varia hic distinguendæ. §. X. Decreti autoritas in scholis conciliavit eidem magnam auctoritatem in vita civili. §. XI. Usus & consuetudine, initio extrajudicalem, mox judicalem. §. XII. Et quidem ratione totius decreti. §. XIII. Eamque auctoritatem valde promoverunt Glossatores decreti. §. XIV. Collectiones quinq; privata post decretum Gratiani & earum usus. §. XV. Collectio sexta publica jussu Gregorii IX. §. XVI. Ea auctoritatem quidem decreti directo non diminuit. §. XVII. Sed tamen per indirectum. §. XIX. Novi collectionis Gregoriana. §. XIX. Sextus decretalium. §. XX. Clementina. §. XXI. Extravagantes. §. XXII. Harum auctoritas. §. XXIII. Magis tamen consuetudinaria, quam lege publica introducta. §. XXIV. Cur postea deserint novæ collectiones. §. XXV. Institutiones Lancelotti, non tamen confirmata. §. XXVI. Quas Lancelottus emendare non vult. §. XXVII. Cuius institutiones. XXIIIX. Glosse in Lancelotti institutiones. §. XXIX. Corpori juris Canonici adjiciuntur. §. XXX. Emendatio corporis juris Canonici, qua utimur. §. XXXI. Septimus decretalium. §. XXXII.

I.

JAm in viam, ut doceatur, quid diligentia Latini *Gratiani* seculo duodecimo in colligendis & explicandis *concordantia* Canonibus adhibuerint. Scilicet pervenimus *discordantium* jam ad juris Canonici, cujus hodiernum doctores *Canonum.* crea-

creamus, primam partem, ejusque historiam. Minutiæ de partibus ejus, paleis, modis allegandi & similibus cum ubivis sint obviæ (a), secure a nobis omitti poterunt. Rem ipsam, quod attinet, Gratianus Monachus, qui Bononiæ tempore Conradi III. Imperatoris studiis operam dedit, & vulgo Petri Lombardi, seu Magistri sententiarum, & Petri Comestoris, autoris historiæ scholasticæ, frater ex matre, hos tres uno puerperio ex adulterio aut scortatione pariente, audit, anno 1121. Decretum, quo utimur, scribere cœpit, anno autem 1151. perfecit, idque concordantiam discordantium canonum appellavit (b).

(a) Mastr. n. 314. 323--327. (b) Idem n. 294. 301. 304. seq.

Monita circa controversiam de hujus collectionis auctoritate.

2. De hac collectione Gratiani ejusque auctoritate cum sint varia variorum judicia, plerisque eam contemnentibus, aut de auctoritate (a) ejus dubitantibus, aut plane eam negantibus, vel (1) distinguentibus (b), ut paulo distinctius in his quæstionibus procedatur, quam vulgo fieri solet, quædam videntur esse monenda.

(a) Scilicet apud Catholicos seu Pontificios. De auctoritate apud Protestantos infra seorsim agetur. (b) Id. n. 308-322. Ziegl. de origin. Jur. canon. §. 38. 47.

Industria Gratiani magna. judicium exiguum.

3. Quod initio industriam in decreto hoc adhibitam (a) attinet, uti hanc nemo negabit, qui ipsum opus considerat, ita, quod judicium concernit (b), & fidem in recensendis scriptis, ex quibus excerpta ejus com-

(1) De distinguentibus vide infra §. 13.

compilata, & in excerptis ipsis adhibitam, negari nequit, eam valde esse exiguam, aut certe non optimam, neque post diligentiam Antonii Augustini in toto tractatu eruditissimo de emendatione Gratiani amplius ea de re ullum dubium remanere potest.

(a) Ziegl. s. 38. (b) Mastr. n. 318. seq.

4. Nollem tamen propterea, uti communiter ac in ipsis etiam Antonii Augustini dialogis (a) fieri solet, tantopere in ipsum Gratianum invehi. licet excusare ejus nævos debebat barbaries seculi & temporum, sub quibus scripsit. Nam, quod hodie & tempore Antonii Augustini inter libros exigui momenti ac usus numeretur, ideo factum, quod ob tot subsidia historica & elegantiorum literarum, quibus tempora illa carebant, gustus ingeniorum delicatior sit, quam temporibus Gratiani, ubi labra eruditorum delectabantur lactucis Magistri sententiarum & similibus.

(a) Sunt tamen ibi variæ personæ, & sæpe ipse Augustinus eum excusat.

5. Interim uti hæc observatio non liberat Gratiani fidem ab aliis accusatam, quod non fideliter in excerptis scriptis aliorum versatus fuerit, ita quoad hoc caput inquirendum, annon ipse bonus bona fide deceptus fuerit ab aliis, quorum compilationibus usus est.

Vid. ipsum Augustinum *dial. 6.* & Baluzium in *notis ad Gratianum p. 448-452.*

6. Consideranda etiam est vituperantium aut commendantium intentio. Alii critice hoc opus (Caut, Eccles.)

Qq

Diversa vituperantium & comm-

*commendanti-
um Gratiani
num intem-
tio.*

xaminaverunt (a), alii compararunt doctrinas Papatum stabilientes in Gratiani decreto cum doctrinis tyrannidis Papalis enormibus subsequantium temporum (b); unde non potuerunt non defensores crassioris illius Papatus taxare Gratianum, quasi minus tribuisset Papæ, quam par fuisset, & contra impugnatores tyrannidis illius commendare eundem, ac Papalium jurium defensores sæpe ad Gratianum ablegare.

(a) Ut Antonius Augustinus. (b) Ut Ziegl. §. 38. & auctores *ibid.* in fine citati: item Mastr. n. 319. & *ibid.* citati.

*Cavenda ta-
men Prote-
stantium
intempesti-
va com-
mendatio
Gratiani.*

7. Uti igitur non heri aud' nudius tertius inceptum est, theologicas controversias ex corporibus juris tractare, cum Cornelius a Rynthelen & Arnoldus Corvinus Protestantes ex corpore juris Justiniane, contra Innocentius Gentiletus, Johannes Hallerus, & Alstedius Pontificios ex decreto Gratiani oppugnaverint (a), ita tamen mallet, ut ex nostratibus multi (b) non ita sibi placerent in lectione Gratiani, & ejus usum tantopere commendarent. Non enim bonum iudicium est, quod status Ecclesiæ Protestantis conveniat cum temporibus Papatus, etsi non crassissimi, satis tamen crassi jam & adultioris. Sed facile excusabuntur; credo, ea parte Jcti, postquam non multum absimili argumento & comparatione intuitu temporum Caroli M. jam ante 40. annos in peculiari scripto usus est Christianus Nifanius (c).

(a) Mastr. d. n. 319. Huc pertinent etiam lectiones publicæ Strykianæ (2) (b) *Id.*, Mastr. *ibid.* (c) *In ostensione Theologica.*

(2) *Addè Marefium dissert. de jure Canonico §. 26.*

logica, quod Carolus M. in quamplurimis fidei articulis formaliter non fuerit Papiſta edita Francofurti 1670. quam anno 1700. refutare voluit Nicolaus Schaten in libris IV. de vita Caroli M.

8. Scilicet cum quis de damno Joſephi ſollicitus ſubinde in decreto Gratiani floſculos purioris doctrinæ quoad mores eccleſiaſticos deprehendit, quam quæ hodie non ſolum in praxi, ſed & quandoque in theoria regnat, & tamen de arcanis politicis Papatuſ non probe eſt informatus, (uti quidem paucis licet eſſe tam beatis (a),) is etiam facile decipitur, ut & iſta, quæ ad Papiſmi arcana pertinent, & tamen pietatis quandam ſpeciem præ ſe ferunt, eſſi nullam utilitatem, niſi fulcimentum Sacerdotio præbeant, admiretur, & præferat doctrinis multo ſanioribus vel juris Juſtiniani, vel morum patriæ (b).

Quos videlicet latent arcana politica Papatuſ.

(a) Ob neglectum ſtudii hiftorici, multis J Ctis communem. (b) v. g. in doctrinis de juramentis, b. f. in præſcriptione, uſuris &c.

9. Interim optandum eſſet, ut in confuſionem papiſmi latitantis, & in pudorem eorum, qui larva doctrinæ Evangelicæ ad eum occultandum uſuntur, quis ex J Ctorum numero comparationem Papiſmi ex iſtis ſanioribus decreti Gratiani doctrinis, cum illis, quæ hodie circa mores eccleſiaſticos apud Proteſtantes regnant, ſimiliter inſtituat. Quamvis hoc vix ſit ſperandum, quia veritas odium paritura eſſet inextinguibile & irremiſſibile.

Optanda comparatio doctrinarum ſaniorum apud Gratianum, cum Papiſmo hodiernum latitante inter Evangelicos.

10. Ab obſervationibus de bonitate operis Gratiani etiam dependent magnam partem obſervatio-

Diffenſus de auctori-

*satis decre-
ti. Qua-
siones va-
riae hic di-
stinguenda.*

tiones de ejus autoritate. Etenim defensores subsequents Paparus necessario ejus autoritatem impugnarunt, contra hujus majoris tyrannidis hostes etiam de autoritate decreti benignius senserunt. Sed tamen & hoc notandum, quod communiter misceri soleant (a) quaestiones distinctae de autoritate decreti hodierna apud Protestantes, cum quaestione de autoritate ejus apud Pontificios, & hic iterum autoritates diversorum temporum, ante publicatas videlicet a Gregorio IX. decretales & post eas; item quaestiones de autoritate decreti judiciali vel extrajudiciali, ac utriusque origine, utrum expressa sanctione, an tacito consensu pededentim fuerit introducta. Ergo paulo distinctius hic sed brevissimis erit procedendum.

(a) Etiam a Zieglero & Mastr. *dd. ll.*

*Decreti au-
toritas in
scholis con-
ciliorum ei-
dem ma-
gnam auto-
ritatem in
vita civili.*

II. Uti vero de autoritate decreti apud Protestantes infra peculiari loco videbimus, ita quoad reliquas quaestiones notandum, in eo convenire scriptores (a), quod decretum hoc Gratiani, sive Eugenii Papae III. jussu, sive ejus permisso, sit in scholas introductum, sive id jam factum fuerit, antequam Irnerius Bononiae coeperit jus Justinianum iterum in lucem producere & exponere, sive paulo post (b). Jam vero notum est, quantam autoritatem habeant adhuc hodie, etiam apud Protestantes, etiam in vita civili in omnibus facultatibus autores, ex quorum scriptis, tanquam ex fontibus veritatis, studiosis doctrinae cuiuscunque generis inculcantur, & qui a classibus au-
dito-

ditorum ad pedes suorum præceptorum sedentium, propterea classici appellantur (c).

(a) Ziegl. & Mastr. *dd. ll.* (b) Vid. hist. juris Romani & Germanici §. 125. & 141. Posterior sententia verosimilior (3), vide *programma nostrum inaugurale*. (c) Vide *disput. de fide juridica c. 2. §. 21.*

12. Conveniunt etiã in eo, quod, etsi is, qui *Usi st. &* vitam Gratiani scripsit, asseruerat, Eugenium III. hoc *consuetudine-* opus approbasse & legendum in publicis Gymnasiis *ne, initio* concessisse, id tamen non factum fuerit peculiari *extrajudi-* pistola decretali, vim legis collectioni Gratiani tribu- *cialem, mox* ente. Igitur ex dictis sequitur, auctoritatem decreti *judicialem,* initio fuisse extrajudicialem & Academicam, usu magis & consuetudine, quam expressa sanctione introductam, postea vero æque ac jus Justinianum paulo ante de novo repertum, ut naturaliter fieri solet, a iudicibus & eorum assessoribus ex scholis in forum & iudicia, etiã usu & consuetudine, pededentim esse translatum.

13. Et cum illis temporibus omnia supersti- *Et quidem* tione essent repleta, & auctoritas docentium maxima *ratione* esset, nullum est dubium, totum decretum Gratiani, *et* utpote quod cum doctrina Professorum Theologiæ *tius decho-* illorum temporum egregie conveniret, in iudiciis habuisse vim legalem, etiã absque distinctione specierum & ordinum quatuor, quam alias Augustinus Barboza, dum de auctoritate decreti agit, adhibere solet, distinguens videlicet contenta decreti in excer-

Q 9 3

pta

(3) *Adde infra dicta cap. 21, §. 28. lit. a in fine*



pta ex SS. Patribus, sententiam ipsius Gratiani, pa-
leas, & leges civiles. (4)

Vid. Ziegl. §. 42. (5)

*Eamque au-
toritatem
valde pro-
moverunt
Glossatores
Decreti,*

14. Accessit & auxit auctoritatem decreti Gra-
tiani, quod viri eruditione (secundum captum illo-
rum temporum) & auctoritate conspicui, Laurentius
Cremensis, Vincentius Castillioneus, Hugutio Epi-
scopus Vercellensis, jam ante glossatorem Germani-
cum Johannem Semecam Glossis suis opus Gratiani
illustraverint (a). Uti enim ex historia juris Justi-
niani constat, glossarum auctoritatem in judiciis il-
lorum temporum fuisse auctoritati legum æqualem,
imo sæpius auctoritatem legum superasse, ex per-
suasione irrationali admiratorum glossæ, etsi glossa-
tores haud dubie potestatem legislatariam non ha-
buerint; ita non est mirandum, quod decretum Gra-
tiani eodem fato illis temporibus vim legalem obti-
nerit etiam in judiciis.

(a) Mastr. n. 334.

*Collectiones
quinq, pri-
vate post
decretum
Gratiani &
earum usus.*

15. Duravit ea auctoritas usque ad collectio-
nem decretalium Gregorii IX. quam aliæ quinque
collectiones epistolarum decretalium præcesserunt,
omnes tamen post Gratiani decretum institutæ, pri-
ma Bernhardi Circaë, secunda Johannis Gallensis,
tertia Petri Beneventani, quarto anonymi, quinta
Tancredi Bononiensis, omnes fere (6) privata auto-
ritate conscriptæ (a). Hæ autem collectiones abun-
de

(4) Conf. supra notata hoc capite §. 2. (5) adde Mastricht. n. 310. (6) Nam ter-
tia & quarta auctoritate Innocentii III factæ sunt.

de docent, quale Pontificum Romanorum post Gratianum spatio LXX. annorum fuerit studium (b). Majorem quidem quam par erat potentiam eis tribuerat Gratianus, sed minorem, quam eorum exigebat ambitio. Sibi ipsis igitur, quod deesse observaverant, in decretalibus adscribere haud verebantur. Priores quatuor antiquas collectiones edidit Antonius Augustinus, quintam publicæ luci primus exposuit Innocentius Cironius Academiae Tholosanæ Cancellarius.

(a) Mastr. n. 336. 352. (b) Ziegl. *ib.* 51.

16. Quinque vero istæ collectiones (a) cum & *Collectio sexta publica jussu Gregorii IX.* prolixitate constitutionum & numero quoque suo viderentur esse minus tractabiles, Gregorius IX. Pontifex sextam, quæ reliquarum compendium esset adornare animum induxit, selegitque eam in rem Raymundum de penna forti, Capellanum & pœnitentiarium suum, ac hujus opus sua autoritate confirmavit anno 1230, ac voluit, ut exhinc nulla alia in scholis & judiciis valeret compilatio, neque quis aliam sine speciali sedis Apostolicæ autoritate facere præsumeret. Hac enim ratione privata illa compilatorum studia, quæ confusionem & corruptionem decretalium inducere poterant, coercere voluit.

(a) Ziegl. *ib.* 52. Mastr. n. 353.

17. Cum igitur hac ipsa constitutione Pontifex priores istas quinque collectiones decretalium ex scholis & judiciis (a) ejecerit, decretum vero Gratiani intactum reliquerit, quin potius ab illo tempore decretum & decretales tanquam partes integrantes *Ea auctoritatem decreti quidem directam non dimittit.* juris

juris canonici perpetuo fuerint conjunctæ : iterum evidens est, quod tantum absit, ut per publicatas decretales autoritas decreti directo fuerit diminuta, ut potius apud multos fuerit aucta, adeo, ut in proverbium abierit, male cum rebus humanis actum esse, ex quo decreto alæ accesserint (b).

(a) Modo observavimus §. 12. usum scholarum & judiciorum plerumque conjunctum esse. Quæ observatio rursus per verba hæc constitutionis Pontificiæ egregie illustratur. (b) Duar. ap. Ziegl. §. 52. *Depuis que decretis eurent ales, Et gens d'armes portent males, Moines allerent à cheval, en ce monde aborda tout mal.* Rabel. l. 4. pag. 783.

*Sed tamen
per indire-
ctum.*

18. Per indirectum vero aliquid subinde de auctoritate decreti diminutum esse, facile docent, quæ de causa impulsiva multiplicatarum epistolarum decretalium modo (a) notavimus. Unde necesse fuit (b), ut multa in decreto continerentur, quæ postea in decretalibus, sexto, Clementinis & extravagantibus abrogata fuerunt, & exinde dici cœpit, nonnulla a Gratiano per errorem inserta esse, quæ cum veritate pugnare deprehendantur. Quamvis ea sententia tantum fuerit Canonistarum, Legistis ac Gibellinis, seu illis, qui jura imperii contra Sacerdotium defendebant, haud dubie præferentibus decretum epistolis decretalibus.

(a) §. 15. (b) Delrius apud Mastr. n. 319.

*Novi colle-
ctionis Gre-
goriana.*

19. Quamvis vero ipse Gregorius in præfatione operis profiteatur (a), se multa inutilia refecasse ex antiquis compilationibus, queruntur tamen ipsi cen-

censores Romani (7), quod sæpe utilia refecerit, eamque ob rem eum cum Triboniano comparant, nisi quod Tribonianum Raymundo doctiorem faciunt. Hæc ratio est, cur ubique in decretalibus occurrat: & infra. Hoc pacto equidem constitutiones breviores factæ sunt, sed & simul obscuriores, ut etiam in jure Pontificio versatissimi interpretes, qualis haud dubie est Panormitanus, si neglexerint ex antiquis collationibus verum sensum eruere, sæpius gravissime hallucinati fuerint. Quamobrem censores Romani (b) necessarium putarunt, verba illa ommissa iterum supplere. Porro ex unius sæpe rescripti corpore plura veluti membra sub variis titulis posita fuerad exemplum codicis Theodosiani & Justiniani. In prioribus etiam collectionibus inscriptionum & nominum certior scriptura fuit.

(a) Ziegl. §. 52. Mastr. n. 353. (b) Mastr. n. 364.

26. Propter prohibitionem igitur Gregorii

IX. (a) de non colligendis privata autoritate decreta- *Sextus de-*
libus per 70. annos nullæ novæ collectiones fuerunt *cretalium.*
editæ, donec Bonifacius VIII. Pontifex arrogans, a-
varus, ambitiosus, turbulentus & omnibus viribus id
agens, ut omnis potestas temporalis Regibus aufer-
retur, & sedi Pontificali vindicaretur, anno 1297. pu-
blicaret novam decretalium collectionem, quæ sex-
tus decretalium appellatur, præcipue ea intentione,
ut non solum Pontificum post Gregorium IX. &
conciliorum sub iis habitorum, sed & proprias con-

(Caut. Eccles.)

R r

stitu-

(7) Confer infra s. 31. bujus capituli,

stitutiones ad minuendam potestatem secularem ple-
rumque respicientes, canonizaret.

(a) Ziegl. §. 54. Mastr. n. 366.

Clementina.

21. Eadem ratio est collectionis a Clemente
V. inceptæ (a), quæ hujus Pontificis & concilii Vien-
nensis constitutiones, quæ hodie sub Clementinarum
nomine citantur, continet, & quæ a successore ejus
Johanne XXII. anno 1317. publicata fuit.

(a) Ziegl. §. 57. Mastr. n. 371.

*Extrava-
gantes.*

22. Quæ post Clementinas in corpore juris
Canonici leguntur (a) collectiones, ideo extravagan-
tium nomine veniunt, quod olim vagarentur extra
corpus collectionum canonicarum, videlicet a pri-
vatis privata autoritate factæ, extravagantes quidem
Johannis XXII. anno 1340; extravagantes commu-
nes vero demum post annum 1494.

(a) Ziegl. §. 58. Mastr. n. 372--383.

*Harum au-
toritas.*

23. Unde non solum, qui præfationes præmi-
serunt (a) Johannes Franciscus de Pavinis & Hiero-
nymus Clarius rationem docent inquirendi, utrum
extravagans haberi debeat pro indubitata, sed &
Guilielmus Occam cœtaneus Johannis XXII. de hu-
jus extravagantibus ingenue testatur, a multis eas
deprehendi tanquam hæreticas & omnino falsas.
Postquam tamen utraque collectio corpori juris ca-
nonici inserta est, magnam, apud Pontificios & Ca-
nonistas imprimis, facit fidem.

(a) Ziegl. & Mastr. *ibid.*

*Magis id
tamen consue-*

24. A quo & cujus jussu utraque ista collectio
corpori juris canonici inserta fuerit, non facile con-
stat.

stat. Jussu publico id non esse factum, exinde con-
 jicere licet, quod adhuc hodie ut extravagantes citari
 soleant. Igitur probabile est, ut, quemadmodum o-
 lim in tenebris papisticis decretum Gratiani per scho-
 las in forum transiisse, ibique autoritatem sibi acqui-
 sivisse autoritate Professorum decretum exponenti-
 um, supra (a) notavimus, ita & illæ epistolæ extrava-
 gantes, utpote iis temporibus editæ, quibus supersti-
 tio ad summum culmen pervenerat, eodem modo
 per autoritatem Professorum juris canonici insertæ
 fuerint, adeoque non tam, ut ex doctoribus modo
 (b) notavimus, magnam fidem apud canonistas post
 insertionem consecutæ, quam post consecutionem
 magnæ fidei corpori juris insertæ sint.

(a) §. 11. & 12. (b) §. præced.

25. Ab illo tempore vero quies fuit, nec am-
 plius novæ collectiones constitutionum Pontificia-
 rum prodierunt, autoritate aliqua præditæ. Causa
 forte fuit, quod per collectiones præcedentes visum
 fuerit, satis prospectum esse autoritati Pontificiæ, &
 quod adeo per earum explicationem in scholis & au-
 toritatem in judiciis, cuilibet persuaderetur præemi-
 nentia Papæ, Episcoporum & Cleri præ magistratu
 politico. Vel etiam dicere poteris, sensisse Pontifi-
 ces, solam publicationem epistolarum decretalium, &
 earum collectiones novas ad stabiliendam aut fir-
 mandam tyrannidem illam acquisitam non sufficere,
 sed alijs artibus esse opus, cum legistæ conatibus ca-
 nonistarum se omnibus modis opponerent, ac jura

Rr 2

Impe-

Imperatorum autoritate sua contra Canonistas tueri niterentur. Forte etiam pro ratione afferri poterit, quod post reformationem mox secutam Pontifices in constitutionibus suis dulcius canere cœperint &c.

*Institutio-
nes Lance-
lotti non
tamen con-
firmata.*

26. Deerant vero juri canonico institutiones (a). Has multa industria seculo decimo sexto descripsit Johannes Paulus Lancelottus. Sed dum a Pontifice majoris honoris ergo confirmationem expetit, ab æmulis & adversariis decipitur ac impeditur, ne voti compos fiat, ut ipse latius descripsit (b); Tandem vero sentiens, se frustra expectare Pontificiam confirmationem, publicavit institutiones suas privata autoritate anno 1563. mense Augusto, ante finitum mense Decembre ejusdem anni concilium Tridentinum, ne videlicet, si diutius distulisset editionem, cogereetur multa emendare secundum canones illius concilii.

(a) *Mastr. n. 388.* (b) In commentariolo ea de re confecto, qui reperitur post editionem harum institutionum Coloniensem 1609. Unde potissima decerpfit Zieglerus in notis ad proœm. Lancelotti.

*Quas Lan-
celottus e-
mendare
non vult.*

27. Edito concilio rogatus est sæpe Lancelottus (a) ut mutata in concilio infereret institutionibus suis, quod tamen facere detrectavit, semper exemplum Justiniani prætexens, quamvis parum convenienter.

(a) *Mastr. n. 388. Ziegl. ad proœm. Lancel.*

*Cuchi insti-
tutiones.*

28. Eodem fere tempore Antonius Cuchus institutiones scripsit ac anno 1564. publicavit, quas postea Samuel Maresius cum notis edidit, sed confir-
ma-

mationem earum, haud dubie exemplo Lancelotti admonitus, a Pontifice non petiit. Sunt, qui putant Cuchum & propter brevitatem & propter majus, quod spirant institutiones ejus judicium, Lancelotto palmam dubiam facere.

(a) Ziegl. *ibid.* Mastr. n. 388.

29. Apud Pontificios vero haud dubie Lancelotti institutiones majorem applausum consecutæ sunt, dum mox post publicationem earundem in scholis exponi & glossis adornari cœperunt. Glossarum autor quis sit, mihi non constat. Accesserunt postea duorum Professorum Perusinarum, Johannis Baptistæ Bartolini & Antonii Timothei, illius Jcti hujus Theologi annotationes. Prior casuum appositione potissimum voluit illustrare textum Lancelotti, hic vero magis ad consensum Theologorum & concilii Tridentini eum explicare intendit.

Glossæ in Lancelotti institutiones.

Horum annotationes cum reliquis glossis prodierunt Coloniz 1609.

30. Initio etiam seculi decimi septimi ab aliis sed frustra tentata est approbatio harum institutionum, id tamen fuit obtentum, ut illæ corpori juris canonici adjicerentur.

Corpori juris Canonici adjiciuntur.

Mastr. n. 388.

31. Interim tentavit etiam Pius Papa IV. (a) sub quo vulgatio concilii Tridentini contigit (b), emendationem decreti Gratiani, sed quæ demum sub Gregorio XIII. perfecta & anno 1582, (c) publicata fuit:

Emendatio corporis juris Canonici, quantum.

R. r. 3

fuit:

fuit: ab emendatoribus (8) etiam decretales suæ integritati restitutæ & ex anterioribus collectionibus suppletæ sunt. Et hac emendatione hodie utimur (d).

(a) *Mastr. n. 390. seq.* (b) Unde videtur quidem emendatio hæc esse instituta, ut decretum conveniat cum concilio Tridentino; confer supra §. 27. sed tamen, si præfationem ipsius Gregorii XIII. attendas, non poteris inde divinare, an aliquid in textu Gratiani mutatum sit. (c) *Mastr. ibid.* Pontificatus anno undecimo. Sed in præfatione Gregorii XIII. decreto præmissa, ad quam provocat Mastricht, extat annus 1580. Pontificatus nonus. (d) Ut statim præter præfationem dictam ostendit titulus.

*Septimus
decretalium.*

32. Seculo decimo sexto decurrente anno 1590. Petrus Matthæus Jctus Lugdunensis privata autoritate collegit septimum decretalium, sed hujus labor a nullo Pontifice approbatus, quibusdam tamen novioribus corporis juris editionibus etiam privata solum autoritate adjectus est.

Mastr. n. 407.

CAP. XXI.

De

Autoritate juris Canonici in Germania usque ad tempora reformationis,

SUMMARIÆ.

De autoritate juris canonici in genere. §. I. In specie de autoritate canonum conciliorum. §. II. Et epistolarum decretalium.

§. III.

(8) Repere supra de *clavos* capite §. 19.

§. III. *Qua ubiq; magna fuit.* §. IV. *Non tamen universalis.* §. V. *Libertas ecclesiarum tot seculis contra Papam defensa parum prodest imperio.* §. VI. *Ob praedictum de regiminis ecclesiastici independentis a potestate Laicorum forma monarchica vel aristocratica.* §. VII. *Continuatum etiam post tempora reformationis.* §. IIX. *Obscuritas definitionis libertatum Ecclesiae.* §. IX. *Autoritas juris Pontificii in Gallia minor, quam in Germania.* §. X. *Autoritas juris canonici in Germania sub linea Merovinga.* §. XI. *Seculo octavo per Bonifacium Episcopum in Germania valde promotum.* §. XII. *Codex Dionysii Exigui sub Carolo M. introductus.* §. XIII. *Capitularia Carolingorum & autoritas sub iis juris canonici.* §. XIV. *Germani Episcopi auxilio sunt Papa, collectio Pseudo Isidori Moguntia efficta.* §. XV. *Juris canonici autoritas estimanda ex autoritate Paparum & Episcoporum.* *Pape autoritas magna per Pipinum quaesita.* §. XVI. *Autoritas Pape & Episcoporum sub Carolo M. & Ludovico Pio.* §. XVII. *Item sub Ludovico Germanico.* §. XVIII. *Sub reliquis Imperatoribus Carolingis.* §. XIX. *Sub Imperatoribus Saxonibus.* §. XX. *Collectio Burchardi Wormatiensis.* §. XXI. *Sub Henrico III.* §. XXII. *Sub Henrico IV.* §. XXIII. *Sub Henrico V.* §. XXIV. *Sub Lothario Saxone.* §. XXV. *Sub Conrado III.* §. XXVI. *Sub Fridrico I.* §. XXVII. *Decreti autoritas in Germania sub Fridrico.* §. XXVIII. *Autoritas Pape & Episcoporum sub Henrico VI. & successoribus.* §. XXIX. *Sub Fridrico II.* §. XXX. *Furor Paparum erga hunc Imperatorem.* §. XXXI. *Autoritas decreti & decretalium sub Fridrico II.* §. XXXII. *Innocentii IV. Pontificis commentaria in decretales.* §. XXXIII. *Autoritas Pontificia & Juris Canonici tempore interregni.* §. XXXIV. *Potentia Pontificum sub Rudolpho I. & successoribus.* §. XXXV. *Incrementum & autoritas juris canonici sub iisdem.* §. XXXVI. *Sub Ludovico Bavaro po-*

tentia Papalis crescere desit. §. XXXVII. Acta sub Carolo IV. & successoribus. §. XXXIIX. Sub Sigismundo. §. XXXIIX. Sub Friderico III. §. XL. Autoritas juris canonici in Germania major, quam juris civilis tum propter tempus receptionis. §. XLI. Tum propter credulitatem & persuasionem illorum temporum. §. XLII. Primum falsum communis doctrina de autoritate juris canonici in Germania. §. XLIII. Regula de autoritate juris canonici, intuitu juris patrii & morum Germania. §. XLIV. Qua regula probatur. §. XLV. Et explicatur. §. XLVI. Regula altera de autoritate juris canonici intuitu juris civilis. §. XLVII. Communis sententia. §. XLIIIX. Quod in terris Imperii praevaluerit jus civile partim falsum, partim obscurum est. §. XLIX. Limitationes praevalentiae juris civilis in terris Imperii addita totam regulam tollunt. §. L.

I.

De autoritate juris canonici in genere.

DE autoritate decreti a Gratiano collecti jam quaedam diximus in capite praecedente (a). Hic vero antequam de autoritate juris canonici in Germania sententiam nostram aperiamus, quaedam praenotanda sunt de autoritate juris canonici in genere. Ubi ante omnia distinguendum erit inter canones conciliorum & epistolas decretales Pontificum.

(a) *C. praeced. §. 18. seq.*

In specie de autoritate canonum conciliorum.

2. Concilia quod attinet, etsi Episcopi non haberent potestatem legislativam, cum tamen concilia congregarentur autoritate Imperatorum vel Regum, ac decreta eorum & canones ab Imperatoribus & Regibus confirmarentur, acceperunt hi cano-
nes

nes atque hæc decreta conciliorum, auctoritatem suam ab ipsis Imperatoribus & Regibus, & hoc intuitu obtinuerunt vim & efficaciam legum aliarum scriptarum, sive expressa regentium voluntate promulgatarum & majorem quidem, quam aliæ leges scriptæ, quia ab ipsis Imperatoribus tanquam divinæ scripturæ erant approbatæ.

Vid. cap. 19. n. 8. & 13.

3. Sed decretales Paparum epistolas quod *Et epistolæ* concernit, eæ regulariter auctoritatem legum acce- *rum decre-* perunt ex tacita receptione, quia, uti Papæ nunquam *talium.* habuerunt potestatem legislativam intuitu Imperatorum & Regum Christianorum, neque etiam eandem, cum decretales epistolas ederent, ab Imperatoribus & Regibus impetraverant, aut easdem ab his confirmari curaverant, ita non potuit jus canonicum hac parte vim aliquam obtinere, nisi ex consensu utentium. Accedit, quod multæ decretalium epistolarum editæ essent tempore litigii inter imperium & sacerdotium, & potestatem imperatoriam & regiam deprimere, contra potestatem papalem extollere intenderent.

4. Interim tamen nullum est dubium, quod *Qua ubique* hoc non obstante etiam decretales epistolæ & totum *magna fuit.* jus canonicum, quo hodie utimur, in universo orbe Christiano fere ubique magnam obtinuerint auctoritatem, partim ob barbariem illorum seculorum & superstitionem, partim ob auctoritatem Episcoporum, partes Paparum tenentium, utpote quorum ope po-

(*Conf. Eccles.*)

S s

tis

tiffimum Papæ in movendis & conservandis diffidiis internis uterentur, partim ob autoritatem doctorum juris canonici in Academiis a Papis vel institutis vel confirmatis.

*Non tamen
universalis.*

5. Cum tamen in illo diffidio imperii & sacerdotii Imperatores & Reges subinde etiam Episcopos non parvæ autoritatis haberent, qui ab eorum partibus starent, & in Academiis etiam doctores juris civilis jura Imperatorum adversus tyrannidem papalem tuerentur, ac præterea multi Duces & Principes laici similia facerent, tuto asserere poterimus, autoritatem juris canonici & epistolarum imprimis decretalium non obtinuisse autoritatem universalem in orbe Christiano.

*Libertas Ec-
clesiarum
tot seculis
contra Pa-
pam defen-
sa parum
prodest im-
perio.*

6. Quemadmodum vero id v. g. de Græcis, republica Veneta, observarunt jam alii (a), ita, quod in specie regnum Germaniæ attinet, non diffiteri equidem possumus, quod in diffidio inter imperium & sacerdotium utcunque defenderit autoritatem Ecclesiarum suarum adversus autoritatem Papæ; sed cum tamen sub nomine Ecclesiæ intelligantur non tam Imperator & Principes seculares, quam Episcopi cum Clero, qui error, ut jam alibi notavimus (b), est fundamentum præcipuum papatus, hinc facile patet, quod omnes illi, qui ante reformationem pro imperio contra Papam scripserunt, quos collegit Goldastus (c), non tam pro imperio, quam pro sacerdotio, contra Papam quidem, sed non contra sacerdotium scripserint, atque adeo ejusmodi disputationibus non potue-

potuerit multum in favorem Imperatorum & Regem promoveri, cum Episcoporum regulariter magis interfuerit, ut exemptia potestate seculari dependerent a Papa, quam ut semel potestati seculari subtracti auctoritatem super laicos tot seculis acquisitam iterum amitterent.

(a) Strauch. *de auctoritate juris canonici* §. 37. (b) In hist. juris naturæ c. 3. §. 39. (c) Sub titulo Monarchiæ imperialis in tribus tomis, conf. D. Cocceji *instit. jurispr. publicæ* c. 18. §. 19. seq.

7. Primaria quæstio, de qua tum temporis *Ob præjudi-* disceptatum fuit adversus Papam, in eo constitit, an *cium de re-* regimen ecclesiasticum debeat esse monarchicum an *giminis ec-* aristocraticum, & huic affinis, an Papa sit supra con- *clesiastici in-* cilia, an concilia supra Papam? Quocunque autem *dependentis* modo hanc quæstionem definias, parum aut nihil in- *a potestate* de decedit auctoritati Sacerdotii, & parum aut nihil in- *Laicorum,* de lucratur potestas secularis, quamdiu videlicet fun- *forma mo-* damenti loco supponitur, duas esse potestates in re- *narchica* publica independentes, secularem & ecclesiasticam, *vel aristo-* quod in omnibus illis scriptis adversus Papam pro *cratica.* Imperatoribus factum est.

3. Eadem pene est ratio autorum superioris *Continuâ-* seculi, Marci videlicet Antonii de Dominis (a) & Petri *cum etiam* de Marca (b). Unde dolendum est, JCos Protestan- *post tempo-* tes hætenus per aliquot secula eadem lyra lyrasse, *ra reforma-* atque hoc modo jura Principum evangelicorum cir- *tionis.* ca sacra insufficienter explicasse (c). Nec majoris usus esse videtur tractatus alius eruditus & optima ex intentione ac magna cum cura conscriptus, Johannis

Schilteri de libertate Ecclesiarum Germaniæ, cum fundamenta in capitibus prioribus (d) tractatus parum differant a principiis scriptorum hæctenus memoratorum. Postquam vero Pufendorfius ex parte (e) & post eum alii (f) fundamentales illos errores ita perspicue ostenderunt, ut dissentientes, quorum interest etiam hodiernum illos studiosæ juventuti inculcari, nihil solidi contra afferre potuerint, tandem aliquando deberemus desinere adhærere doctrinis inutilibus.

(a) In tractatu *de republ. eccles.* (b) *de concordia Sacerdotii & imperii*, Conf. *Ejusdem cap. 3. dissert. de differentia clericorum & laicorum*. (c) Ita Carpzovius JCrus & cum eo reliqui defendunt regimen Aristocraticum in Ecclesia, vid. pluribus *supra cap. 17.* (d) *lib. 1. cap. 1. & 2.* (e) *de habitu relig. ad remp.* (f) Vide nostra scripta varia de jure Principis circa sacra.

*Obscuritas
definitionis
libertatum
Ecclesie.*

9. Illustrantur hæctenus dicta ex definitione libertatis Ecclesiæ. Defensores libertatis Ecclesiæ Gallicanæ adversus Pontificem, Petrus de Marca, Richerius, Puteanus, alii, eam definiverunt, quod consistat in observando jure antiquo canonico seu decretis conciliorum universalium, non receptis epistolis decretalibus Pontificum, Papæ absolutam potestatem tribuentium (a). Vides, jura antiqua canonica & concilia confirmaverant autoritatem sacerdotii in genere supra laicos, non Papæ in specie. Et tamen hanc definitionem satis obscuram & falsam esse, atque sic sub nomine libertatis Ecclesiarum nescio quid occultari posse, docuit non inepte autor, qui pro
jure

jure papali adversus defensores istos discussionem edidit (b).

(a) Autor tractatus *de libertatibus Ecclesie Gallicane editi Leodii 1689, lib. 1. cap. 3.* (b) Dict. Autor. *d. l. 1. cap. 4. & seq.*

10. Quicquid vero sit de libertate Ecclesie in genere, illud tamen certum est, libertatem Ecclesie Gallicane majorem fuisse, quam Ecclesie Germanicæ, & intuitu potestatis Pontificiæ & autoritatis juris canonici plus indulgisse Romanæ sedi Imperatores Germaniæ quam Reges Galliæ (a). Quando vero originem sumserit illa libertas nostra, non interest discutere (b), sed potius jam videamus paulo distinctius dependentiam Episcoporum Germaniæ a Pontifice Romano, & hanc concomitantem autoritatem juris canonici in Germania.

*Autoritas
juris Ponti-
ficii in Gal-
lia minor
quam in
Germania.*

(a) Strauch. *d. dissert. de aut. jur. can. §. 36-37.* (b) Vid. interim dict. autorem *lib. 1, cap. 14, 15, 16.* Confer tamen Strauch. *d. §. 36.*

11. Igitur uti nullum est dubium, quod in regno Francico sub linea Merovinga post conversionem Clodovei Magni, magna semper fuerit Paparum Romanorum & cleri papizantis, ac Regibus subinde satis audacter se opponentis, veneratio (a), ita nulla subest ratio dubitandi, quod non etiam in regno Francico sub linea Merovinga in autoritate fuerit jus canonicum illorum temporum, id est codex canonum Ecclesie universæ (b), cujus adeo regulæ vivendi & credendi etiam fuere receptæ, salvis tamen in

*Autoritas
juris cano-
nici in Ger-
mania sub
linea Mero-
vinga.*

reliquis moribus Francorum , in multis a moribus Romanis differentium.

(a) Vide Gregor Turonens. *passim*. Dissert. *de orig. feudal.* s. 10. lit. a. p. 25. & §. 15. lit. d. p. 73. (b) Gregor. Turonens. l. 5. c. 18. Schilter. *de libert. eccles. Germ.* 11. 12. 25. Mastr. n. 80. seq.

Seculo octavo per Bonifacium Episcopum in Germania valde promotus,

12. Seculo octavo (a) Gregorius III. Pontifex Bonifacium Episcopum Germaniæ, præstito ab hoc prius juramento fidelitatis, constituit, eique librum decretorum & institutionum ecclesiasticarum donavit, ut tam clerici quam laici secundum eas instituerentur, Huic etiam Bonifacio debetur necessitas accipiendi pallii Episcopalis, tanquam signi subjectionis & dependentiæ a Papa (b). Igitur jam eo tempore in Germania non solum decreta & canones conciliorum , sed & decretales epistolæ Pontificum in Germania ope hujus Bonifacii magnæ cœperunt esse autoritatis,

(a) Circa ann. 723. usque ad 748. &c. sub Leone Isauro & Constantino Copronymo, item Carolo Martello.

(b) De Bonifacio communiter tanquam de viro omnino sancto & pio loqui solent etiam nostrates. Sed tamen post centuriatores & Spangenbergium ab ipso Sagittario *passim* citatos, Sagittarius in *antiquitatibus Gentilissimi & Christianismi Thuringiaci* paulo distinctius ostendit viri nævos & errores satis crassos & palpabiles, item damna, quæ per eum passa est Germanica libertas, lib. 1. cap. 6. seq. & lib. 2. c. 1. seq. Adde Schilterum *de libert. eccles. Germ.* 11. 6. §. 1. 9. & ult. 11. 8. §. 4. 6. 12. III. 6. 5.

Codex Dionysi Exigui

13. Ejusdem seculi anno vel 73. vel 87. Hadrianus Papa obtulit Carolo M. peculiari epistola (a) codi.

codicem canonum Ecclesiæ Romanæ a Dionysio col-^{sub Carolo} lectum, cui postea variæ Epistolæ decretales Pontifi-^{M. introdu-} cum insertæ fuerunt, ad novam sacram monarchiam ^{ctus.} conducentes. Quanquam autem non sine magnis contradictionibus hoc novum jus fuerit obtrusum Ecclesiis Germanicis (b), vicit tamen fatalitas, & novellarum decretalium autoritas.

(a) Quam exhibet Mastr. n. 78. (b) Baluzius in præfatione ad Regin. de discipl. Eccles. (c) Schilter. d. l. II. 12 - - 25. Mastr. n. 191.

14. Ipsius vero Caroli M. extant multæ leges ^{Capitularia} ecclesiasticæ, ut & Ludovici Pii, quæ postea collectæ ^{Carolingorum & au-} sunt ab Ansegiso Abbate Lobienſe & Benedicto Le-^{toritas sub} vita, magno fautore sedis Romanæ, sed subinde con-^{iis juris ca-} fuse & sine ordine. Hisce capitulis accessit aliud ca-^{nonici.} pitulare Caroli Calvi. Capitularia hæc typis impressa primus edidit Petrus Pithœus Lutetiæ anno 1588. Postea ibidem anno 1624. Jacobus Sirmondus Jesuita aliam editionem paravit a priore in quibusdam differentem (a). Novissime 1677. Stephanus Baluzius cum variis iisque eruditis augmentis capitularia Regum Franciæ edidit. Etsi vero Carolus M. libertatem Ecclesiæ Germanicæ in eo defenderit, quod in concilio Francofurtano anno 794. damnata fuerit iconolatria (b), ostendunt tamen ipsa ejus & successorum capitularia, quam magnæ autoritatis fuerint jam illis temporibus in Germania Episcoporum, partim etiam Papæ decreta, ut adeo nullum sit dubium, quin sub Carolingis in Germania jura cano-
nica

nica & ordinationes Episcoporum ecclesiasticæ in viridituerint observantia.

(a) Mastr. n. 192. usque 220. (b) Mastr. n. 192, Schilt. de L. E. G. II. 10. 2. seq.

*Germani
Episcopi
auxilio
sunt Papa.
Collectio
Pseudo Isidori
Moguntia effi-
cta.*

15. Quemadmodum autem in controversia subsequen-
tium seculorum inter sacerdotium & im-
perium, Pontifices auxilio Episcoporum Germaniæ
sæpius usi sunt adversus Imperatores, ita jam ab aliis
observatum fuit, quod primi omnium Præsules Mo-
guntini Epistolarum a Pseudo Isidoro Romanis Pon-
tificibus suppositarum collectionem in lucem protra-
xerint, & per totum orbem disseminaverint, sive Ri-
culphi, qui an. 787. ad Archi-Episcopatum pervenit, &
obiit anno 815,) sive aliorum, qui Riculpho supervixe-
runt, arte conquistæ fuerint, ex quibus suspicio ma-
xima cadit in Benedictum Levitam, modo memora-
tum capitularium collectorem.

Mastr. n. 226.

*Juris cano-
nici autori-
tas estiman-
da ex auto-
ritate Papa-
rum & E-
piscoporum.
Papa auto-
ritas magna
per Pipinum
quæsitæ.
Autoritas
Papa & E-*

16. Non melius vero poterit autoritas juris
canonici in Germania per singula secula æstimari,
quam si expendatur autoritas ipsius Pontificis & Epi-
scoporum per singula secula, ut qui autores hujus ju-
ris sunt. Autor lineæ Carolingicæ Pipinus maxi-
mam autoritatem Papæ Romano conciliaverat in
toto regno Francico, quod ejus ope reliquias lineæ
Merovingicæ a folio detruferat. Ita enim Papæ
concessa fuerat potestas deponendi Reges & popu-
lum ab obligatione & juramento absolvendi.

17. Quamvis autem Carolus M. autoritatem
suam & potestatem regiam in regno Germanico ad-

ver-

versus Pontifices Romanos sartam tectam conserva-
 verit, notum tamen est ex historiis, quam iniqua pas-
 sus fuerit partim a Pontifice, partim ab Episcopis
 Germaniæ filius ejus Ludovicus non aliunde, quam
 ex hac patientia infausta Pii cognomen meritus.

18. In comitiis Confluentanis anno 860. ubi
 pax inter Ludovicum Germanicum & fratrem Ca-
 rolum ac ex fratre nepotem Lotharium II. inita est,
 simul quidem abusus excommunicationum in ordi-
 nem fuit redactus (a), sed tamen ex ipso capitulo pa-
 tet, quod regia potestas in usu excommunicationum
 arbitrio Episcoporum magnam partem subjecta
 manserit (†), ut adeo in illa coercitione umbra saltem
 veræ libertatis ecclesiasticæ & potestatis regię appa-
 ruerit. Sub eodem Imperatore tamen anno 862.
 Nicolaus Papa concessit Slavis ceremonias religionis
 Christianæ in sua lingua peragendas adversus ante-
 cessorum decreta. Nam in his actibus auctoritas Pa-
 pæ etiam in regno Germanico tum fuit agnita, sed ta-
 men ut haud absoluta & supra concilia vel nationalia
 crederetur (b). Anno 870. Hadrianus II. Pontifex
 Carolo Regi Galliæ & Ludovico Regi Germaniæ
 mandavit, ut regnum Lotharingicum Ludov. II. Im-
 peratori restituerent. Carolo contemnente manda-
 tum Papæ Ludovicus paruit (c). Eodem tempore
 controversia inter Pontificem Romanum & Episco-
 pos

(†) Nota verba apud Schilterum p. 267. | etiam fit legum Ecclesiasticarum, id est ex-
 Adest regiam vel reipublicæ (Ecclesiasticæ, | communicationum per concilia,
 id est Episcoporum) potestatem, Mentio

(Cast, Eccles.)

pos Germaniæ, Galliæ & Lotharingiæ agitata fuit : An jus habeat Pontifex excommunicandi Reges & præcipiendi statibus & subditis, ut se ab iis separarent (d). En fructus rerum a Pipino gestarum.

(a) Conf. Schilt. *de L. E. G. l. 3. c. 1. §. 7. & 11.* (b) Schilt. *ibid. §. 13.* (c) Schilt. §. 14. inde sumit argumentum libertatis, paululum contorte. (d) Idem §. 18. Misere ibi disputat Schilterus indulgens Pontifici potestatem excommunicandi (*).

*Sub reli-
quis Impe-
ratoribus
Carolingis.*

19. Post mortem Ludovici II. duo moliebatur Pontifex adversus jura imperii, primo ut non jure successionis amplius transmitteretur imperium, sed electione libera Pontificis Romani, deinde, ut jus eligendi & confirmandi papam & ordinandi sedem Romanam eriperetur Imperatoribus, inde collusionem cum Carolo II. facta, hunc exclusis Ludovico & Carolomanno in Imperatorem Romanum, turpi tamen capitulatione illi præscripta, coronavit (a). Adjuvat etiam Carolus Calvus conatum Pontificis, primatum per Gallias & Germanias instituere cupientis, sed resisterunt tamen Episcopi in synodo Pontigonensi anno 876. (b) Et reservavit etiam ecclesiis Cisalpinis Carolus libertatem, ut non licuerit provocare ad Papam (c). Sub eodem Hincmarus Archiepiscopus Rhemensis anno 878. declaravit, quod decretales epistolas non indistincte reciperet, nisi quatenus convenirent cum canonibus conciliorum (d) : Quæ vero

(*) *Concedens potestatem excommunicandi reges per concilia exemplo Ambrosii. Ad de prolium judicium de Schilteri tractatu* | *de libert. Eccles. Germ. in Hist. Content. Append. 6. 2. §. 78. p. 518. seq.*

ro in synodo Triburiensi 895. contra seculares, auctoritatem Episcoporum minuere tentantes gesta sunt, ubi sedes Apostolica mater dicitur sacerdotium dignitatum & magistra ecclesiasticæ rationis, non testantur de genuina libertate ecclesiastica (e), sed potius de servitute satis crassa principum secularium.

(a) Idem III. 2. §. 3. 4. (b) Idem III. 1. 13. & c. 2. 5. 7. (c) d. c. 2. 5. 5. (d) d. c. 1. 5. 13. (e) Quorsum videtur referre Schilt. d. l. 3. cap. 4. §. 14. & 16. Conf. can. 3. dist. 19.

20. Extincta familia Carolina Imperatores Saxones partim auctoritati imperatoriæ nihil detrahi per Pontifices passi sunt, partim ipsos etiam Pontifices in ordinem redigere cœperunt. Cum tamen Ottones inciperent Episcopos potentia nimia & potestate politica concessa arrogantiores reddere, atque sic arma ipsismet suppeditare, quibus etiam adversus ipsos Imperatores uti possent, eventus mox docuit, quantum accesserit per hunc errorem politicum potentia non solum totius sacerdotii, sed & ipsius Pontificis in specie. In primis autem notari merentur solœcismi politici Henrici Sancti, iique varii, in primis cum etiam nostrates in ejus historia narranda cœca sequela excribant encomia Monachorum. Id enim pro certo supponendum est, Sancti nomen paucissimis & non nisi talibus Imperatoribus datum esse, qui Episcopos plus justo extollerent, & magis apti ad Episcopatum aut Abbatiam, quam ad imperium politicum essent. Et superstitionem sub Henrico II. non solum infecisse Imperatorem, sed & ipsos Principes

Sub Imperatoribus Saxonibus.

politicos, vel exaltatio Episcopi Bambergensis & officia ab Electoribus ei exhiberi cœpta satis docere possunt.

Conf. ad hunc §. Schilter. *III. 4. II. 12. Item c. 6. 7. 9.*

(Collectio
Burchardi
Wormati-
ensis.)

21. Iisdem temporibus Burchardus Episcopus Wormatiensis, qui ab anno 996. usque ad annum 1026. sedi Wormatiensi præfuit, cœpit dirigere jura ecclesiastica ad utilitatem suæ Ecclesiæ, ob negligentiam & inscitiam, ut ipse loquitur, sacerdotum, quod opus in viginti libros distinxit & suo nomine pro more illorum temporum Burchardum appellavit. Plurimas quisquillas ex Isidoro Mercatore in illud retulit, & hoc modo persuasionem de potestate & auctoritate eminentè papali in Germania magis magisque corroboravit, quod & ipsum præter alia Gregorium VII. valde adjuvit, ut Imperatoribus Germanicis investituras Episcopales eripere potuerit.

Mastr. n. 248. seq.

Sub Henrico III.

22. Equidem Episcopi Germanici sua jura adversus Pontificem ab illo tempore satis constanter defenderunt. Ita v. g. anno 1012. sub Henrico III. Luitpoldus Archi-Episcopus Moguntinus Diaconum suum Huniberrum Papæ, quod non Romano more caneret, displicentem, & ab eo tanquam inobedientem degradatū, constantia sua & fiducia in integrum restituit & invito etiam Papæ eandem quasi extorsit (a): At ubi lis inter jura Papæ & Cæsaris mox inciperet, Pontifex Episcoporum ope in primis usus est ad supprimenda jura Imperatorum.

(a) Idem *III. 11. 29. Conf. Tom. VII. Obs. Hall. select. obs. 17.*

23. Res

23. Res hodie in vulgus nota est, sub Henrico *Sub Henrico*
 IV. tyrannidem Papalem ad summum fastigium per- *IV.*
 venisse, dum Gregorius VII. Papa Henrico IV. de ele-
 ctione ac confirmatione omnium Episcoporum con-
 troversiam movit, & Imperatorem fortiter quidem,
 sed non satis prudenter ei resistentem excommuni-
 cavit, ac uxorem Imperatoris & duos filios Conra-
 dum & Henricum in suas partes traxit (a). Hic enim
 v. g. ipse Cancellarius Imperatoris Episcopus Bam-
 bergensis insignia investituræ ab Imperatore acceptæ
 ad pedes Papæ reposuit, (*) & ab ipso demum recepit
 (b). Hic sane tempus erat, ut Papa suos dictatus pu-
 blicaret (c), de quibus supra (d) diximus.

(a) Pluribus Schilt. *lib. 4. capitibus prioribus 4.* (b) *Id. cap.*
4. §. 4. (c) *Id. c. 5. §. 35.* (d) *Supra cap. 19. §. 24.*

24. Controversiam Patri motam Henricus *Sub Henrico*
 V. filius finivit renunciatione investiturarum episco- *V.*
 palium per baculum & anulum Papæ facta, a parti-
 bus Papæ stante Archi-Episcopo Moguntino, qua re-
 nuntiatione simul amisit jus constituendi aut confir-
 mandi Episcopos, & multo magis jus ordinandi ipsam
 sedem Romanam (a). Retinuit tamen aliquot reli-
 quias antiqui juris Imperator, scilicet necessitatem
 suscipiendi regalia ab Imperatore, (†) priusquam ele-
 cti tam cisalpini quam transalpini ordinentur Epi-
 scopi. Item arbitrium constituendi episcopum, si
 dissenserint eligentes (**). Jus percipiendi fructus

T t 3

epi-

(*) *En fructum exaltationis Episcopi* | (†) *Hoc potius onus est insuisu Imperatoria,*
Bambergensis, de qua supra §. 20. in fine. | (***) *Sed vide mox dicendo §. 27.*

episcopatum vacantium illius anni, quo episcopus mortuus, donec alius constitueretur, quod postea, regaliæ (††) nomine venit: jus conciliorum: jus Imperii in Italiam & urbem Romam: jura fisci per eandem: jus advocatiæ conferendæ Nobilibus de bonis ecclesiæ, & si quæ sint alia (*) (b).

(a) Schilt. IV. 5. §. 6--9. (b) Id. d. c. 5. §. 33.

Sub Lothario Saxone.

25. Quamvis autem Henrici V. successor Lotharius Saxo jura hæc Imperii, intuitu investiturarum episcopalium inique amissa a Pontifice repetiisset, non potuit tamen eadem recipere, cum ei audacter resisteret Bernhardus Abbas Clarevallis, qui pro superstitione illorum temporum, opinione sanctitatis per miracula falsa (non etiam vera, ut vult Schilterus,) quæsitæ tum maximæ erat autoritatis, atque intendebat Cleri & Pontificis independentiam ab imperio. Retinuit tamen Imperator jus dirigendi concilia.

Schilt. l. 4. c. 6. §. 3-9. (†††)

Sub Conrado III.

26. Idem pseudo sanctus Bernhardus sub Conrado III. eodem successu defendit majestatem papalem. Et quamvis Schilterus doceat, Bernhardum postea pœnituisse, nihil tamen de ejus pœnitentia sincera

(††) Regalia & annate non sunt confundenda.

(*) Quidam etiam jus primariorum precum inde deducunt.

(†††) Ubi præ reliquis notanda: quomodo Lotharius Imperator coactus fuit, ut pacem iniret cum Pontifice: Versus

communiter noti: Rex venit ante fores. Autoritas magna Abbatis Bernardi: superstitiosa venerationes ejusdem ob falso præsumtam ejus pietatem, & sanctitatem! Nefarie a Bernhardo productæ literæ quasi sanguine Christi scriptæ & bulla crucis impressæ &c.

cera legitur in ejus epistolis, sed solum paulo moderatius causam Pontificum tractavit, & potius Romanos ad libertatem contra Pontificem provocantes hortatus est, ne quid adversus Papam tentarent, & ut cum aliis Regibus & Principibus bellum sacrum & infausam expeditionem in Palæstinam susciperent (**).

Idem c. 7.

27. Sub Friderico I. varia fuere fata litigii cum *Sub Friderico I.* Clero & Pontificibus. Initio cum Eugenio III. litigabat Imperator circa electionē Archi-Episcopi Magdeburgensis, quam Imperator sibi vindicabat, dissentientibus videlicet Clericis in electione, Papa vero contradicebat, quod Imperator Episcopum Citicensem nominaverat, atq; prætextu utebatur, translationes esse illicitas. Sed successor Eugenii Anastasius IV. tandem translationem hanc probavit (a). Deinde adversus Hadrianum Papam non minori successu defendit Imperator, imperium Romanum non esse beneficium Papæ, sed immediate conferri a Deo per Electores (b). Impudentia tamen Hadriani eo pervenit, ut exposlularet cum Imperatore, quod hic nomen suum præposuerit nomini Papæ, cui quidem cordate sed non secundum merita respondit Imperator (c). In nova lite cum Lucio Papa super electione Episcopi Trevirensis, Imperator eo adactus fuit, ut, quamvis ægre, Episcopum a se confirmatum ad citationem Papæ Romani mitteret, etsi duos decretistas & duos legi-

(**) Aliud indicium Pbarisai mi in illo } *Juris Justiniani attendi solet, Vide meam*
Sancto Bernhardo, quod increpaverit Pa- } *historiam juris Romani s. 142,*
pam Eugenium, quod in ejus Palatio corpus }

legistas, qui jura ejus defenderunt, simul miserit (d). Denique in controversia cum Urbano Papa super juribus regalæ, decimarum, & advocatiarum cordate quidem se gessit Fridericus I. sed tamen spem omnem felicitis successus pro superstitione illorum temporum, elusit Papa per prædicationem crucis ad bellum sacrum (e).

(a) Schilt. *V. 1. 2. seq.* (b) *Idem V. 2.* (c) *Ibid. cap. 3.* (d) *Ibid. cap. 5. §. 3.* (e) *Ibid. c. 6.*

*Decreti au-
toritas in
Germania
sub Frideri-
co I.*

28. Hic vero monendum est occasione decretistarum & legistarum sub Friderico, quorum modo facta fuit mentio, in seculo duodecimo pene eodem tempore Professores juris Romani & decreti ortos esse (a). Et quamvis utraque classis sua autoritate polleret, & priores plerumque partes Imperatorum tuerentur, nullum tamen est dubium, etiam in Italia decretistarum autoritatem fuisse majorem, multo vero magis in Germania, cum Germani illis temporibus adhuc ignorarent jus Justinianum, decretum vero haud dubie per Episcopos Germanicos cœperit jam seculo duodecimo se insinuare animis Germanorum.

(a) Vide Panciroll. *de claris leg. interpret. l. 2. cap. 13. seq. & lib. 3. cap. 3. seq.* Legistæ tamen tempore aliquanto priores sunt decretistis, ut ex citatis Pancirolli locis facile patet.

*Autoritas
Papa & E-
piscoporum
sub Henrico
VI. & suc-*

29. Mortuo Friderico filius Henricus VI. quidem a Papa coronatus est, sed maxima cum contumelia Imperatoris, Papa Cœlestinus III. pede suo coronam Imperatoris percutiens, eam in terram dejecit.

Eo

Eo defuncto Innocentius III. libertatem electionis Imperatoriæ aggreditur & per factionem suam, cujus caput Archi-Episcopus Colonienfis erat, curat, ut adversus Philippum III. eligeretur Otto IV. addita excommunicatione Philippi.

Schilt. l. 5. c. 7.

30. Fridericus II. Imperator initio imperii sui Innocentio III. auream bullam misit de libertate ecclesiastica, subscriptam a præcipuis principibus secularibus & ecclesiasticis, in qua iterum electio prælatorum capitulo, & appellatio in causis ecclesiasticis ad sedem Apostolicam libere permittitur, regaliæ renunciatur, restitutio bonorum ecclesiasticorum permittitur. Vides hic, quid sub nomine libertatis ecclesiasticæ intelligatur, scilicet libertas episcoporum, cleri & Papæ. Eadem bulla renovata est tempore Honorii III. anno 1219. & simul edictum publicatum de libertate ecclesiastica, quod inter constitutiones Imperatoris libris feudilibus annexas legitur, & unde desumpta est authentica Cassa. C. de SS. Eccl. cui parallelum est cap. 49. de sent. excommun. ubi Honorius III. videlicet violatores libertatis ecclesiasticæ excommunicat.

Id. cap. 8. S. 12. 14. 15.

31. Sed parum profuit Imperatori hæc indulgentia erga Papam & clerum Romanum, quin potius idem Honorius III. inita societate cum Longobardis rebellibus Imperatorem excommunicavit, ejusque successor Gregorius IX. Fridericum II. ob

(Cant. Ecclesi.)

U u

fini-

finistram valetudinem ex itinere Hierosolymitano revocatum primo statim Pontificatus anno rursus excommunicavit. Et non obstante reconciliatione Imperatoris cum Pontifice mediantibus Principibus Germaniæ anno 1234. facta, neque considerato beneficio Imperatoris, quod Romanos ad obedientiam Pontificis reduxerit, bonum malo compensans Gregorius Imperatorem, quod Sardiniam Saracenis eruptam Imperio unierat, nec Pontifici, qui eam sedi donatam aiebat, restituere volebat, anno 1239. novo excommunicationis fulmine percussit, easque excommunicationes repetierunt successores Papæ, calumniantes simul Imperatorem, quod Mahumetismo faveret, ac blaspheme de tribus magnis impostoribus loqueretur, quæ toties repetitæ excommunicationes non attentis apologiis ab Imperatore scriptis id tandem effecerunt, ut assistente Pontifici Archi-Episcopo Coloniensi anti Cæsares eligerentur.

Schilt. l. 5. c. 8. 9. 10. Ubi in primis notandum, quod Fridericus in quadam apologia eam differentiam inter sacerdotii & imperii regimen agnoverit, quod solius imperii sit tueri & imperare, sacerdotii vero cavere, monere, consulere. Ibid. c. 8. §. 9.

*Autoritas
decreti &
decretalium
sub Friderico
II.*

32. Quæ circumstantiæ simul ostendunt, non solum decreto in Germania majora interim autoritatis augmenta accessisse, sed & decretales epistolæ præfate Gregorio IX. anno 1230. confirmatas cum clausula, ut in posterum nulla alia in scholis & judiciis valeret compilatio (a) pededentim etiam in Germania usu & consuetudine non quidem in academiis,

demiis, (†) quæ tum temporis nondum existebant, sed tamen in judiciis fuisse, pro superstitione illorum temporum receptas. Et quamvis supra (b) docuerimus, apud Gibellinos decretum in majori autoritate fuisse, quam decretales, cum tamen Guelphi etiam in Germania illo tempore Gibellinos si non superaverint numero & potentia, certe tamen eosdem æquaverint, & jus Justinianum adhuc fuerit Germanis incognitum, sua sponte exinde sequitur & decreti & decretalium Gregorii IX. autoritatem in Germania fuisse eximiam.

(a) Vide supra *cap. 20. §. 16.* (b) *d. c. 20. §. 18.*

33. Fuit etiam inter adversarios Friderici II. Innocentii Innocentius Papa IV. qui in Lugdunensi concilio pariter Imperatorem nova excommunicatione percussit, ac denique eundem, jura sua non absque successu in Italia vindicantem, ope Manfredi filii naturalis, quem Imperator ex nobili concubina susceperat, interemit. Hic pontifex in eodem concilio luculenta commentaria in decretales Gregorii conscripsit. Etsi vero noluerit, ut hæc commentaria vim canonum haberent, & ab ipsis Canonistis de iis prædicatum fuerit, quod nimis subtiliter & confuse pontifex in iis differat, & nimis brevitati studens obscure loquatur, simul tamen eum eo titulo honorarunt, quod sit organum & pater veritatis, & in tanta autoritate fuerunt illa commentaria, ut de iis vulgo dici consueverit, li-

U u 2 tigan-

(†) *Seculo 13. prohibita Parisiis lectio & studium juris Civilis, seu Justiniani, Me-* | *zeray Tom. 2. p. 821. ubi plura de statâ Scholarum in illo seculo.*

tigantes, qui pro se Innocentium habuerint, victores futuros: Condidit etiam novas decretales, quæ postea sexto insertæ fuerunt (a). Etsi vero hætenus dicta magis respiciant auctoritatem illorum commentariorum in Italia, svadent tamen rationes modo memoratæ (b), quod etiam in Germania non exigam obtinuerint auctoritatem.

(a) Guido Pancirolus *lib. 3. cap. 5.* (b) §. *prac.*

*Autoritas
Pontificia
& Juris
Canonici
tempore interregni.*

34. Post mortem Friderici II. tempore interregni Germania sub jugo curiæ Romanæ misere ingemuit, ad desperationem fere redacta, ut de sese conservanda quovis tandem modo potius, quam de tuendo imperii Romani axiomate, sollicita fuisse videatur. Interim Clemens IV. decimas etiam per Germaniam sub prætextu cruciatarum exegit. Sed Johannes Semeca Præpositus Halberstadiensis appellationem ad concilium interposuit, quod ægre ferens pontifex illum diris damnavit, ac præpositura privavit, defendentibus tamen eum magnis in Germania viris (a). Cum igitur Johannes Semeca (*) in Germania ob defensam Cleri libertatem vir magnæ auctoritatis fuerit, & vero idem primus ex Germanis Jctis decretum interpretari & glossis aliorum simul emendare cœperit (b), vel exinde etiam judicari poterit, quod decreti pariter & decretalium epistolarum auctoritas tempore interregni in Germania non fuerit diminuta, sed potius aucta.

(a) Pancirolus *ibid. cap. 6.* Schilt. *V. 10. 4. seq.* (b) *supra c. 20. §. 14.* Pancir. *d. l.* 35. Post

(*) Johannes hic etiam appellatur *Tewtonicus* & dicitur fuisse magus. Vide *Agicola 300. Sprichwörter p. 70. seq.*

35. Post interregnum Pontifices fastigium potentiae suae in Germania fere usque ad tempora Ludovici Bavari retinuerunt. Ut enim Rudolphus I. non sine consensu Papae ad Imperium pervenerat (a), ita iter Romanum & coronationem papalem nunquam suscipere voluit, apud status sagaci responsione ex fabula de vulpe & leone, tactum hoc vel potius facti omissionem excusans. Cesserat etiam Nicolao III. aliquot Italiae provincias, ut suo sumtu bellum in Palaestina gereret, sed Papa conditionem non implevit. Martinus IV. tanto odio Germanos persecutus est, ut saepe optaverit, Germanos ranas, se ciconiam esse. Idem tamen frustra tributum a Germanis postulavit 1283. in Comitibus Wurtzburgensibus. Etsi enim conniveret Rudolphus, contradixerunt tamen Status praeeunte Archi Episcopo Coloniensi. Nec mirandum adeo, quod tempore turbarum in Germania inter Adolphum Nassovium & Albertum Auftriacum Bonifacius IX. publice accincto gladio se Caesarem simul & Pontificem professus fuerit (b). Henrici VII. coronationem variis modis eludere, partim ob eam Henricum ut vasallum sedis Romanae tractare tentavit Clemens V. fulmine excommunicationis, imo veneno monachi adversus ipsum utens, cum videret Imperatorem jura imperii fortiter tuiturum esse (c).

*Potentia
Pontificum
sub Rudol-
pho I. &
Successori-
bus.*

(a) Vid. Monzamb. II. 3. & ibi notas nostras. (b) Schilt. V.

10. §. 7. 8. 9. 10. (c) Id. lib. 6. c. 1. §. 4. prioribus.

36. In recessu imperii Wurtzburgensi anno *Incrementum & au-*
Uu 3 1287.

toritas juris canonici sub iisdem. 1287. Rudolphus I. inter alia constituit, ut in judiciis ecclesiasticis in imperio Romano judicari debeat secundum jus canonicum, in judiciis etiam secularibus jura consveta debere observari: Idem postea renovatum est in recessu Spirensi anno 1291. Imo idem jam disposuerat Fridericus II. Imperator anno 1236. (a). In hac periodo etiam Bonifacius VIII. sextum decretalium, & Clemens V. Clementinas condiderunt (b), quibus Clementinis insertæ sunt duæ constitutiones in præjudicium Henrici Imperatoris & rerum ab eo gestarum ac jurium imperii conceptæ (c). Unde rursus judicari poterit, qualis & quanta autoritas juris canonici fuerit in Germania, scilicet intuitu controversiarum juris publici inter Imperatorem & Pontifices non quidem maxima, sed tamen intuitu juris privati magna, & pene universalis, tam in judiciis ecclesiasticis, quam secularibus, quod diserte profitetur collector speculi Svecici, qui illo tempore ante imperium Ludovici Bavari videtur vixisse (d).

(a) Lehmann *Chron. Spirens. lib. 5. c. 108.* Goldast. *Part. 2. der Reichs-Satzungen* p. 19. c. 15. Daß an geistlichen Dingen (i. e. judiciis) nach Geistlichen Rechte man sich haben solle. Man soll auch Weltliche Gerichte an seinen Rechten behalten. Ubi quæritur, quid intelligatur per verba an seinen Rechten. Conringius *de O. J. G. cap. 26.* (qui tamen legit: an ihren Rechte) vult etiam hic intelligi jura canonica. Certe non intelliguntur jura Justiniana, sed consveta Germaniæ, quæ jam in multis capitibus receperant jura canonica. (b) *Supra c. 20. §. 20, 21.* (c) *Clementina unica de jurejurando & clement. pastoralis 2. de sent. & re judic.* Schilt. *VI. 1. 6.* (d) **Quod**

Quod magna verosimilitudine probavit Conring. *de Orig. jur. Germanici cap. 30. p. 188.* Verba speculi Svecici *cap. 5.* hæc sunt. Nus den zwoyen Büchern (Decret. und Decretal) nimit man all die Recht, die Geistlich und Weltlich Gericht bedarff.

37. Creverat hæctenus in immensum a temporibus Hildebrandinis potentia Paparum, a regno autem Ludovici Bavari animadversum est, eam non amplius crevisse, sed potius pededentim decrevisse (a). Scripserunt seculo 14. multi viri docti, Lupoldus de Bebenburg, Dantes Aligherius, Marsilius Patavinus, Jandinus de Perusia aliique pro juribus Imperatoriis contra potestatem Papæ, non solum in temporalibus, sed & suo modo in spiritualibus (b), & pro ipso Ludovico Bavaro Hervartus apologiam scripsit (c). Unde cum Johannes XXII. 1323. Imperatorem hunc excommunicaret, ab Imperatore non solum appellatio ad concilium universale interposita fuit, sed & anno sequente in comitiis Ratisbonensibus factum SCtum de bulla papali non recipienda in Germania, executores papales adigens, ut aufugerent (d). Tum anno 1326. Imperator pacifice Romam ingressus & a Senatu ibi coronatus, anno 1328. Papam hæreticum declaravit, ac sententiam contra eum latam in effigie executus est, multis etiam ex clero applaudentibus (e). Successor Johannis Benedictus X. agnovit injurias Imperatori factas, sed resistente curia Imperator 1338. Comitiis Rensensibus foedus cum Statibus pepigit de defendendis imperii juribus contra quoscunque, SCto etiam contra attentata papalia

Sub Ludovico Bavaro potentia Papalis cre-scere desit.

palia condito (f). Successor Benedicti Clemens VI. nova & atrocia postulata adversus Imperatorem & imperium misit 1341, quæ præter expectationem quidem ab Imperatore (sive ex diffidentia virium & imbecillitate animi, sive dolo bono) subscripta anno 1342, in comitiis Francofurtanis vana & irrita, ac non admittenda declarata sunt. Interim etiam 1343. Imperator in causis matrimonialibus super gradibus prohibitis & divortio sententiam dixit (g). Et quantum idem Clemens Papa anno 46. Imperatorem denuo excommunicaverit ac Electoribus mandaverit, ut alium eligerent, & quidam factionis adversæ Carolum Regis Bohemiæ filium Imperatorem nominarent, in comitiis tamen Spirensibus eodem anno habitis hæc electio rursus nulla declarata fuit (h).

(a) Schilt. VI. 2. 5. (b) Schilt. VI. 2. 7. Ziegl. de origin. jur. can. Th. 61. 62. (c) Unde pleraque excerptis Schilterus d. 1. (d) Schilt. VI. 3. 1. 2. (e) Schilt. VI. 2. §. 8. 9. & cap. 3. §. 1. 2. (f) Ibid. §. 3. 4. (g) Ibid. §. 6. 7. (h) Ibid. §. 8. 9. 10.

*Acta sub
Carolo IV.
& successoribus.*

38. Tandem post mortem Ludovici Carolus IV. variis artibus in Imperatorem receptus indecenti submissione auctoritatem & jura imperii proferre visus est; integræ tamen permanerunt in vigore suo constitutiones ac recessus imperii hæctenus adversus Pontificum potentiam promulgatæ. Imo per auream bullam attentata Papæ circa electionem Imperatoris fuerunt repressa, & cap. si fratrum. extravag. ne sede vacante, seu bulla Johannis XXII. de vicariatu papali in sempiternum penitus abolita fuit (a). Sub

Wen

Wenceslao & Ruperto pauca gesta sunt, quæ ad nos spectant, nisi quod nonnulli etiam ex clero, contra cruciatus, indulgentias & annatas papales publice questi fuerint (b).

(a) Schilt. VI. 3. 11. (b) Idem VI. 4. 5. 6. 7. 8.

39. Tempora Sigismundi Imperatoris duobus conciliis, Constantiensi & Basileensi notabilia sunt. Prudentius fecisse Imperatorem & Ecclesias Germaniæ, si fovissent schismata inter Anti-Papas, aut diutius distulissent remotionem Paparum superfluum, aut Papam suæ nationi proprium stabilissent, non improbabiliter dicitur. Ita enim autoritas papalis magis diminuta fuisset, vel Imperator solus reformationem politicam papatus potuisset perficere, vel concilium cum Imperatore vacante sede Romana summam auctoritatem retinisset (a). Interim tamen auctoritas papalis insignem passam est diminutionem, dum concilium duos Papas nolentes deposuerit, tertium, ad spontaneam renunciationem adegerit, atque sic se esse iudicem Papæ legitimum ostenderit (b). Similis concilii imprudentia, & quod contra monitum Imperatoris publicationem articulo- rum reformationis & executionem post electionem Pontificis novi distulerint, occasionem dedit consilio Basileensi, cum videlicet Papa novus cunctaretur reformationem publicare & executioni dare. Auctoritas concilii supra Papam ibi rursus fuit stabilita, aliaque reformationis capita definita sunt. Multi testes veritatis ut Johannes Gerson, Nicolaus de Clemangis, Nicolaus de Cusa, Gaufridus de Monte

Sub Sigismundo.

Caus. Eccles.)

X x

ele-

electo, &c. graviter se Papæ opposuerunt, ac de corrupto Ecclesiæ statu, item de conciliorum autoritate supra Papam scripta lectu digna ediderunt. Ipsum concilium Basileense deposuit Papam Eugenium, cujus in locum Felix V. electus est, etsi Germanici imperii status partes neutras hic elegerint, tentantes, an non regimen ecclesiasticum ex monarchico in aristocraticum mutari possit. Quod consilium an ex regulis prudentiæ ortum duxerit hic non disquiro (c).

(a) Schilt. *VI. s. §. 2. 7. 14.* (b) *Ibid. s. 8. 10. 13.* (c) *Idem/ 6. c. 6. Conf. observ. Halens. Tom. IIX observ. s. §. 2. seq.*

Sub Friderico III.

40. Sed Eugenius Papa contemto concilio Basileensi in concilio Ferrariensi & Florentino anno 1439. dogmata de dominatu universali, purgatorio, 7. sacramentis, libris apocryphis, transubstantiatione, sine consensione Ecclesiarum ac præcipue nationis Germanicæ stabilivit, secutaque fuere mox Alexandri VI. Papæ flagitiosissima tempora, pariter libertatibus Ecclesiarum obtinentia. Cui rei tepiditas Friderici III. Imperatoris magnam aperuit fenestram, cum non modo efficeret, ut Ecclesiæ Germanicæ sub obedientiam Nicolai V. reducerentur, sed & conriveret etiam Paulo II. jura civilia usurpanti, & Comitem Estensem inter missarum solennia Ducem anno 1470. creanti, nec contradiceret aliis Paparum attentatis, in singulis imperii provinciis per suos cognitiones instituentium, appellationes suscipientium, causasque avocantium. Quamvis Pontificis hæc vehementior monarchiæ affectatio & Imperatoris con-

niven-

niventia Statibus Germaniæ displicuerit, adeoque eos commoverit, ut singuli jure uterentur suo (a). Hinc etiam querelæ in conventu Imperii anno 1441. & postulata statuum quorundam, ut in posterum doctores juris sive civilis sive canonici, item omnes Clerici excluderentur a judiciis Germanicis & consiliis principum & Statuum. Sed juris canonici tamen abrogatio nequaquam fuit petita, solius juris civilis: *Der Känserlichen Weltlichen Rechte* (b). Inde Wilhelmus Dux Saxoniae anno 1446. ordinationem politicam publicavit, in qua aliquot articulis etiam disposuit de emendatione monachorum & clericorum, de tollenda confusione judiciorum laicorum & ecclesiasticorum, de non permittenda evocatione subditorum ad judicia ecclesiastica extra provinciam &c. (c).

(a) Schilt. VI. 7. §. 1. usque ad 6. (b) Reformatio Friderici III. Imper. ann. 1441. ap. Goldastum *Reichs-Satz. part. 1. f. 166. seq.* (c) Schilt. *ibid.* s. 8. p. 808 seq.

41. Quamvis autem sub Carolo IV. Academia etiam in Germania instituta, atque Professores juris civilis etiam ex Italia eo translati fuerint, ac mox doctores juris, qua canonici, qua civilis suppressere intenderint jura Germanica hactenus recepta, nullum tamen est dubium, quin juris canonici, tempore Friderici III. major fuerit autoritas, quam juris civilis, quippe cum jam integro seculo & ultra receptio juris canonici in Germania præcesserit institutionem academiarum, ac supra (a) memoraverimus, jam seculo 13. Johannem Semecam Teutonicum fuisse

Autoritas juris canonici in Germania major, quam juris civilis, tum propter tempus receptionis.

præcipuum decreti glossatorem. Igitur vel infans palpare poterit, jus civile non potuisse in Germania auctoritatem juris canonici tollere, quod ultra seculum tam altas ibi radices egerat. (†)

(a) Supra §. 34. Adde Conring, *d. O. J. G. cap. 30.*

Tum propter credulitatem & persuasionem illorum temporum.

42. Accedit, quod pro superstitione illorum temporum crederentur ea, quæ jure canonico tradita erant de ordine judiciario, esse haud paulo dilucidiora & præsentibus seculis magis accommodata, quam quæ jure civili continebantur, quippe quibus sæpe obsoleta & antiquata, atque ex hoc ignorata immista essent. Movebantur circa pias causas & bona ecclesiastica, tum & beneficia, frequentes controversiæ, quibus decidendis non sufficere putabantur leges imperatoriæ. In causis matrimonialibus, præscriptionibus, juramentis, & negotiis aliis conscientiam hominis stringentibus, prætendebatur a canonicis æquitas ac religio, atque istam sententiam sibi sponte persuadebat credulitas laicorum. Accedebat dogma Pontificium de potestate Papæ universali & hinc nata opinio, legibus Pontificiis universum mundum parere debere. Et quamvis multi contradicerent, respiciebat tamen illa contradictio saltem potestatem Papæ in secularibus & intuitu potissimum juris publici; at in spiritualibus & ecclesiasticis Papa cum clero præ Imperatoribus in quietâ possessione erant jura præscribendi, ac illa potestas pseu-

(†) Hanc sententiam defendi contra dissidentes quosdam Hæros celeberrimos in *diff. de vite form. stat. contr. in quæst. de usu Jur. Justin. præf. in German. §. 14. & 15.*

pseudo-spiritualis se immiscuerat omnibus negotiis secularibus, ut nullum esset criterium perspicuum secularia a spiritualibus secernendi, nisi autoritas cleri & juris canonici. Quæ omnia adjuvabant, ut juri canonico in omnibus judiciis Germaniæ liberimus pateret aditus, & iudices ad Pontificem magis respicerent, quam Imperatorem. Ex quo porro sequitur, ut etiam in scholis jure canonico ardentius, segnus juri civili opera daretur, quod illius nunc major utilitas esset & potior cura.

Ziegl. de orig. & increm. Jur. Canon. §. 53.

43. Quare ex dictis evidentissime constat, quam fallantur communiter doctores, qui, dum de autoritate juris canonici in Germania agunt, solliciti sunt de certis causis, in quibus jus canonicum valeat præ jure civili, & postea misere se torquent in recensendis istis causis. Quasi nimirum jus civile in Germania receptum fuerit ante jus canonicum, ac ab hoc in certis quibusdam causis ex foro fuerit extrusum, qua hypothesi nihil magis a veritate historica potest esse alienum, cum potius secundum ea, quæ hætenus ostendimus, debuissent quærere, in quibus causis jus civile fuerit receptum præ jure canonico.

44. Scilicet de autoritate juris canonici in Germania ante tempora reformationis summatim sic tenendum est. Vel refertur comparatio illa autoritatis juris canonici ad jus patrium & mores Germaniæ, vel ad jus Romanum. De jure patrio (de

Primum falsum communis doctrina de autoritate juris canonici in Germania.

Regula de autoritate juris canonici, intuitu juris patrii & mo-

*rum Ger-
mania.*

quo communiter comparationem instituire negligunt doctores, data opera videlicet omnia jura patria negligentes, & ex parte ignorantes, tanquam glebæ juris peregrini adscripti, illa regula tenenda est: In dubio mores patrios prævalere juri canonico, nisi hujus receptio probetur.

*Quæ regula
probat.*

45. Probat^r autem hæc regula, (1) quia jus patrium haud dubie antiquius est jure canonico; ergo probanda ejus abrogatio, (2) quia Papa per se non habuit auctoritatem abrogandi mores patrios, unde recte Repkovius (a), quod Papa nullam decretalem possit condere in juris provincialis & feudalis præjudicium. (3) Quia totum jus canonicum in Imperio Germanico valet ex sola receptione.

(a) Jur. Prov. Saxon. l. 1. art. 3. in fine.

*Et explica-
tur.*

46. Interim tamen nullum est dubium, quin jam temporibus seculi decimi tertii jus pontificium ob rationes modo (a) recensitas maximam partem receptum fuerit, & mores Germanicos pristinos in plurimis negotiis alteraverit, formaverit & mutaverit. Inprimis cum Gregorius Papa speculum Saxonicum etiam ob istam assertionem damnaverit (b), & glossatores speculi jam suo tempore hac parte a Repkovio dissenferint. Unde dixi *in dubio*, scilicet ubi receptio juris canonici non fuit evidens aut valde verosimilis. Una enim præsumptio altera fortior est. Igitur regula posita ante tempora reformationis maxime usum habuit intuitu juris publici. Nam in jure privato haud dubie magna iam illo tem-

tempore fuit correctio morum patriorum per jus canonicum.

(a) §. 42. Conf. Conring. de O. J. G. c. 26. §. 157. seq. (b)
Vid. dissert. de occas. constit. crimin. §. 17.

47. Intuitu vero juris civilis seu Justinianeiregula tota est invertenda; Scilicet in dubio præsumenda de auctoritate juris canonici intuitu juris civilis. Scilicet in dubio præsumendum esse, jus canonicum valuisse præ jure civili, nisi quatenus hujus receptio fuerit probata. Ratio patet ex hætenus dictis (a). Imo si doctrinam communem cum nostra conferas, deprehendes, nostram esse evidentiorẽ, & revera illam cum nostra convenire.

(a) Per totum caput, maxime §. 41. 42.

48. Etenim communiter docuerunt Dd. etiam qui ante tempora reformationis vixerunt: Jus canonicum præferendum esse civili in terris ecclesiæ, civile in terris Imperii. Posteriorius tamen membrum limitare solent; nisi agatur de peccato vitando, hic enim etiam in terris imperii, tam in judiciis secularibus, quam ecclesiasticis præferendum esse jus canonicum civili. *Communis sententia.*

Strauch. de autor. jur. can. §. 39. seq. Eyben de aut. jur. can. §. 18. Struv. Ex. 2. th. 39. & ab his citati.

49. Quemadmodum autem de terris ecclesiæ hic non agimus, neque de illis dubium esse potest, quin jus canonicum ibi valeat præ civili, ita, quod terras imperii attinet, nulla ratio affertur, cur ibi prævalere debeat jus Justinianeum. Ut enim taceam, etiam in Italia, de qua potissimum glossatores Itali loquuntur, ante introductas academias jus Justinianeum *Quoa in terris Imperii prevaluerit jus civile, partim falsum, partim obscurum est.*

um

um non fuisse in usu, certe Germani Jcti de terris imperii Germanici scribentes, non debuissent extraneorum Jctorum tradita ad Germaniam applicare, cum evidenter ex historia constet, ante Caroli IV. tempora ignorasse Germaniam jus Justinianum, neque id, ut diximus, post receptionem tantas vires habuit, ut jus canonicum inde loco movere potuerit. Deinde quod limitationis gratia de peccato vitando adjicitur, rem non explicat, sed obscuriorem reddit, cum æquitas illa, secundum quam peccatum vitandum est, omni, aut sane certa destituatur regula, ex qua cognosci possit, quomodo vera ac genuina æquitas secerni debeat ab æquitate cerebrina, cum illis seculis omnis solida philosophia moralis & jurisprudentia naturalis ignorata fuerit.

Conf. Strauch. d. l. §. 39. *histor. nostr. jur. natural. & diff. de æquitate cerebrina l. 2. C. de rescind. vend. c. 1.*

Limitationes prævalentia juris civilis in terris Imperii addita totam regulam tollunt.

50. Quod si insuper quæras, quænam sint illæ causæ, in quibus in terris imperii propter æquitatem & peccatum vitandum prævalere debuerit jus canonicum, deprehendes, limitationem illam tam laxam esse, ut totam regulam de præ eminentia juris civilis præ canonico facile tollat, ac ita re ipsa cum nostra sententia conspiret. Afferuntur enim (1) causæ matrimoniales, (2) pacta, stipulationes & contractus, (3) bona ac beneficia ecclesiastica, (4) piæ causæ, (5) testamenta, (6) præscriptiones, (7) juramenta, (8) usuræ, (9) decimæ, (10) processus judicarius (a). Jam quid remanet juri civili, si ista demas. Unde jam suo

suo tempore istud olfaciens Johannes Strauchius, recensitis istis causis, in quibus prævalere debeat ob peccatum vitandum in terris Imperii jus civile, subjunxit. *Nihilne præterea? Imo prætextu peccati nihil non ad se pertinere volunt canonista* (b). Adde: & ante reformationem pro superstitione eorum temporum nihil non ad se traxerunt.

(a) Vide præter autores §. 48. citatos Linckium *de autorit. jur. can. n. 34.* (b) Strauch. §. 40.

CAP. XXII.

De

Autoritate juris Canonici post reformationem in terris potissimum Principum Protestantium.

SUMMARI A.

An post combustas Decretales a Luthero juris canonici autoritas extincta fuerit. Affirmat Zieglerus §. I. Contrarium asseritur ex ipso Zieglero. §. II. Valent apud Protestantes etiam regula capitis precedentis. §. III. Juri canonico in genere non esse derogatum per constitutiones imperii sub Maximiliano. §. IV. Neque per constitutiones sub Carolo V. editas ante & post reformationem. §. V. Neque per constitutiones Ferdinandi I. §. VI. An per jus commune aut jura communia in recessibus intelligatur solum jus Romanum. §. VII. Jus canonicum etiam in recessibus comprehendendi sub consuetudinibus receptis. §. IIX. Non potest jus Justinianum prævalere juri canonico, cum illud sit jus saltem subsidiarium. §. IX. Ex dictis sequitur, per receptionem juris Justiniani jus canonicum non esse abrogatum. §. X. Respondetur (Caus. Eccles.)

Y Y .

dis-

dissentientibus. §. XI. Falsum est, quod Principes Catholici teneantur præferre jus civile canonico. §. XII. Aut siteneantur, quod excepta sint causa ecclesiastica. §. XIII. Falsum esse, quod in terris statuum Evangelicorum etiam in ecclesiasticis causis jus canon. exoleverit. §. XIV. Remansit in foris Protestantium usus juris canonici, etiam ubi remanere non debuisset. §. XV. Rejiciuntur falsa rationes retenti juris Pontificii. §. XVI. Alia monita circa causas speciales, in quibus ius canonicum retentum esse conceditur. §. XVII.

I.

*An post
combustas
Decretales
a Lutero
inuria cano-
nici autori-
tas extincta
fuerit. Af-
firmat Zie-
glerus.*

Videamus jam, an reformatio religionis per Lutherum & Zwinglium regulæ traditæ de autoritate juris canonici aliquam mutationem attulerit. Ita quidem putat vir summus Casparus Zieglerus, postquam Lutherus papatus mysteria manifestasset, ipsam quoque juris canonici autoritatem prorsus extinctam esse (a). Scilicet Lutherum examinasse jus canonicum atque in ejus origines & causas sollicite inquisivisse, iisque omnibus perspectis nullam ejus rationem esse habendam, sed totum & integrum abolendum esse magistraliter definivisse (b), imo cognita juris Pontificii iniquitate audaciorem factum, nullam amplius timuisse decretalem Pontificis epistolam, vel minas excommunicationis. Cumque ejus scripta ex mandato Pontificis a Coloniensibus & Lovaniensibus combusta fuissent, ipsum mox par pari retulisse, & convocata Wittebergæ omni scholastica juventute & magna doctorum hominum comitante caterva 10. Decembr. 1520. in aperto campo, extracto rogo & a magistro quodam primicerio succenso, totum jus Pontificium publice combussisse, decre-

decretalibus sua manu in ignem coniectis. Hæc vero ratione apud Wittebergenses exequias factas esse juri canonico, idque ab eo tempore profus examine & tam enerve fuisse, ut, si qui ex ejus cadavere resuscitati fuerint cineres, mera reputentur *μορμολύμεια* & inania terriculamenta (c).

(a) *De orig. jur. can. §. 63, initio.* (b) *Ziegl. d. §. 63.* (c) *Ziegl. §. 64.*

2. Sed liceat ab hoc asserto nobis dissentire. *Contrarium*

Optarem equidem, ut Seckendorffius in historia Lutheri plura de facto hoc annotasset, & valde miror, cur hic paucissima inveniantur (a). Sed hoc deficiente Zieglerum ipsum Zieglero opponimus, qui statim annotat, istud Lutheri factum nec Wittebergæ quidem tum temporis ab omnibus æquo animo acceptum fuisse, quod tam altas in animis omnium constitutiones Pontificiæ fixissent radices, ut loco suo moveri difficulter possent. Præcipue autem offensos esse JCTos, Henningium a Gøden, & Hieronymum Schurffium, mussitantes, suam hic rem agi, suasque professiones exagitari, posse Lutherum ea, quæ sacris scripturis adversa sint, eliminare, sed non posse, nec debere ea, quæ ad processum faciant judicarium, destruere; processum istum ex decretalibus addisci, eoque universa hæctenus usa fuisse tribunalia: ad Professores juris spectare de processu isto judicium ferre, non ad Theologum: nascituram immensam contusionem, si causas hæctenus agitas novo nunc processu peragere oporteat: in jure canonico multa esse utilia

Y y 2

alia,

alia, quæ ad inutilium numerum referre & cum iis abolere iniquum fuerit &c. (b) Plerosque insuper, si non omnes Jctos, & ex Theologis etiam nonnullos utilitatem aliquam ex jure canonico sibi polliceri, & hinc contendisse, in scholis doceri debere, neque in foro inutiliter adhiberi (c). Quæ omnia profecto aperte tollunt ea, quæ Zieglerus paulo ante de autoritate juris canonici plane extincta notaverat, adeo ut satis mirari nequeam, qui factum fuerit, ut vir alias judiciosissimus contradictionem istam non senserit ipse.

(a) Vide Maimb. lib. 1. Sect. 32. & Seckend. ibid. §. 77. ab initio, & §. 79. (b) Ziegl. §. 65. (c) Ziegl. §. 66.

Valent apud Protestantantes etiam regulam capituli præcedentis.

3. Quid ergo nos dicemus? Breviter etiam apud Protestantantes repetimus regulas præcedente capite jam propositas (a), scilicet in dubio prævalere jus patrium, nisi receptio juris canonici sit probata aut notoria, at intuitu juris civilis, prævalere jus canonicum, nisi receptio juris civilis fuerit probata aut evidens. Probationes hic sunt eadem, quas præcedente capite attulimus, scilicet, ut quoad posteriorem regulam verbis B. Strykii nostri utar (b): *Non minor autoritas ex imperii legibus juri canonico quam civili adscribenda videtur, non tantum, quod jus canonicum prius in Germania & quidem cum magna veneratione receptum quam jus civile &c. Sed & quod in provinciis Germaniæ Pontificiæ religioni adhuc additis idem obligationis vinculum remanserit, (Eadem vero est ratio in terris Principum protestan-*

stantium, quia apud istos etiam idem obligationis vinculum, nempe receptio aderat, unde nec hic præsumitur abrogatio, ut quæ facti est,) *nec ulla imperii lege eidem derogatum. Unde annon apud illos* (Etiam per dicta apud hos) *major canonico, quam civili juri in foro debeat autoritas non adeo incomperto est.* (Scilicet apud Dd. juris communiter, imprimis Protestantes, majorem juri civili auctoritatem tribuentes, ut statim docent verba sequentia.) *Non enim huc quadrabunt VULGATÆ DOCTORUM ASSERTIONES: Jus canonicum in imperio non aliter obtinere, quam quatenus receptum. Atqui vero olim in Germania integrum jus canonicum, quatenus a Pontifice promulgatum, (i. e. totum & integrum volumen juris canonici, quo hodie utimur. Nam alibi (c) jam B. Vir mentem suam explicavit, quod hoc loco per τὸ QVATENUS, non intelligat, qua Pontificium, aut quatenus Pontifex voluit, etiam intuitu Principum Pontificiorum) fuit receptum. Ergo danda ratio, quare non INTEGRUM, (Etiam hoc verbum confirmat explicationem nostram) in territoriis Statuum obtinere debeat. POTIUS ASSEREREM, (verba hæc denotant seriam B. Viri mentem) alleganti non usum juris canonici in illis locis (imo per jam dicta in locis totius imperii Germanici) probandum esse, per jura imperii recentiora aut consuetudines subsequentes eidem esse derogatum. Quæ etiam est sententia nostra.*

Y y 3

(a) Cap.

(a) *Cap. preced. §. 44. seq.* (b) *Dissert. pralim. de usu modern. §. 36.* (c) *In præcognitiis juris universi cap. 8. §. 27.*

Juri Canonico in genere non esse derogatum per constitutiones imperii sub Maximiliano.

§. 4. Cum vero derogatio sit vel generalis vel specialis, constat observantiæ & receptioni juris canonici generaliter nunquam esse derogatum per constitutiones imperii, sed saltem hinc inde specialiter in quibusdam capitibus jus civile præ jure canonico aut moribus patriis esse receptum. Quoniam autem B. Strykius textus constitutionum imperii huc facientes secundum ordinem temporum collegit (a), sequamur & hic ejus vestigia, quamvis cum reservatione libertatis, quoad textuum illorum applicationem. *Cum enim Maximilianus I. Camera imperialis judicium fundaret Anno 1495. primo in assessoribus requisivit, ut essent jurium periti & promoti, der Rechte gelehret und gewürdiget, quo ipso dignitas doctorum juris publice stabilita, nec dubium est, voluisse Imperatorem, ut eo jure uterentur, in quo honoris gradum meruerant.* (Meruerant autem æque in jure canonico & civili. Ergo hic quidem textus prærogativam juris civilis præ canonico aut hujus abrogationem, non probat.) *Porro in §. item als täglich 20. d. ord. Cam. in appellationibus a sententia interlocutoria illud obtinere vult, was in Käyserlichen Rechten geordnet ist.* (Ergo ex hoc textu saltem probatur abrogatio specialis juris canonici & receptio juris civilis, quæ etiam postea placuit ipsi clero in concilio Tridentino, ut adeo post illud concilium non amplius sit differentia inter jus civile & canonicum) (b). *Imo assessoribus jurandum,*

§6

se secundum jura imperii communia judicare velle (c). Quis ergo dubitaret, Camera assessoribus expresse injunctum, ut jus civile in pronunciando sequerentur? (Initio dubitare licet, quamdiu nondum probatum, quod regulariter per jus commune aut jura communia intelligatur præcipue jus civile Justinianum, quod probatum non esse, nec probari posse mox (d) ostendemus. Deinde additur ibidem, *secundum jura communia, recessus &c. provinciales ordinationes, statuta, consuetudines.* Adeoque hic locus, posito, quod per *jura communia* subintelligatur jus Justinianum, probabit saltem juris civilis receptionem in Germania, de quo nemo dubitat, prævalentiam præ canonico non probat) (dd). Eodem anno Maximilianus (e) ad constitutionem Justiniani Imperatoris contra blasphemos publicatam provocat, ubi illam huc usque non observatam esse dolet, quod non fecisset, si jus Justinianum omni auctoritate legali destitutum censuisset, (Quod iterum probat, Confiliarios Imperatorios quosdam voluisse libenter, jus Justinianum, ut jus commune, præ moribus patriis observari, in tantum ut etiam appellaverint Justinianum Cæsaris Maximiliani antecessorem in Imperio, quod epitheton hodie rident cordatiores. Probat, pœnam blasphemiam Justinianam hoc pacto a Maximiliano fuisse in imperio receptam. Probat, quoad hoc caput mores patrios fuisse alteratos; juri canonico vero nihil adversum hac parte fuisse dispositum, utpote quod de pœna politica blasphemio-

morum nihil plane disponit , sed eam magistratui relinquit , imo crudelitatem pœnarum maxime urget , aut certe illi non adversatur.) *Postea anno 1500 (f) provocat idem Imperator auff gemeine geschriebene Rechte/ que non alia quam Justinianea leges sunt. (Recte. Et hic locus probat receptionem juris Justiniani in successione collateralium. Sed hoc caput , si quid derogavit juri antea recepto , derogatio illa spectat mores patrios , non jus canonicum.) Uterius , cum ab eodem Maximiliano Anno 1507. ratio procedendi in Camera prescriberetur , ipso facto ostendit , ad leges civiles recurrendum esse , cum ibi ipse Imperator copiose leges corporis juris Justiniani allegaverit , quod ante illud tempus in publicis imperii constitutionibus non factum. (Sed cum in eodem loco Imperator æque , si non magis , alleget textus juris canonici , quod etiam antea in recessibus imperii non est factum , & doctores communiter fateantur , in processualibus jus canonicum esse receptum præ jure civili , nec hæc ordinatio allegari potest pro firmanda assertione , quod jus civile in imperio prævaleat juri canonico.) Porro idem Maximilianus Anno 1512. (g) Notarius injungit , ut officio suo fungantur , nach Inhalt gemeiner Rechte/ & postea formam testamenta conficiendi prescribens , vult ut id fiat nach denen Kayserlichen Rechten und Gesetzen/ ubi integer titulus de testamentis ex Jure Justiniano petitus & subjungitur pœnalis comminatio , daß alle Notarien diese aus Kayserlichen Rechten gegebene*

Form

Form der Testamente fleißig halten sollen. *Unde evidenter apparet, jus Justinianicum pro jure communi a Maximiliano habitum.* (Quod hactenus admitti potest, ut sub *juris communis* voce etiam comprehendatur jus Justinianicum, sed non solum. Additur enim in priori loco: **Nach Inhalt gemeiner Rechte / oder löblichen Gewohnheit und Gebrauch eines jeden Orts.** Deinde probaret saltem hic locus prævalentiam juris civilis præ canonico in materia testamentaria, prævalentiam vero juris civilis in genere præ canonico probare non potest. Ut taceam, nec in materia testamentaria in universum jus Justinianicum prævalere juri canonico, sed in quibusdam capitibus ad testamenta pertinentibus adhuc prævalere jus canonicum juri Justiniano (h). Adde, quod Maximilianus saltem præscribat normam Notariis observandam, non omnibus testatoribus, sine concursu Notariorum testamenta condere volentibus.)

- (a) *d. dissert. pralim. §. 34. seq.* (b) *Zoes. ad tit. Decretal. de appell. n. 13.* (c) *Uti illud ex Ordin. Wormat. de anno 1495. refertur in corpore recess. post ann. 1538.* (d) *§. seq. 7.* (dd) *Vide infra §. 8.* (e) *in const. Wormat. 1495. von Gotteslästern.* (f) *In ordin. Cameral. §. die succession 18.* (g) *In ordinat. Notar. § demselben nach.* (h) *Lincke de autoritate jur. canon. §. 34. n. 5.*

5. Porro quamvis *Maximiliano defuncto* & *Neque per Carolo V. imperii gubernaculis admoto non decreverit constitutio. Juris Justiniani autoritas, sed adau&a potius* (a) *fue- nes sub Ca- rit, neque hoc tamen intuitu juris canonici simpliciter* *tas ante*

Cant. Eccles)

Zz

ter

post refor-
mationem.

ter erit intelligendum. Esto, quod *in primis Caroli V. comitiis, Wormatiæ habitis, is non tantum confirmaverit ordinationem Camerae, & , ut legum periti assessores constituerentur, disposuerit*, illa tamen verba *der Rechte gelehrt und gewürdiget* (b), tam de doctoribus juris canonici, quam de doctoribus juris Justiniani erunt intelligenda (c). Esto, quod idem Carolus V. *postea casum, si quis via facti rem alienam vel suam occupet, deciderit* nach *Decdn. gemeiner Rechte* (d), hoc est, juxta legem juris civilis Justiniani, (e) tamen per hanc dispositionem nihil dispositum est contra jus canonicum, ut quod de hoc casu nihil diversi constituit, & si maxime diversi quid constituisset, esset tamen receptio specialis juris Justiniani in hoc casu, non abrogatio generalis juris canonici. Eadem est responsio ad id, quod adducitur, *eundem Carolum V. in recessu Wormatiensi ejusdem anni ex Jure communi, i. e. Justiniano fratrum liberis jus representationis asserere* (f). Neque detrahare aliquid voluit auctoritati juris canonici Carolus V. *dum in præfatione constitutionis criminalis exprimit, se ea propter constitutionem illam promulgandam censuisse, quo in posterum secundum jus commune eo accuratius pronuncietur*. Nam (1) non dicit *jus commune* in singulari, sed *jura communia* den *gemeinen Rechten*/ quæ verba comprehendunt jus canonicum; (2) deinde dum addit den *gemeinen Rechten Billigkeit u. löblich hergebrachte Gewohnheiten gemäß*/sub verbis ultimis etiam subintelligitur jus canonicum, ut statim ostendemus. (3) Alibi jam docui (g) primariam in-
ten-

tionem constitutionis criminalis inter alia fuisse, ut loco processus accusatorii introduceretur in Germania processus inquisitorius, quem juri canonico originem debere pariter alibi fuit demonstratum (h). Quod vero in pœnis decernendis *passim provocet Carolus V. ad leges Justinianeas, easque suas vocet: Unseere Vorfahren und unsere Kayserliche Rechte* (i), uti non efficere poterit, ut propterea Justinianus revera fuerit antecessor Caroli V. in imperio, ita nec derogat hac parte, nec derogare voluit autoritati juris canonici in genere, sed hoc ideo factum, quia jus canonicum continet saltem pœnas ecclesiasticas, non politicas. Neque etiam autoritati juris canonici obesse potest, quod ex illis locis infertur, quasi *nil clarius dici possit, quam, quod Carolus V. suum esse voluerit jus Justinianeum, uti Imperator Justinianus omnia veterum Jctorum sua fecerit* (k), scilicet non omnia eorum scripta, sed quæ ex istis in Pandectas retulerit. Nam ut alia taceam, hæc tenus dicta satis ostendunt, quod & Carolus V. ea tantum ex jure Justiniano sua esse voluerit, ad quæ in dictis articulis provocat, eaque exinde repetit.

- (a) B. Strykius *d. dissert. proœm. §. 25.* (b) In Ordin. Cameral. 1521. *cap. 1.* (c) Per modo notata *§. preced. ab init.* (d) In d. ord. Camer, *cap. 32. sub rubric. wie es in Ordnung der possession &c. s. und ob sich je zu zeiten z.* (e) *l. si quis in tantam 7. C. unde vi.* (f) *§. Nachdem auch in gemeinen Rechten, conf. dicta §. preced. lis. g.* (g) *Dissert. de occasione &c. const. crim. §. penult.* (h) *Dissert. alia de orig. processus inquisitorii.* (i) *Artic. 104. 117. 118. 120. 121. 135.* (k) *l. 2. §. 10. C. de V. J. E.* ZZ 2 6. Ne-

*Neque per
constitutio-
nes Ferdinandi I.*

6. Neque novi aliquid in imperioratione auctoritatis juris canonici præ civili, aut hujus præ illo a Ferdinando I. est constitutum. Etsi enim *in ordinatione Camerali* (a) *expresse sanxerit* (b): Die Benstiger sollen nicht nach eigenem Gutbedüncken / sondern auff des Reichs gemeine Rechte Urtheil fassen; etsi *solenni juramento judicem & assessores Camera constrictos voluerit, ut sententias ferant* nach des Reichs gemeinen Rechten. (c) Etsi *his ipsis locis evidentissime publica imperii lege receptum esse jus Justinianicum nemo negare possit*; tamen non solum receptum est, sed sub illis verbis etiam intelligendum est jus canonicum (d). Eadem responsio locum habet ad ea, quæ sequuntur; quod scilicet *idem observetur in Judicio aulico, ubi Consiliarii aulici jurare teneantur*, auf des Reichs constitutionen und die gemeine beschriebene Rechte (e). Et potius pro nobis militant, quæ statim adduntur, *quod in fine ejusdem ordinationis aulicæ præcipiatur*, daß das corpus juris civilis & CANONICI allezeit auff des Reichs Hoffraths Taffel seyn solte / damit man sich derselben gebrauchen könne.

(a) *Part. I. tit. 13. §. 1.* (b) *Stryk. d. l. §. 26.* (c) *Ord. Cam. p. 1. tit. 57.* (d) *Repete dicta §. 4. post lit. c.* (e) *Ord. jud. aul. tit. 7.*

*An per jus
commune
aut jura
communia*

7. Etsi igitur *Conringius* (a) *fateatur, jura communia in recessibus imperii indubie Romana denotare* (b); (i. e. *Justinianicum jus*) Etsi concedamus, *fidam esse illorum* (†) *opinionem, qui ut juris communis aut ori-*

tatem

(†) *i. e. Culpisii in dissert. Epistol. §. 81. Vide ibi notas meas p. 88. seq.*

tatem juri Romano demant, in recessibus imperii phrasin in recessibus
gemeine Rechte de juribus aliis in Germania receptis, & intelligatur
 Die Kayserlichen Rechte *de jure Justiniano tantum in-* solum jus
telligi contendunt: propterea tamen non sequitur, *Romanum.*
 quod *promiscuus sit illarum phrasum usus in recessibus*
 & *utrobique, i. e. sive dicatur gemeine Rechte / sive*
 Kayserliche Rechte *regulariter intelligatur jus Roma-*
num. Sed potius regulariter sub verbis *gemeine*
 Rechte intelligitur jus utrumque civile & canonicum.
 Quod non solum patet ex loco ordinationis iudicii au-
 lici modo adducto (c), sed & idem illustratur per con-
 stitutionem Caroli V. contra Anabaptistas (b) ibi:
wiewohl in gemeinen Rechten / & postea und sonderlich
 in Kayserlichen Gesetzen die Umtauffung bey Straffe
 des Todes verboten: ubi ipsi dissentientes fatentur
sub juribus communibus etiam intelligi jus canonicum;
 nisi contextus ostendat, aut alia ratio interpretatio-
 nis suadeat, sermonem esse de solo jure Justiniano.

(a) *De O. J. G. c. 33. p. 219.* (b) B. Stryk. s. 25. (c) *§. preced.*
circa fin. (d) *De anno 1529. §. 1.*

8. Deinde posito etiam, quod sub voce juris *Jus canoni-*
 communis in recessibus semper intelligatur ius Justi- *cum etiam*
 nianum, dixi tamen superius (a), quod loca reces- *in recessibus*
 suum de iure communi loquentium probent saltem *comprehen-*
 receptionem iuris Justiniani, eius vero prævalen- *di sub con-*
 tiam præ iure canonico non probent. Quod ut eo *suetudini-*
 distinctius intelligatur, repetendum (b), assessores *bus rece-*
 Cameræ etiam promittere, quod iudicare velint, *ptis.*
nach
redlichen ehrbahren Gewohnheiten. Cum igitur ha-
 ste-

ctenus ostensum fuerit, quod ius canonicum integro seculo ante ius Justinianum in Germania receptum sit, & pro superstitione illorum temporum ac pro putativa prudentia & sanctitate eiusdem ubique etiam in fora secularium introductum, non potuit non idem ius canonicum etiam sub verbis illis consuetudinum honestarum ac decorarum subintelligi.

(a) Supra §. 4. ante lit. f. (b) ex §. 4. lit. c. & d. & ex ord. Camer. tit. 13. Add. Conring. de O. J. G. cap. 33. pag. 212. seq.

*Non potest
ius Justi-
nianeum
prevale-
re juri canoni-
co, cum illud
sit ius sal-
tem subsi-
diarium.*

9. Necesse est, quod urgeas, prævalentiam tamen juris civilis indicari in verbis illis, quod juris communis ibi fiat mentio ante consuetudines receptas. Uti enim ab ordine verborum alias in genere infirmum ducitur argumentum in similibus quæstionibus, ita hoc loco illud non quadrare vel exinde constat, quod jus commune ibidem etiam præponatur recessibus, & tamen absque dubio jus civile non prævaleat recessibus imperii. Unde rectius Conringius (a): *Ex istis locis recessuum manifestum est, receptum quidem tandem publico imperii consensu Romanum jus in forum, potissimum quod Camerale dicitur; non tamen ut ex uno illo sententiæ dicerentur, sed consuetudinibus & statutis usitatis suo loco relicto, adeoque hæcenus tantum, in quantum illud jus receptis moribus ac legibus non adversatur. Quæ vero Cameralis, eadem & aulici Cesarei est ratio.* Imo quid autoritate privata opus est, cum id loquantur diserte ipsæ leges imperii: *Assessores Cameræ debere so wohl die statuta und Ge-
wohne*

wohnheiten / als die Reichs-Abschtede und gemeine Rechte für Augen haben (b) / & adhuc clarius in ordin. judicii aulici (c) zuzörderst zc. jedes Standes/Landes/Ortes und Gerichts zc. gute Ordnungen und Gewohnheiten / und in Mangel derselben die Kaiserliche Rechte und rechtmäßige *observationes* und Gebräuche nehmen. Sive enim jus Canonicum ad consuetudines particulares referas, præferendum id erit juri Justiniano, sive ad universalem, junguntur eæ cum jure Justiniano. Imo ipse Illustris Strykius emphasin argumentationis hujus agnovit: *Omnino*, inquit (d), *notabilia sunt verba* : Die Gewohnheiten / und in Mangel derselben die Kaiserlichen Rechte ; *ubi recepta consuetudines antiquitus observatae*, (& sic etiam jus canonicum) *juri scripto præferuntur, ut ita in subsidium, si in casu proposito nulla legitima Germanie consuetudo adsit, ad jus Romanum recurrendum, ut hinc talis casu demum legis auctoritatem in Germania habeat.*

(a) d. l. p. 214. (b) Recept. imp. 1654. §. benebens sollen 105.

(c) tit. 1. §. und weilen. (d) d. l. §. 28. in fine.

10. Probatum hætenus dedimus evidentissime & pene mathematice, juri canonico in genere non esse derogatum per leges imperii Germanici; Ergo jam conclusio esset formanda secundum superius (a) dicta, prævalere in dubio jus canonicum civili, si allegans non usum juris canonici non probaverit specialem ejus abrogationem nisi aliud placuisset Illustri Antecessori, asserenti, jus canonicum in imperio in negotiis civilibus per receptionem juris

Ex dictis sequitur, per receptionem juris Justiniani jus canonicum non esse abrogatum.

Justi-

Justiniani esse tacite abrogatum. *Quare, inquit (b), non aliud præsidium juri Romano contra jus canonicum supererit, quam quod recepto jure Romano, eodemque in imperii constitutionibus approbato, e contrario vero observantia juris canonici non reservata, tacite juri canonico in negotiis civilibus repudium datum. Uti enim consuetudo contraria jus antea observatum tollit, ita quoque receptio novi juris, cujus dispositio juri hucusque frequentato adversatur.*

(a) §. 3. in fine. (b) *Ibid.*, §. 36.

*Responde-
tur dissen-
sientibus.*

II. Uti vero initio confessio merito acceptanda est, quod non aliud præsidium juri Romano contra jus canonicum superfit, quam illud, quod adductum est, ita facilis est destructio præsidii istius. Verum est, posterior voluntas derogat priori, posterius jus priori adversum derogat priori, si modo posterius jus in specie quoad illam adversitatis causam receptum est; aut si generaliter receptum est, ut jus ordinarium, non ut subsidiarium. Implicat enim evidenter, jus civile receptum esse in subsidium saltem juris canonici, i. e. quando deficiat jus canonicum, & tamen prævalere etiam juri canonico, ubi hoc illi adversetur, id est, ubi non deficiat. Ut taceam, si sola receptio posterior juris civilis deberet producere derogationem tacitam juris canonici, cur hæc derogatio saltem deberet valere in negotiis, ut effertur, civilibus, & non etiam in ecclesiasticis, in primis cum & Justinianæ jus haud dubie multa disponat in ecclesiasticis adversantia juri canonico. Uti vero tota di-
spu-

sputatio hætenus instituta respicit usum juris privati (a) ita non obstant nobis, quæ porro sequuntur (b): *Accessit huic derogationi non difficilis Imperatorum coniventia, quorum autoritas stante jure canonico solius fere Pontificis arbitrio subjecta erat. Unde consultius crediderunt, siue proprio, siue ab antecessoribus in imperio condito jure uti, quam Pontificum placitis sceptram publicamque imperii salutem submississe.* Nam hæc verba respiciunt evidenter controversias juris publici. Ut taceam, hoc argumentum afferri saltem ut illustrans, non ut probans, sed supponere derogationem jam esse probatam. Quo non facto corrui & ipsum.

(a) Propter dicta §. 39. *ibid.* (b) d. §. 36.

12. Unde etiam sua sponte corrui, quod statim (a) sequitur: *Quapropter & Pontificia religioni quod Principes Catholicæ religioni quod Principes additi in imperio jus canonicum pro communi habere, aut illud juri civili præferre non valebunt; nisi probatum, quod in certo controversiarum genere etiam recepto jam tum jure Cæsareo observantiam juris Canonici retinuerint: ut adeo in concursu iuris Cæsarei & Pontificii illud omnino præferendum, nisi qua hujus iuris continua observantia doceri valeat.* Quemadmodum enim in hac assertione totus nervus in particula *quapropter* situs est, ita fundamentis, in quibus illatio hæc nititur, hætenus destructis, non opus est operam inferre destruendæ huic illationi.

(a) *Ibid.* §. 37.

13. Hoc pacto vero non habemus opus, ut excipiamus causas ecclesiasticas, quia secundum nos *Aut si teneantur, quod*

(Caus. Eccles.)

A a a

jus

*excepta sint
causa eccle-
siastica.*

jus canonicum prævalet in dubio, quoad causas tam civiles, quam ecclesiasticas, nisi in controversia inter Pontificem & Imperatorem. Quamvis quæ ibidem pro adstruenda illa exceptione afferuntur variam notam videantur mereri. Volunt enim (a) *excipiendas ideo esse causas ecclesiasticas, quia hæc semper Episcopos habuerint iudices, hi vero promotam ubivis cupierint Pontificis auctoritatem, ac adeo non alio, quam canonico iure uti, potuerint.* Nam primo non omnes Episcopi promotam ubivis cupierunt Pontificis auctoritatem, secundo causæ ecclesiasticæ non ubivis respiciunt controversiam de Pontificia aut Imperatoria auctoritate, tertio, si hæc ratio quid valeret, valeret etiam in causis civilibus, quia & in his illi Episcopi promotam cupient Pontificis auctoritatem, qui eam promotam ubivis cupiunt, quarto, hic non quæritur, quid olim Episcopi voluerint, sed quid jam velle debeant, postquam communi Imperatoris & Statuum consensu jus Justinianicum, cum animo (ut ipsi volunt) derogandi juri canonico in imperio receptum est. Deinde fundamenti loco affertur constitutio Rudolphi I. sic exposita, *quod iudicia ecclesiastica debeant iudicare secundum ius canonicum, secularia vero secundum iusulare &c.* Sed & hic initio loci illius sensus est ambiguus (b), annon potius dicere voluerit, *secularia iudicia etiam secundum jus canonicum esse instituenda.* Deinde respicit tempora ante reformationem & ante leges imperii per Maximilianum & Successores promulgatas, quibus supra tribuebatur dero-

derogatio juris canonici, tanquam posterioribus. Ergo etiam per eas constitutio illa Rudolphi, tanquam præcedens abrogata fuisset. Ut taceam, satis supine hic misceri *iudicia ecclesiastica*, de quibus loquitur constitutio Rudolphi, cum *causis ecclesiasticis*, de quibus quæstio est. Denique, etli *extra causas ecclesiasticas nullibi, vel certe rarissime in Imperii constitutionibus ad iuris canonici sanctiones expresse ablegemur*; tamen nec hoc per se aliquid probaret pro exceptione causarum ecclesiasticarum; quia etiam præter unum locum ibi adductum (c) vix allegari posset alius, ubi expresse statuatur, quod in causa ecclesiastica locus esse debeat ordinationi juris canonici; nec probare etiam potest, in causis civilibus jus canonicum non esse receptum, quia jam aliquoties diximus, observantiam juris canonici in imperio non deberi legi scriptæ sed consuetudini.

(a) d. §. 37. (b) Vide jam supra notata *ad cap. 21. §. 36. lit. a.*

(c) *Ex instrum. pac. Art. 13. §. quodsi vero 6.*

14. Nil ergo restat, quam ut simpliciter negemus ea, quæ sequuntur, quia etiam simpliciter asseruntur (a). *In terris statuum evangelicæ religioni ad dictorum omnis canonici iuris autoritas exolevit, adeo ut nec in causis ecclesiasticis amplius obtineat, sed illæ ex iure divino & Principum ordinationibus ecclesiasticis deciduntur.* Illud tamen non omittendum, quod accurate loquendo hic juri canonico non possint opponi jus divinum & constitutiones ecclesiasticæ, quia constitutiones hæc ecclesiasticæ maximam partem

Falsum esse, quod in terris statuum Evangelicorum etiam in ecclesiasticis causis jus canon. exoleverit.

fundatæ sunt in jure canonico, & quia jus canonicum ubique vult videri, quod decisiones suasumat ex jure divino, ac ubique textus scripturæ sacræ in suas partes trahit; cujus expositiones postea plerumque in consistoriis evangelicorum Principum fuere assumptæ. Adde, quod concedatur, *juri canonico adhuc locum esse inter Evangelicos, non solum ubi capitula canonicorum mixtæ religionis sunt, sed & maximam partem in ecclesiis cathedralibus Evangelicis.* Quod vero affertur, *Electores Evangelicos in capitulatione Imperatoria solenniter cavere, ne quæ de sedis Romane, Pontificisque defensione & advocatia ibi ab Imperatore promissa sint, evangelicos tangant, aut libertati protestantium religionis præjudicio sint,* ad jus publicum pertinet, de quo jam non est quæstio.

(a) *Ibid.* s. 38.

*Remansit in
foris Prote-
stantium u-
sus juris
canonici, et-
iam ubi re-
manere non
debuisse.*

15. Ergo tantum abest, ut apud Protestantibus in dubio jus civile præ canonico prævaleat, ut inter decem differentias juris canonici & civilis vix una exempli loco rationabiliter afferri possit, ubi prævaleat jus civile, quod facile per inductionem probari posset, si opus esset. Imo etiam in istis negotiis, ubi secundum confessionem Augustanam non deberet remansisse usus juris canonici, aut ubi jus canonicum aperte ratione destituitur, tamen etiam apud Protestantibus in foro remansit usus juris canonici. Ita v. g. libri symbolici ecclesiarum nostrarum docent, matrimonium non esse sacramentum, & tamen in consistoriis Principum Protestantium pleræque conclusiones

fiones e principio juris canonici, quasi matrimonium fit sacramentum, unice dependentes, adhuc in viridi sunt observantia (a). Ita v. g. omni ratione destituitur dispositio juris canonici (b), quod dominus actionis, qui procuratori mandatum generale ad totam causam dedit, si postea ipse compareat in iudicio, nec expresse testetur, quod id fiat salvo mandato, censeatur tacite mandatum revocasse. Et tamen hæc sententia juris canonici etiam in foris Principum protestantium usu est recepta (c).

(a) Quod peculiari dissertatione ostendit Excell. J. Sam. Strykius. (b) *Cap. 8. de procur. in Sexto.* (c) Dn. Rivinus *ad ordinat. Process. Saxon. tit. 7. th. 57. (*)*

16. Unde facile judicari potest, quid sentien- *Rejiciuntur*
dum sit de doctrina alibi proposita (a), *quasi in terris falsa ratio-*
protestantium denegata Pontifici superioritate deneg-
tur etiam simul ejus legibus potestas obligatoria; quia *res senti*
tamen in hoc ipso jure canonico multa sint, quæ laudem *juris Ponti-*
mereantur, illud ipsum in terris Principum Protestan- *ficii.*
tium retentum fuisse. Nam ut taceam, hoc pacto et-
iam denegandam fore omnem potestatem obligato-
riam juri Justiniano, quia nec Justinianus gavissus est
superioritate in territoriis Germaniæ; hæc tamen ad-
ducta satis docent, jus canonicum etiam in illis capi-
tibus retentum esse, ubi laudem non meretur. Dum

Aaa 3

por-

(*) *Adde dissertationem meam peculiarem de hac materia Anno 1715. habitam de revocatione tacita mandati judicialis, ubi probavi equidem, collegia Juridica quædam incepisse negligere illam constitutionem Papa-*

lem, non tamen ideo, quod jus civile hic prævaleat juri Canonico, sed quod ista constitutio sensui communi & rectæ rationi repugnet. & quod Papa ipse non habuerit intentionem, legem hic ferendi.

porro subjicitur: *Retentum jus canonicum in illis potissimum materiis, ubi causa conscientie ventiletur, vel ubi de peccato vel scandalo vitando agatur, id nequaquam poterit probare praevalentiam juris civilis prae jure canonico in terris Principum Protestantium, quin potius ea ipsa limitatio probat retentionem juris canonici in regula per ea, quae jam superius notavimus (b).*

(a) *In praecogn. iur. univ. cap. 8. §. 28.* (b) *Cap. preced. §. ult.*

*Alia moni-
ta circa
causas spe-
ciales, in
quibus ius
canonicum
retentum
esse concedi-
tur,*

17. Et igitur dum ulterius docetur (a) *in specie a nobis observari jus canonicum in matrimonialibus in materia usurarum, juramentorum, praescriptionis ratione bonae fidei in ea observanda, & in illis quae ad processum spectant, item in piis causis, bonis ecclesiasticis, in patetis, stipulationibus, emphyteusi, &c.* tantum abest, ut id faciat ad probandam praevalentiam juris civilis prae canonico, ut potius nostra sententia inde magis confirmetur (b). Alias enim facile ostendi posset, in his capitibus jus canonicum non retentum esse ideo, quod laudem mereatur, cum potius in plerisque illis capitibus majore laude dignum fit jus civile, v. g. in juramentis, praescriptione, processualibus &c. De matrimonialibus modo notavimus (c), nos retinuisse etiam jus canonicum in non laudabilibus. Id vero nescio, qua fronte dicatur, quod *ius canonicum saluberrima remedia proponat lites abbreviandi*, cum potius & ratio & experientia testetur, immortalitatem litium non nisi juri canonico deberi. Miror etiam, cur inter illas cau-

causas, in quibus jus canonicum apud Protestantes observatur, recenseatur materia *usurarum*, cum tamen notorium sit, jus canonicum nullas plane usuras permittere, at in imperio, & apud Protestantes, etiam pro licitis haberi usuras quincunces & semisses.

(a) *Ibidem*, (b) Per dictam d. §. ult. cap. preced. (c) §. 13.

C A P. XXIII.

DE

Utilitate ac neglectu studii juris canonici in academiis etiam Protestantium & methodo illud docendi.

S U M M A R I A.

Jus canonicum non est utile Reipubl. sed potius noxium, §. I. Neque hac tamen in re jus civile precipui quid præ jure canonico habet. §. II. Fatentibus ipsis dissentientibus, & vana tamen effugia quærentibus, §. III. Ad quæ etiam pertinet, quod sequamur jus divinum, quod processus debeat addisci ex constitutionibus provincialibus &c. §. IV. Studium tamen juris canonici est utile & necessarium. §. V. Et magis necessarium, quam studium juris civilis. §. VI. Contrarium tamen obtinet in Academiis protestantium. §. VII. Ubi scilicet maximus regnat neglectus juris canonici. §. VIII. Fructus hujus neglectus. §. IX. Cautela doctori juris observanda, ut necessitatem & utilitatem studii juris canonici inculcet studiosis. §. X. Ut ius canonicum examinet, an conveniat cum sanis iurisprudentia principis & reliquias papatus ostendat. §. XI. Fructus huius posterioris cautelæ, §. XII. Fictos posse emendare observantias iudiciales iuris

cano-

canonici, non expectata emendatione Principum. § XIII. Requisita doctoris genuini iuris canonici. §. XIV. Methodus docendi ius canonicum. §. XV.

I.

Jus canonicum non est utile Reip. sed potius noxium.

HActenus dicta ostendunt sua sponte, cum de utilitate juris canonici loquimur, nos non intelligere, ac si jus canonicum ullam reipublicæ ulli vel Germanicæ in specie, unquam utilitatem attulerit; sed eo intuitu potius optandum esse, ut nunquam jus canonicum in Germania cognitum fuisset. Concedo etiam illud Zieglero (a) totum jus canonicum, quale in se est, rectius aboleri, quam conservari, quemadmodum & in Anglia publica lege cautum esse idem ex Parkero notat. Ut taceam absurditates juris canonici (b), item multas contradictiones in jure canonico reperiri, quarum catalogum collegit jam suo tempore Wissenbachius.

(a) *De O. J. Can. §. 67. in fine.* (b) *Ziegl. ibid.*

Neque hac tamen in re jus civile præcipui quid præjure canonico habet.

2. Neque tamen exinde deduci debet neglectus communis juris canonici hodiernus & contrarium studium juris Justiniani. Nam & jus Justinianum pariter suos nævos habet, suis iniquitatibus laborat, jam in Codice valde papizat & Clero nimium tribuit. Intuitu Germaniæ magis peregrinum id est, a moribus Germaniæ magis discrepans est, quam jus canonicum. Plura eam in rem suppeditabit integra oratio clarissimi Pagenstecheri de præstantia & auctoritate juris canonici.

Quæ extat in ejus libro benedictorum p. 129. seq.

3. Imo

3. Imo ipsi dissentientes, qui jus civile præ *Fatentibus*
 jure canonico receptum esse volunt, illudque com- *ipsis dissen-*
 mendant, vel eo ipso id fateri coguntur, dum commu- *tiensibus &*
 ni lyra lyrantes dicunt, jus canonicum receptum *vanatamen*
 esse in Germania, ubi agatur de peccato vitando. *effugia*
 Eo ipso enim fateri necesse habent, quod jus cano- *quarenti-*
 nicum sit præstantius jure civili, & quod jus civile *bus.*
 tam pia ac jus canonicum non tradat, & peccata ita
 evitare non doceat. Unde sua sponte corrui-
 tum effugium, quo quidam doctrinas suas de juris
 civilis præ canonico præstantia palliare ausi sunt,
 scilicet, *hoc non ita crude intelligendum esse, quasi jus ci-*
vile quandoque peccatum aleret, quod penitus non sit con-
cedendum; sed ita, quod jus canonicum circa negotia,
que animam tangant, specialius versetur, & rem ac nego-
tia ejusmodi ex jure divino clarius determinet, ubi si ex ju-
re Romano quis colorem suis actionibus querere vellet, pecca-
ret, cum ad hunc casum legislator civilis non respexerit (a).
 Quasi scilicet in negotiis, ubi de peccato vitando a-
 gitur, jus canonicum saltem suppleat nimiam ge-
 neralitatem ac deficientiam juris civilis, & non po-
 tius juri civili diserte contradicat. At vero hoc e-
 videntissime falsum esse docent fere omnia capita,
 in quibus jus canonicum ob peccatum vitandum a
 jure civili dissentit, eique contradicit, ut in mate-
 ria usurarum, præscriptionis, juramentorum, in
 processu &c. ubi sane evidente dissensu inter jus
 civile & canonicum non poterit dici, quod ad hunc
 casum legislator civilis non respexerit.

(a) Præcogn. Hoppiana cap. 8. in fine p. 79.

(Cant. Eccles.)

Bbb

4. Ea-

Ad qua etiam pertinet, quod sequamur jus divinum, quod processus debeat ad disci ex constitutio- nibus provincialibus &c.

4. Eadem est ratio alterius effugii, *quasi scilicet nos Protestantes in ejusmodi causis, tanquam a-muſi & norma perpetua ac immutabili, utamur jure divino* (a). Nam (1) jus illud divinum, ad quod provocatur, revera est jus canonicum, quod ubique, ubi juri civili contradicit, textus juris divini in suam sententiam misere torquet, quam torturam praxis sequitur; (2) Jus divinum perpetuum & immutabile est solum jus naturæ, nam jus Mosaicum civile, etsi divinum sit, sua natura non est perpetuum, nec immutabile. At in causis, ubi dissentit jus canonicum a civili, raro provocatur ad jus naturæ, sed sæpissime miscentur & male applicantur leges civiles Mosaicæ, quæ Christianis uti non sunt latæ, ita nec eos obligant. Denique quamvis Zieglerus (b) arbitretur, *quod in plerisque Germania provinciis speciales circa processum a Principibus promulgatæ ordinationes prevaleant, quæ tam perfectæ & absolutæ hodie, in primis in Saxonia inveniantur, ut ex decretalibus illum addiscere nulla amplius cogat necessitas; nec hæc tamen assertio firmiter infert, cum constet, ordinationes illas processuales, si non totas, saltem quoad maximam partem desumtas esse aut derivatas & incrustatas ex jure canonico, adeoque studium juris canonici tanquam communis fontis omnino non sit negligendum.*

(a) Præcogn. Hopp. *ibid.* (b) *De O. J. Can. d. § 67.*

Studium tamen juris canonici

5. Igitur, etsi ipsum jus canonicum parum utilia contineat, studium tamen juris canonici hactenus erit utile juris studioso, imo necessarium, quatenus

nus illa parum utilia etiam apud Protestantes incaute in praxi sunt retenta. At vero iudici & advocato incumbit, ut ea discat, quæ in praxi obtinent, utrum recte obtineant ac recepta sint, nec ne, ad iudicem & advocatum disquirere non pertinet, sed ad Professore & Consiliarium(a); Aut si etiam ad iudicem suo modo pertineat emendare absurditates juris canonici in foro receptas, (quatenus nimirum jus canonicum non valet ut lex scripta, sed per modum consuetudinis aut observantiæ judicialis):(b), quomodo iudex aut professor poterit docere & cognoscere illas absurditates, si originem earum & colores non probe noverit, quod non aliunde, nisi ex ipso iure canonico discere potest. Quod si vero hæc pauca & perspicua probe observaveris, non opus erit, ut anxie sollicitus sis cum Zieglero (c) de rationibus longe quæsitis aut secundariis, cur tamen doceatur(†) in academijs Principum Protestantium jus canonicum, & cur eidem in facultate juridica professio primaria sit assignata. Quibus omnibus tamen magna cum cura conquiritis nihil aliud se demonstrasse confitetur Ictus eximius, quam quod exinde saltem constet, non destitui rationibus academijs

Bbb 2 demias

(†) *Quærit enim: cur Doctor juris utriusque & Professor Decretalium factus fuerit? Et respondet: 1. Multum tribuendum esse consuetudini, quam privati mutare nequeant: 2. Noluisse se, quovis Doctoris juris a Pontificis creato inferiorem esse: 3. Doctoris titulum ab ipso non exigere, ut impium, iniustum & ambitiosum in iure Canonico defendat, sed jurasse se quod velit id, quod justum & pium est respondere*
 4. Per consuetudinem in Germania sæpe ad jus Canonicum provocari in iudiciis. 5. Litigandum sæpe esse Ictis Lutheranis cum Pontificis circa bona Ecclesiastica &c. 6. Posse etiam ex Jure Canonico textus quotdam retorqueri adversus Pontificios.

demiis in his terris , quod studium juris canonici excolant , quamquam ut excolatur , simpliciter & absolute necessarium non sit (d).

(a) Vide disput. *de equit. cerebr. l. 2. C. de resc. vend. cap. 1. §. 13. seq.* (b) Vide disput. *de iure consuet. & observ. & infra §. 13.* (c) *Ibid. §. 68.* (d) *d. §. 68. in fine.*

Et magis necessarium, quam studium juris civilis.

6. Et illud ex dictis sequitur, majorem debere curam adhibere Professores & studiosos in academiis nostris, ut doceant & discant jus canonicum, quam ut de jure civili adeo sint solliciti, cum jam supra (a) ostenderit, jus civile in Germania saltem ut jus subsidiarium esse receptum, jus canonicum autem non esse subsidiarium, sed in omnibus pene juris articulis moribus patriæ immixtum. Debebat igitur jus canonicum ab omnibus doceri & disci tanquam regula, & in debitis locis illæ differentiæ juris civilis, ubi hoc specialiter est receptum, quod in paucissimis tamen casibus factum est, debebant annotari.

(a) *Cap. preced. §. 8. & 9.*

Contrarium tamen obtinet in academiis Protestantium.

7. Sed debebat. Nam evidens est, & quotidiana id docet experientia, quod plane ordine inverso doceatur ubivis apud nos jus Justinianum tanquam regula, adnotatis hinc inde differentiis juris canonici per modum exceptionum, ita vero simul pleræque materiæ, de quibus jus Justinianum vel parum vel nihil tradit, & quæ tamen in ipsis rerum argumentis quotidie occurrunt, plane omituntur, vel frigide & superficialiter tractantur. Qui
nævus

nævus non potuit non ubique altas radices agere, propter communem illum & hæcenus (a) laus re- futuratum errorem, quasi in dubio apud Protestantibus jus Justinianum prævaleat juri canonico.

(a) *Integro cap. 21. & 22.*

8. Neque adeo mirandum, quod in plerisque academiis Protestantibus maximus regnet neglectus juris canonici, & quod ipsi Professores rarissime aperiant collegia juris canonici, aut si aperiant, quod nemo studiosorum interesse iis cupiat. Ubi tamen de studiosis id non mirandum, quod collegia illa juris frequentare nolint, quæ ipsis eorum doctoribus inculcantibus in praxi nullum aut certe exiguum habeant usum. Neque doctores sua si non justa defensione, saltem aliquali excusatione sunt destituti. Nam quomodo docebunt jus canonicum, quod ipsi in academiis non didicerunt, & cujus tamen doctores creati sunt. Adde, quod professores decretalium plerumque in academiis etiam Protestantium aliis laboribus sint obruti, ut vix in jure civili etiam operam dare possint informandæ studiosæ juventuti.

9. Quod si igitur doctores academici in academiis Protestantibus responsa juris dare debeant super iis quæstionibus, de quibus etiam in jure canonico agitur, sive eæ ad jus publicum, sive ad jus privatum pertineant, aliter fieri non potest, quam ut vel ex falsa persuasione, quod juris civilis regulariter præ jure canonico in terris Principum Protestantium sit

Bbb ;

ma-

major autoritas, jus canonicum plane negligatur, vel ex contrario ex persuasione æque falsa, (quali in causis ad conscientiam pertinentibus, & ubi agitur de peccato vitando, jus canonicum, ut maxime pia & æqua disponens, absque ulteriori examine, ex principiis genuinis iuris naturæ, doctrinæ politicæ & iuris publici merito instituendo, sequendum sit,) sine adhibito iudicio excribantur canonistæ & scriptores iuris Pontificii, quasi indistincte in his capitibus ius canonicum sit receptum, non attento etiam, quod in Ecclesiis protestantibus principia iuris canonici illa, ex quibus conclusiones controversæ dependent, iam per publicas confessiones sint reiecta, & quod eadem sanæ rationi repugnent. Quo pacto non poterit non summa iuris incertitudo, & varietas, quæ citra hunc nævum etiam iam satis regnat, magis magisque augeri & crucem figere tam docentibus, quam discipulis. Id quod maxime contingit in quæstionibus iuris ecclesiastici seu consistorialis, ubi tot sunt sententiæ variantes, quot prope collegia, aut quot scriptores tam Theologi quam Juri in religione utraque protestantium reperiuntur, retentis hinc inde reliquiis papatus satis crassis, ut ex inspectione politicæ ecclesiasticæ Gisberti Voetii, ex iurisprudencia consistoriali Carpzovii, ex tractatibus variis iuris ecclesiastici ab Ahasvero Fritschio editis, ex Linckii tractatu de iure episcopali, item de iure templorum, ex Bruckneri decisionibus matrimonialibus & variis scriptis controversias matrimoniales tractantibus

cui-

cuique ad oculum pater. Et quamvis Zieglerus & Brunnemannus subinde has reliquias annotare soleant, deprehendet tamen quilibet, quod etiam post horum Jctorum celeberrimorum diligentiam multa relicta sint industriæ successorum, in quibus se exerceant.

10. Ergo Doctori genuino iuris canonici duo potissimum præiudicia communia sunt evitanda. I. nitio ne sibi persuadeat, ius canonicum non discendum esse, aut serio ipsi tractandum, tanquam quod exiguum usum habeat in foris Germaniæ, sed quod sufficiat, si solum iuri civili, tanquam prævalenti, & quod per publicam receptionem in legibus imperii abrogaverit ius canonicum, strenuam navet operam. Huius enim erroris falsitatem, ut puto, evidenter hætenus docuimus. Sed potius operam dabit, ut propter receptionem pene universalem iuris canonici, etiam post reformationem continuatam, serio adhortetur discentes, ut magis incumbant studio iuris canonici, quam civilis.

11. Deinde, ne ex altera parte sibi persuadeat, sicubi videat jus canonicum pene ubivis in foris etiam Protestantium regnare, quasi non opus sit illam receptionem ulterius examinare, an ea conveniat principiis moralibus, politicis, juris publici, ac confessioni Ecclesiarum nostrarum, sed potius operam dare debet, ut examine rite instituto ostendat discipulis reliquias arcanorum politicorum papatus, i. e. imperii clericalis & fucatæ pietatis, & quomodo ea inscribendat.

Cautela Doctori juris observanda, ut necessitatem & utilitatem studii juris canonici inculcet studio.

Ut jus canonicum examinaret, an conveniat cum sanis juris prudentia principiis & reliquias papatus ostendat.

scriptis nostratum, etiam eorum, quos saniores esse diximus, detegere & perspicue intelligere debeant.

Fructus hujus posterioris cautelæ.

12. Fructus hujus cautelæ posterioris ille potissimum erit, ut tandem aliquando discentes ad regimina rerum publicarum Germanicarum, & consilia Statuum adhibiti incipiant, adhibita tamen debita prudentia, serio cogitare de emendationibus harum reliquiarum, & de corrigendis ordinationibus non solum ecclesiasticis, sed & politicis & processualibus, utpote ubi tales reliquæ frequentissimæ sunt. Aut etiam, ut discentes, ordinibus Jctorum, qui de jure respondent & sententias ad acta publicaverunt, aliquando admoti; sine expectata abrogatione legislatoria deserant observantias judiciales talium reliquiarum hactenus receptas, easque ipsi exterminent, utque in deducendis juribus Principum evangelicorum circa ecclesiasticas causas, aut circa sacra loco doctrinarum impertinentium & locorum communium inutilium ac tædioforum, proferant positiones breves & perspicuas rationibus paucis, sed stringentibus munitas.

Jctos posse emendare observantias judiciales juris canonici non expectata emendatione

13. Neque offendiculo hic cuiquam erit, quod dixerim, Jctos posse sine expectata emendatione Principis ipsos emendare observantias judiciales juris canonici irrationalis & principiis sanioribus adversi. Uti enim de sola observantia judiciali loquor, non de legibus scriptis provincialibus (quæ utique non poterunt ab Jctis corrigi, etsi reliquias papatus contineant,) ita alibi jam peculiari dissertatione ostend-

stendi, quod talis observantia vim legis non habeat(a). *datione principum.*
 Accedit & illa ratio, quod nihil tam sit naturale, quam ut aliquid eodem modo resolvatur & definat, quo fuit constitutum. At jam supra (b) notavi, quod jus canonicum maximam partem ex academiis in forum fuerit productum per observantiam ejusmodi judicialem, non expectata lege scripta Imperatorum vel principum. Quid ni igitur eodem modo possit eliminari? Nullam sane rationem video, quæ ullum dubium movere possit homini præjudiciis vacuo. Ita v. g. collegium nostrum jam ante plures annos deseruit distinctionem Juris Canonici inter dolum & errorem circa essentialia & accidentalia matrimonii, & sententiam ad acta tulit, quod matrimonium sit rescindendum vel annullandum, ubi homo nequam & furcifer, se personam illustrem esse mentitus, deceperat virginem nobilem, eamque induxerat, ut matrimonium cum eo consummaret, etiam coram facie ecclesiæ; non attento, quod illa distinctio hætenus etiam in collegiis protestantibus diuturna observantia judiciali fuisset recepta. Ita idem collegium nostrum respondit, Principem Evangelicum etiam in homicidio doloso ex justis causis posse pœnam ordinariam remittere, etsi hic iterum arcana politica Papatu per observantiam judicialem hætenus regnassent in aliis collegiis, ut latius docui peculiari dissertatione (c).

(a) *Vide supra* §. 5. (b) *Supra cap. 20. §. 10. 11. 12.* Adde elegantem locum Ziegleri *in d. dissert. §. 68. n. 3.* (c) *Habita anno 1707.*

(*Cont. Eccles.*)

Ccc

14. Sed

*Requisita
doctoris
genuini Ju-
ris Canonici.*

14. Sed ad istam cautelam posteriorem rite observandam opus erit, ut docentes non sibi persuadeant, sufficere sibi, si bibliotheca numerosa & tractatibus Jctorum peregrinorum & Germanorum, Canonistarum & Civilistarum, systematicorum, consulentium, decidentium, respondentium &c. sint instructi, ex quibus testimonia & auctoritates labore plus quam humano colligant, aut casum, uti loquuntur in terminis terminantibus in iis conquirant, sed necessarium omnino esse, ut præditi sint cognitione viva doctrinæ moralis, juris prudentiæ naturalis, prudentiæ politicæ, historiæ ecclesiasticæ, ac sanæ & rationalis Theologiæ, inter pseudo orthodoxiam Scholasticam & Enthusiasmum irrationalem mediæ. Sine his enim subsidiis frustra laborabit in emendatione juris Canonici.

*Methodus
docendi jus
Canonicum.*

15. Quodsi autem Doctor juris Canonici istis requisitis sit instructus, illa methodus docendi Jus Canonicum videtur si non optima, certe inter bonas nequaquam spernenda, ut auditoribus primo exponat differentias juris Canonici ac civilis methodo tacili & perspicua, ac simul ostendat, quod intuitu illarum differentiarum plerumque Jus Canonicum sit in foris etiam principum protestantium receptum, nisi ubi jus civile vel per leges imperii aut ordinationes provinciales fuerit peculiariter introductum. Qua occasione tamen simul, sed breviter, observabit in illis differentiis, quatenus Jus Canonicum sub simulata pietate vel honestate se insinuaverit in fora Germaniæ.

niæ. Hoc peracto explicabit auditoribus institutiones totius Canonici juris secundum ductum Lancelotti vel Antonii Cuchi aut similis autoris pontificii, atque paulo distinctius & plenius detrahet larvam papatui, simul adductis testimoniis testium veritatis, qui vel in medio papatu vel post reformationem ex nostratibus, sive Theologis sive Jctis arcana illa politica papatus annotaverint. Denique vel institutiones juris Ecclesiastici ab aliquo ex nostratibus conscriptas, vel etiam peculiariora quædam capita Juris Canonici v. g. causas matrimoniales, jura principum circa sacra, doctrinam de officio & potestate Ministrorum Ecclesiæ, ordinem processus &c. seliget, in quorum expositione simul notabit reliquias Papatus in foris Principum protestantium, & causas pariter aut prætextus proponet, ob quas incaute retentum fuerit Jus Canonicum vel in ordinationibus provincialibus, vel in judiciis ope observantiæ judicialis, additis etiam cautelis ex regulis prudentiæ, quatenus emendatio harum reliquiarum tentari possit a collegiis juridicis, vel suaderi possit principibus protestantibus. Atque ista quidem methodo in sequentibus lectionibus pro viribus ingenii utar. Faxit Deus feliciter.

FINIS.



I N D E X
AUTORUM ET RERUM
IN
D. CHRISTIANI THOMASII
CAUTELAS JURISPRUDENTIÆ
ECCLESIASTICÆ.



INDEX I. AUTORUM.

Primus numerus Roman, designat CAPUT, alter
 PARAGRAPHUM & *not.* NOTAM, *non* vero nu-
 merum, qui in notis infra textum
 legitur.

- | | |
|---|---|
| <p>A Lemannus (<i>Nicol.</i>) XV. 2.
 <i>not.</i>
 Alexander (<i>Natalis</i>) III. 6.
 <i>not.</i> a) IX. 50. <i>not.</i>
 Alstedius (<i>Job. Henr.</i>) XX. 7.
 Amersbach (<i>Henr.</i>) IV. 4. <i>not.</i>
 Antiquités des temps retablies VIII.
 17. <i>not.</i>
 Apollonius (<i>Guil.</i>) I. 9. <i>not.</i>
 Aquilinius (<i>Cesar</i>) XVI. 12.
 Arnd VI. 6. <i>not.</i> a)
 Arnold (<i>Gottfr.</i>) I. 18. <i>not.</i> III. 41.
 VIII. 11. <i>not.</i> IX. 15. & 50. <i>not.</i>
 XII. 6. <i>not.</i> a) & <i>passim.</i>
 - - Brixienfis. XVII. 10. <i>not.</i>
 Artopæus (<i>Job. Christoph.</i>) VIII.
 3. & 6. <i>not.</i>
 Augustinus (<i>Antonius</i>) XX. 5. <i>not.</i>
 d' Atum (<i>Johan.</i>) IV. 20. <i>not.</i></p> | <p>B Aluzius (<i>Steph.</i>) XIX. 29. <i>not.</i>
 XXI. 14.
 Barbayrack (<i>Job.</i>) VII. 1. <i>not.</i>
 XIV. 12. <i>not.</i> a)
 Barclajus (<i>Job.</i>) XVI. 23.
 Baronius (<i>Cesar</i>) III. 10. <i>not.</i> &
 ib. 31.
 Bartolinus (<i>Thom.</i>) VIII. 6. <i>not.</i>
 X. 9. <i>not.</i>
 - - (<i>Job. Babt.</i>) XX. 29.
 Basnage (<i>Sam.</i>) VIII. 27. <i>not.</i> b)
 IX. 50. <i>not.</i> X. 8. & <i>passim.</i>
 Bayle (<i>Petr.</i>) VI. 4. <i>not.</i> XV. 17.
 <i>not.</i> XVIII. 9. <i>not.</i> & 28. <i>not.</i>
 VII. 12. <i>not.</i> XII. 15. <i>not.</i> b) & c.
 Bebelius (<i>Balth.</i>) V. 28. <i>not.</i> a)
 Becker (<i>Balth.</i>) VII. 11. <i>not.</i>
 Becmann (<i>Job. Christoph.</i>) VIII. 7.
 <i>not.</i> b) XVIII. 34. <i>not.</i>
 (a) 2</p> |
|---|---|

Bec-

Index I. Autorum.

- Becmann (*Frider.*) XVI. 18.
 Bernhardus XV. 17. & not.
 Beuerland (*Adrianus*) IV. 15. not.
 Blondellus (*Dav.*) XI. 16. X. 7.
 not. a) XVI. 17. XIX. 19.
 Blount (*Thom. Pope*) III. 48. not. c)
 Bochartus (*Sam.*) V. 33. not. a)
 Bœcler (*Job. Henr.*) III. 40. XV.
 13. not.
 Bœhme (*Jacob*) VII. 24. not.
 Bolleville VI. 23. not.
 Bourignon (*Anton.*) IV. 15. not.
 XVI. 30.
 Brenneyfen: (*Rud. Enno*) III. 51.
 not. a) & XVII. 17.
 Brounius (*Thom.*) XVI. 27.
 Brucknerus: (*Hieron.*) I. 9. not.
 XVIII. 9.
 Brunus (*Job.*) III. 30.
 Brunnemannus (*Job.*) I. 9. not.
 Buddeus (*Job. Franc.*) XI. 28. not.
 c) X. 15. not. f) XI. 27. not. d)
 XVI. 20. not. a)
 Burnetus (*Gilb.*) XVI. 26.
 - - (*Thomas*) IV. 21.
 Buxtorf (*Job.*) XVIII. 14. not.
 Bzovius (*Abrab.*) III. 31.
Calixtus (*Georg.*) X. 20. not. c)
 XVI. 24.
 - - (*Fr. Ulr.*) XI. 7. not. b) &
 num. 9)
 Calovius (*Abrabam*) X. 20. not.
 c) XVI. 24.
 Calvoerius III. 13. not. a) V. 6.
 Caroli (*Andr.*) XVI. 11.
 Carpzovius (*Bened.*) XVIII. 5. not.
 - - (*Job. Bened.*) VIII. 13. not.
 Casaubonus (*Jsaac.*) III. 10. not.
 & III. 31. XVIII. 33. not. a)
 Cassiodorus III. 19.
 Cave (*Guil.*) III. 32. IV. 27. V.
 30. & not. X. 2. & 17. passimque.
 Chemnitius (*Martinus*) XIV. 19.
 not. XVI. 17.
 Chrysofostomus XIV. 13.
 Cicero VIII. 23. not. XIV. 8.
 XVIII. 8. not.
 Clarius (*Hieron.*) XX. 23.
 Clemens (*Alexandrinus*) XI. 20.
 & ib; 30. not.
 - - (*Romanus*) X 35. 36.
 Clericus (*Job.*) III. 13. not. b) &
 III. 50. not. a) IV. 2. VI. 20. not.
 IX. 50. not. & passim.
 Coccejus (*Henr.*) XXI. 6. not. c)
 Cocus (*Robertus*) XI. num. 1)
 Colbergius (*Ehrégott. Dan.*) IV. 4.
 not. IX. 19. not. & 25 not.
 Colerus XVI. 29.
 Colomesius (*Pallus*) XVI. 22.
 Colvinus (*Ludiomans*) I. 9. not.
 Comparaison des ceremonies des
 Juifs & de la discipline de l' egli-
 se VI. 11. not.
 Connors (*Bernh.*) VI. 3. not.
 Conring (*Herm.*) XVIII. 33. not.
 a) XXI. 36. not a) & not. d) ib.
 41. not a) & 46. not. a) & c.
 Copus (*Alanus*) III. 30.
 Corvinus (*Job. Frid.*) IX. 26.

Cor-

Index I. Autorum.

Corvinus (*Arnoldus*) XV. 2. *not.*
 XX. 7.
 Caulanus (*Petr.*) X. 1. *not.* it. III.
 II. *not.*
 Cramerus (*Job. Dan.*) III. 39.
not.
 Critique generale contre l'histoire
 du Calvinisme XVI. 14.
 Crœsus (*Gerb.*) VIII. 28. *not.* c)
 XVI. 23.
 Cuchus (*Anton*) XX. 28.
 Cunæus (*Petr.*) XIII. 9. *not.* c)
 Cuperus (*Franc.*) VI. 3. *not.* VII.
 21. *not.* XVI. 29.
 Cyrillus XIV. 14.
 Cyprianus XII. 6.
D Ale (*Anton. van*) VII. 11. *not.*
 X. 7. *not.* a) ib. 11. *not.* d) XI.
 7. *not.* b) XVIII. 17. *not.*
 Dallæus (*Job.*) III. 50. *not.* b) X.
 15. *not.* d) XI. 16. XIV. 19. &
not. XV. 18. *not.* a)
 Damascenus (*Job.*) XV. 6. & *not.* d)
 Dedekennus I. 9. *not.*
 Delphinus (*Hieron.*) I. 9. *not.*
 Delrio (*Mart.*) XX. 18. *not.* b)
 Dionysius (*Areopagita*) X. 37.
 - - (*exiguus*) XIX. 9.
 Dodwellus (*Henr.*) X. 39. XI. 13.
 Dominis (*Marc. Anton. de*) XVII.
 7. XXI. 8.
 Donatus XIII. 19.
 Duarenus (*Franc.*) XX. 17. *not.* b)
 Durellus (*Job.*) XVI. 22.

E Clairciffemens sur les peres de
 deux premiers siecles XI. 25.
not. a)
 Eichelius (*Job.*) XV. 2. *not.*
 Einleitung zur Römischen und
 Deutschen Historie XVII. 10. *not.*
 Eisengrein (*Guil.*) III. 30.
 Empiricus (*Sextus*) XVIII. 8. *not.*
 Epiphanius III. 19. XII. 4.
 Epistolæ clarorum virorum theolo-
 gicæ XVI. 21.
 Erasmus (*Desiderius*) XII. 9. *not.*
 Erastus (*Thomas*) XVII. 11.
 d'Espagne (*Iob.*) XVIII. 17. *not.*
 Euagrius III. 18.
 Eusebius XIII. 14.
 Eustathius X. 8.
F Abet (*Bafil.*) III. 29. *not.* a)
 - - (*Anton.*) XVII. 10. *not.*
 Fayditus XI. 25.
 Felde (*Albert.*) XI. 19. *not.* c)
 Ferrandus (*Fulgent.*) XIX. 14.
 Flacius (*Matth.*) III. 29. *not.* a)
 Flechier (*Esprit.*) XIII. 10. *not.* c)
 Flettwood (*Guil.*) III. 3. *not.*
 Fleury VI. 11. *not.*
 Floridus (*Lambert.*) XVI. 17.
 Fontanella X. 11. *not.* d)
 Fritsch (*Abafu.*) XXIII. 9.
 Furly (*Benjam.*) XVI. 31. *not.*
G Assendus (*Petr.*) XVIII. 8. *not.*
 Gaulmyn (*Gilb.*) VI. 2.
 Gentilettus (*Innoc.*) XX. 7.
 Gesselius III. 9. *not.* & ib. 34. IX.
 10. *not.* a)
 (a) 3 Gibel-

- Gibellinus (*Theod.*) XV. 13. *not.*
 Godeschalcus XV. 8.
 Goldastus (*Melch.*) IX. 12. *not.*
 XVII. 5. *not.* XXI. 36. *not.* a) &
 ib. 40. *not.* b)
 Gothana historia ecclesiastica III.
 48. *not.* a) & b) X. 5. *not.* c)
 XVI. 11.
 Gothofredus (*Jac.*) III. 27. *not.*
 Gralla I. 9. *not.*
 Gregorius (*Nazianzenus*) XIII. 13.
 XVII. 25. *not.*
 - - (*Magnus*) XV. 3.
 Grotius (*Hugo*) I. 9. *not.* VII. I. *not.*
 IV. 8. IX. 11. *not.* b)
 Grubelius I. 9. *not.*
 Gundlingius (*Nicol. Hieron.*) XV.
 II. *not.*
 Guttman (*Aegydius*) IV. 4.
HAllerus (*Johan.*) XX. 7.
 Hammonduus (*Henr.*) VII. 28.
not. c) XI. 39.
 Hardt (*Herm. von der*) III. 13. *not.*
 a) V. 5, 6. & *not.* VI. 4. *not.* VII.
 25. XVI. 20. *not.* a) & c.
 Harmenopulus (*Joh.*) XIX. 30.
 Hartnack (*Dan.*) XVI. 21.
 Hegesippus III. 48. *not.* a)
 Heideggerus (*Joh. Henr.*) III. 10.
not. IV. 2. & 22. V. 16. *not.* ib.
 19. 23. & 25. IX. 12. *not.* XV. 8.
not. b) & *passim.*
 Helmontius IV. 15. *not.*
 Heresbachius (*Conrad.*) XVI. 19.
 Hertius XVII. 10. *not.*
 Herwartus (*ab Hobenburg*) XXI. 37.
 Hieronymus XIV. 7.
 Hilarius XIII. 8.
 Hiob V. 31. *not.*
 Hispania (*Joh. de*) XVIII. 17. *not.*
 Historie vom Gottesdienst VIII. 19.
not.
 Histoire des Conciles generaux XIII.
 15. *not.* a)
 L'histoire veritable du Calvinisme
 XVI. 14.
 Histoire des Croisades XV. 13. *not.*
 Historie der ersten Religion: mo-
 tum zwischen den Evangelisch-
 Lutherischen und Reformirten
 XVI. 14.
 Historie vom Leben und Wandel
 Ignatii Lojalz. XVI. 15.
 Hobbesus (*Thom.*) IX. 7. *not.*
 Hoppius (*Joach.*) XVIII. 30. *not.* a)
 & XXIII. 3. *not.* a)
 Horbius (*Joh. Henr.*) V. 33. *not.* a)
 Hornbeckius (*Joh.*) XIV. 18. *not.*
 XVI. 11. XVII. 13. *not.* a)
 Hornius (*Georg.*) III. 39. XVI. 11.
 XVII. 13. *not.* a)
 - - (*Joh. Frid.*) VII. 18. *not.*
 Hortensius (*Lambert.*) XVI. 19.
 Hospinianus (*Rud.*) XVI. 14.
 Hottingerus (*Joh. Henr.*) VI. 6. *not.*
 a)
 Huberus (*Ulric.*) VII. 6. *not.* X. 22.
not. b) & XIII. 2. *not.* a)
 Huëtius (*Petr. Dan.*) IV. 8.
 Hutterus (*Leonb.*) XVI. 16.

- J** Aqrelot VI. 11. *not.* & *ibid.* 22. *not.*
 Inquisitio processata XV. 18. *not.* b)
 Joris (*Dav.*) XVI. 19.
 Josephus VI. 11. *not.* III. 48.
 Jossippus III. 48. *not.* a)
 Itigius (*Thomas*) X. 39. & X. 5. *not.* d) *ib.* 42. *not.* XI. 27. *not.* b) & *passim.*
 Judex (*Matth.*) III. 29. *not.* a)
 Jurieu (*Petr.*) XVI. 14. & 25.
 Justellii, Pater & Filius. XIX. 4.
K Och (*Christian. Gottlieb*) XI. 19. *not.* b) & c)
 Koenigius XVII. 51. *not.*
 Korthold (*Cbrist.*) III. 31. XI. 3.
 Kortumius V. 31.
 Kusslerus (*Job.*) XVI. 29. *num.* 14)
L Abadie (*Job.*) XVI. 27.
 Laërtius (*Diog.*) XVIII. 8. *not.*
 Lancellottus (*Job. Paul.*) XX. 26.
 Larreus XV. 15. *not.* XVII. 42. *not.*
 Latitudinarium orthodoxum IX. 10. *not.* a)
 Launojus (*Job.*) XIII. 10. *not.* a) XIV. 11. *not.* c) & f) XV. 16. *not.* a)
 Layriz XV. 3. *not.* *ib.* 13. *not.* & 15. *not.* XVII. 42. *not.*
 Lehmannus (*Christoph.*) XIV. 3. *not.* XXI. 36. *not.* a)
 Leidekerus (*Melch.*) III. 39. *not.* XVI. 15. & 25. XVII. 13. *not.* b)
 Leiserus III. 10. *not.*
 Leti (*Greg.*) XVII. 7. *not.* a)
 Leunclavius (*Job.*) XIII. 7. *not.* & 9. *not.* c)
 Levita (*Benedict.*) XXI. 14.
 Libanius XIII. 9. *not.* a)
 Liberius de St. Amone VI. 3. *not.*
 Lightfoot (*Job.*) VIII. 28. *not.* c) XVIII. 18.
 Limborchius XV. 18. *not.* b)
 Linkius (*Henr.*) XVI. 17.
 Lombardus (*Petr.*) XIV. 11. XX. 1.
 Looock (*Job.*) IX. 6. *not.* & *ib.* 9. *not.*
 Lubieneccius (*Stanisl.*) XVI. 20.
 Lutherus (*Mart.*) IV. 2. *not.* XVIII. 32. *not.* b) *ibid.* 37. *not.* c)
 Lyserus (*Polyc.*) V. 28. *not.* a)
 - - (*Wilb.*) *ib.* *not.* b)
M Aecdonius XIII. 18.
 Mæstlinus XVI. 17.
 Maimbourg XIII. 15. *not.* a) XV. 3. *not.* & 6. *not.* a) *it.* 13. *not.* & 20. *not.* a) XVI. 13. 14.
 Maierus (*Job. Frid.*) II. 18. *not.* VII. 15. *not.*
 Malebranchius XI. 38. *not.* b)
 Mansvelt (*Regnerus*) VII. 21. & *not.* XVI. 29.
 Marca (*Petrus de*) IX. 12. *not.* XXI. 8.
 Marcellinus (*Ammianus*) XIII. 9. *not.* c)
 Marville (*Vigneul.*) XI. 25. *not.* a)
 Masius (*Heft. Godfr.*) X. 14. *not.* b)
 Mastrich (*Gerh.*) XVIII. 1. & *passim.*
 Matthæi (*Job.*) VII. 24. *not.*
 Meelführer (*Job. Christoph*) X. 26.
 Meie-

Index I. *Autorum.*

- Meicrus (*Gebb. Theod.*) XI. 7. *not.* b)
 XVIII. 1. *not.* a) ib. 32. XIX. 4.
 Memoires contre Monsieur Till-
 mont XI. 25. *not.* a)
 Molinæus (*Ludov.*) I. 9. *not.* XVII.
 13. *not.* c)
 Mœllerus (*Tob.*) XVI. 17.
 Montaltius (*Ludov.*) XVI. 15.
 Monzambano (*Sever.*) XXI. 35.
not. a)
 Morale des Jesuites XVI. 15.
 Morale pratiquée des Jesuites
 XVI. 15.
 Mornæus (*Phil.*) XV. 1. *not.* ib. 3.
not. & 8. *not.*
Nehring (*Job. Christ.*) X. 7.
not. a)
 Neu (*Job. Christian.*) III. 29. *not.*
 b) & ib. 30. *not.*
 Nicephorus (*Calixtus*) III. 20.
 Niem (*Theod.*) XV. 20. *not.* a)
 Niemannus XIII. 15. *not.* a) & b)
 Nifanius (*Christian.*) XV. 7. *not.*
Observationes Hallenses III. 18.
not. VI. 22. *not.* VII. 15. *not.*
 IX. 24. *not.* XI. 19. *not.* f) XII.
 14. *not.* a) & passim,
 Occam (*Guil.*) XX. 23.
 Ohdelius (*Laurent.*) XVIII. 14. *not.*
 Origenes XII. 4.
 Osiander (*Lucas*) XVI. 17.
 Ottius (*Henr.*) III. 31.
Pagenstecher (*Alexander*) XIII
 2.
 Pagi (*Anton.*) III. 16. *not.*
 Paionius (*Claud.*) XVI. 14.
 Pallavicini (*Sfortia*) XVI. 12.
 Pancirollus (*Guid.*) XXI. 28. *not.*
 a) ib. 33. *not.* a) & passim.
 Pantheum Anabaptisticum & En-
 thusiasticum XVI. 19. & 23.
 Parckerus (*Samuel*) VIII. 24. *not.*
 XVIII. 9. *not.*
 Parisiensis (*Matth.*) XV. 18. *not.* d)
 Parrhasiana III. 23. *not.* & ib.
 51. *not.* a)
 Pavinis (*Francisc. de*) XX. 23.
 Pererius III. 10. *not.* IV. 13. *not.*
 & ib. 2.
 Petavius (*Dion.*) III. 16. *not.* XIII.
 9. *not.* b)
 Peucerus (*Cass.*) XVI. 18.
 Peyrerius (*Jaac.*) IV. 12. XVI. 28.
 Phenigerus XVI. 17.
 Philo VI. 11. *not.*
 Philostorgius, III. 21.
 Photius III. 21.
 Pin (*Lud. Elias du*) III. 32. IX.
 14. *not.* & ibid. 50. *not.* X. 8.
 & passim
 Pithæus (*Petr.*) XXI. 14.
 Plato VI. 8. *not.* b)
 Platonisme dévoilé IX. 23. *not.*
 Plutarchus XVIII. 8. *not.*
 Poiretus (*Petr.*) XVI. 29.
 Prejuges legitimes contre le Calvi-
 nisme XVI. 14.
 Procopius XV. 2. *not.*
 Pufendorffius (*Sam.*) I. 9. *not.*
 VI. 16. *not.* IV. 25. *not.* b)
 VII.

Index I. Autorum.

- VII. 1. *not.* XV. 13. *not.* XVII. 14.
- Puteanus XXI. 9.
- R**acauische Catechismus XVI. 20.
- Ramban V. 7. *not.*
- Rango (*Conrad. Tiburt.*) XVII. 40. *not.* & *ib.* 53. *not.*
- Rapinus (*Remat.*) III. 49. XI. 14. *not.* a)
- Raynaldus (*Odericus.*) III. 31. XV. 18. *not.*
- Rechenbergius (*Adam.*) IX. 7. *not.* XIX. 24. *not.*
- Reggius (*Honorius.*) XVI. 22.
- Reinking (*Theod.*) VII. 9. *not.* XVII. 14. *not.*
- Reiserus XIII. 10. *not.* a)
- Relationes ex Pennsylvania XVI. 23.
- Remarques sur l'histoire du Calvinisme de Mr. Maimbourg XVI. 14.
- Revius (*Jacob.*) I. 9. *not.*
- Ribadencira XVI. 15.
- Richerius (*Edmund.*) XIII. 15. *not.* d) XVII. 7. *not.* b)
- Rinthelen (*Cornel. a.*) XV. 2. *not.* XX. 7.
- Rivius (*Thom.*) XV. 2. *not.*
- Rivinus (*Andr.*) IV. 16. *not.* a) XXII. 15. *not.* c)
- Ruarus XVI. 20.
- Ruëlius XI. 22. *not.*
- Ryssenius (*Leonh.*) IV. 15. *not.* (*Contel. Ecclesi.*)
- S**axonicum jus Prov. XXI. 45. *not.* a)
- Sagittarius (*Casp.*) III. 29. *not.* b) *ib.* 32. XI. 27. *not.* a) XV. 6. *not.* b) XXI. 12. *not.* b) &c.
- Sandius (*Christoph.*) III. 50. *not.* d) XIII. 15. *not.* a) XVI. 20.
- Sarcerius I. 9. *not.*
- Sarpus (*Paul.*) XV. 18. *not.* b) XVI. 12.
- Saubertus (*Joh.*) V. 8. *not.* & *ib.* 10. *not.*
- Scaliger III. 16. *not.*
- Schaten (*Nic.*) XV. 7. *not.* XX. 7. *not.* c)
- Schickardus VII. 6. *not.* XVIII. 5. *not.*
- Schilterus (*Joh.*) I. 9. *not.* XXI. 8. & *ib.* 18. *not.* a) b) c) d)
- Schmidius (*Joh. Andr.*) III. 29. *not.* b)
- Schoockius (*Mart.*) I. 9. *not.* & 10. *not.* a)
- Schotanus (*Bernh.*) III. 10. *not.* IV. 2. & *ibid.* 15. *not.*
- Schottus (*Casp.*) VII. 11. *not.*
- Schuppius (*Joh. Balthas.*) VII. 9. *not.*
- Schurmannia XVI. 27.
- Seckendorff (*Veit Ludw.*) III. 40. XII. 5. *not.* b) XVI. 13. XVIII. 2. *not.*
- Seldenus (*Joh.*) V. 2. VIII. 30. *not.* XVIII. 15.
- Septuaginta Interpretes VII. 11. *not.* (b) Ser-

Index I. Autorum.

- S**crvetus (*Mich.*) XVI. 20. num. 10)
 Sidnejus (*Algernon.*) V. 26. not.
 Sigonius (*Carolus.*) XVIII. 5. not.
 Simon. (*Richard.*) III. 11. VI. 20.
 not. VII. 22. & not. X. 1. not.
Sirmondus (*Jac.*) XXI. 14.
Sluterus (*Sever. Walser.*) III. 32. &
 ib. 29. not. b)
Socrates III. 18.
Sozomenus *ibid.*
Spangenbergius XXI. 12. not. b)
Spanheimius (*Frid.*) III. 39. V. 31.
 not. XI. 8. not. & ib. 11. not. XIII.
 9. not. c). XV. 6. not. a) XVI.
 11.
Sponcerus (*Job.*) V. 3. not. VI. 5.
 not. & ib. 8. not. a) XVIII. 5.
 not.
Spinosa (*Benedi.*) VI. 14. *ibid.* 20.
 & not. XVI. 29.
Spondanus (*Henr.*) III. 31.
Stamlejus (*Thom.*) XVIII. 20. not.
 c)
Strauchius (*Iob.*) IV. 12. not. a)
 XXI. 10. not. a). *ib.* 48. not.
 XVIII. 1. not. a)
Struvius (*Georg. Adam.*) XXI. 48.
 not.
Strykius (*Sam.*) XXII. 3.
 - - (*Iob. Sam.*) XXII. 15. not. a)
Suavis (*Petr.*) XVI. 12.
le Sueur X. 5. not. c)
Sulpicius (*Severus.*) IV. 2.
TAcitus VIII. 1. not.
Theodoretus III. 18.
 Theologie morale des Jesuites
 XVI. 15.
 Theologie du coeur & d'amour
 XVI. 30.
 The Rights of the Christian Church
 XVII. 13.
Thomas Aquinas XIV. 11.
Thomasius (*Jac.*) IV. 8. not. a) & c).
 - - (*Christianus.*) III. 51. not. a)
 & b) *ib.* 54. not. IV. 18. not.
 X. 22. not. c) & *ib.* 23. not.
 & c).
Thomasini (*Ludov.*) IX. 13. not.
Tieroffius VII. 4. not.
Timotheus (*Anton.*) XX. 29.
Tribbechovius III. 31. XV. 14. not.
 & *ib.* 16. not. a)
Triglandus (*Jac.*) I. 9. not.
Turonensis (*Gregorius.*) XXI. 11.
 not. a) & b)
Turrianus (*Franc.*) XIX. 19. &
 not. b).
VAierius III. 48. not. c)
Vedelius (*Nic.*) I. 9. not. XIV.
 13. not. d) XVII. 40. not.
Voëllus (*Guil.*) XIX. 31.
Voëtius (*Gisb.*) I. 9. not.
Vossius (*Gerb. Iob.*) V. 7. not. X. 20.
 not. b)
 - - (*Isaac.*) VIII. 17. not. X. 7.
 not. a) XI. 15.
Vfferius (*Jac.*) XIV. 17. & not. XV.
 8. not. b)
Vyttenbogardus (*Iob.*) I. 9. not.

Wach-

- W**achterus (*Iob, Georg.*) VI. 5. *not.*
 Wagnerus (*Tob.*) X. 7. *not.* a)
 Wallæus (*Anton.*) I. 9. *not.*
 Wandalius (*Iob.*) VII. 6. *not.*
 Wayen (*Iob.*) XVI. 22.
 Websterus (*Iob.*) VIII. 28. *not.* c)
 Weisius (*Christian.*) XIV. 12. *not.* b)
 Wheareus (*Degorous*) III. 29. *not.* b) & *ib.* 31. *not.*
 Wierius (*Iob.*) VIII. 6. *not.*
 Wigandus (*Iob.*) III. 29. *not.* a)
 Wissenbach (*Iob, lac.*) XXIII. 1.
 Witsius (*Herm.*) VI. 5. *not.*
 Wittichius (*Christoph.*) XVI. 29.
 Wonderboeck (*Dau, Ioris*) XVI. 19.
Yvon XVI. 27. & 31. *not.*
Zeidlerus (*Iob, Godfr.*) XVII. 18.
 Ziegler (*Caspar.*) XVIII. 1. *not.* a) XXI. 42. *not.* &c.
 Zæsius (*Henr.*) XXII. 4. *not.* b)
 Zonaras (*Iob.*) XIX. 30.
 Zorn (*Petrus*) IX. 12. *not.*
 Zwickerus XIII. 15. *not.* a)

INDEX II. RERUM.

- A**bgarus. De epistola Christi ad Abgarum. X. 13.
 Achabus. Factum ejus cum Nabotho Jesreelita. VII. 18.
 Adamus. Qualis ejus fuerit eruditio in statu integritatis. IV. 14.
 Adulterium. An tempore Patriarcharum adulteria prohibita fuerint. V. 14. an apud Patriarchas solum adulterium pro justa divortii causa habitum fuerit. *ibid.* 19.
 Ægyptiaci Magi, quales fuerint homines. VI. 3. *not.* an vera miracula fecerint. *ibid.*
 Æones Valentianorum. IX. 19. *not.*
 Alcibiades. Excommunicatio ejus. XVIII. 11.
 Alexander Natalis. Judicium de ipsius opere historiæ ecclesiasticæ. III. 33. *ir.* IX. *num.* 26)
 Alexander Martyr. Ejus fabulosa acta martyriorum. XI. 1.
 Allegorica interpretationes S. scripturæ intuitu historiæ ecclesiasticæ cavendæ. III. 43. Patres allegoricis S. scripturæ interpretationibus nimium tribuere. IX. 25. *not.* studium nimium alle-
 (b) 2

- allegorizandi indicium est hominis iudicio carentis. XI. 13.
- Ambrosius*. An & quo jure Theodosium Imp. excommunicaverit. XIII. 10.
- Amnesia*, medium in ecclesia pacem & tranquillitatem restituendi. XVII. 53.
- Ambrosius*. Prophetia ejus male comparatur cum scriptis Boehmii. VII. 24. *not.*
- Anabaptista*, peccant contra sanam philosophiam. III. 20. *not.* controversia de rebaptizandis hæreticis seculo tertio agitata. XII. 12. consilium Melancthonis adversus anabaptistas. XVII. 57. *not.* scriptores de anabaptistis. XVI. 19.
- Angeli*. Creatio angelorum. IV. 6.
- Anna*. Fabulæ de Anna Prophetissa moniali. X. 13.
- Anselmi* collectio canonum. XIX. 29.
- Antiocheni* Joh. Collectio canonum. XIX. 14.
- Antiquitates* Judaicæ tempore Hieronymi & Augustini fuerunt ignotæ. IX. 26. *not.*
- Apostoli*. Fabulæ, quæ circa Apostolorum vitas & scripta circumferuntur, refutantur. X. 14. multa arcana Papatus perperam deducuntur ex institutis Apostolicis. *ibid.* 15. fabulæ de religionibus, in quibus Apostoli falso dicuntur annuiciasse Evangelium. *ibid.* 16. scripta varia, quæ falso Apostolis adscribuntur. *ibid.* 18. Apostoli non sunt autores Symboli Apostolici. *ibid.* 20. falsi canones & constitutiones Apostolicæ. *ibid.* 21. Symbolum Apostolicum usurpatur ut norma tolerantie incredulorum. *ibid.* 20. num abrogari omnia debeant, quæ non adfuerunt in ecclesia Apostolica. XI. 7. *not.* b) Apostoli non fuerunt Legislatores. XVIII. 19.
- Aqua benedicta*, an seculo I. inventa fuerit. XI. 1. *not.* i)
- Ariani*, nam banno notati. XI. 9. *not.* 2)
- Aristoteles*. Scholastici Aristotelis philosophiam cum Augustino conciliare tentant. XIV. 11. Aristoteles atheismi accusatus. XVIII. 9. *not.* an ex ipso hæretici errores suos hauserint. X. num. 55) non fuisse hæreticum proprie dictum. *ibid.*
- Arisini* Alexii, epitomæ canonum. XIX. 30.
- Arminiani*. Scriptores de Arminianis. XVI. 21. Arminiani defendunt jura Principum in factis. XVII. 12. cur Arminiani in Synodo

nodo Dordracena damnati fuerint *ibid.* 12.

Arnoldus Goihofredus. Judicium de ejus opere historię ecclesiasticę. III. 41. Defensio Arnoldi contra objectiones adversariorum ipsius. *ib.* 59. encomium Arnoldi, quod miserum ecclesię statum sub Constantino M. detexerit. XIII. 4. & 5. jünge *not.* *ibid.* quare notandus. XIV. 5. Arnoldus optime Imperatorem Justinianum depinxit. XV. 2. optime etiam omnes omnino religiones delineavit. XVI. 6. Enthusiasmo nimis favet. *ib.* 8. & 9. rationem plus justo suppremit. *ibid.* notatur idem. XII. 9. *not.* *ir.* 10. *not.* notatur porro. XVI. 8.

Articuli fidei. Hobbesii sententia de unico fidei articulo in Christiana religione. IX. 7. *not.* quę sententia a Dn. Rechenbergio refutata. *ibid.*

Artopaus Jo. Christophor. Commendantur ipsius dissertationes historię. VIII. 3. notatur. *ib.* 6. *not.*

Asceta in seculo III. XII. 8. cavenda vita Ascetica & Eremitica. *ibid.* 9. & *not.*

Asylum. Ab asyis Josuz ad Pontificiorum asyla non licet concludere. VII. 2.

Atheismus. Ethnicorum sacerdotes omnes fere philosophos atheismi arguerunt. XVIII. 9.

Audientia episcopalis, quid sub hac intelligatur & latuerit. XVIII. 27.

Augustinus. Scripsit contra persecutiones religiosas. III. 53. *not.* defendit persecutionem Donatistarum. *ibid.* imperitus est hebraicę & gręcę linguę. IX. 26. *not.* Dallæi & Dupiniū judicium de Augustino. XIV. 9. causę, cur totus orbis factus fuerit Augustinianus. *ibid.* 10. tam apud Pontificios. *ib.* 11. quam Lutheranos. *ib.* 12. Scholastici Augustinum cum Aristotele conciliare tentant. *ib.* 11. Augustinus ignoravit plane doctrinam moralem. *ibid.* 12. *not.* a) utrum Augustinus faveat confessioni Pontificiorum an Lutheranorum. *ibid.* 12. primus inter Latinos systema Theologicum conscripsit. XV. 6. *not.* d)

Babelonica, confusio, quid fuerit. V. 6.

Bailius Petr. error ejus, quod putaverit, Manichęos ex dictamine rectę rationis refutari non posse. XII. 15. *not.* b)

Baptismus. Tertulliano displicet baptismus infantum. XI. 7. antiqui ecclesię ritus circa baptis-

(b) 3

maum

- mum, XI. 7. *not.* b) an baptismus infantum ideo abrogandus, quia in ecclesia Apostolica non fuit, *ibid.* an primis ecclesie temporibus & seculis baptismus adultorum frequentior fuerit, quam infantum *ib. num. 9)*
- Barclai* apologia pro Quackeris. XVI. 23.
- Barnaba* epistola est supposititia. X. 32.
- Baronius Cas.* ejus historia ecclesiastica a Pontificiis & Protestantibus refutatur. III. 31.
- Basilieense* concilium & quodnam de eo notari mereatur. XXI. 39.
- Basnagiis.* Hujus Annales ecclesiastici commendantur. IX. 50. *not.* X. 3. *not.* & XII. 3.
- Beckeri* interpretatio de apparatione Samuelis an verosimilis sit. VII. 21.
- Beneventani* collectio decretalium. XX. 15.
- Berengarii* disputatio cum Lanfranco de sacra coena. XV. 14.
- Bernhardus.* Ejus eruditio & animi propensiones. XV. 17. fuit pseudo-sanctus. XXI. 25. promovit Majestatem papalem. XXI. 26.
- Beza*, Theod. reformationem promovet. XVI. 2.
- Bernhardi* Papiensis collectio Canonum. XIX. 29.
- Biblia.* Libri genuini S, scripturae a falsis & supposititiis probe dignoscendi. III. 11. ab interpretationibus mysticis & allegoricis in S. scriptura maxime cavendum intuitu historiae ecclesiasticae. *ib.* 43. in rebus supernaturalibus scriptura multa superaddit rationi. XVII. 32. *not.*
- Baelerus.* Historia ecclesiastica Gothana hujus auspiciis adornata. III. 40.
- Böhmius. Jac.* Scripta Böhmii male comparantur cum Prophetia Amosii. VII. 24. *not.*
- Bonifacius* Verum judicium de Bonifacio Germanorum Apostolo. XV. 6. Jus Canonice ope hujus Bonifacii magna coepit esse autoritatis in Germania. XXI. 12. huic debetur necessitas accipiendi pallii episcopalis a Papa. *ibid.* 12.
- Bonifacius* III. primatum a Phoca impetrat. XIX. 23.
- Bonifacius* VIII. Librum sextum decretalium colligi curat. XX. 20. character ejusd. *ibid.* Imperatorem Henricum VII. veneno enecari curat. XXI. 35.
- Bourignonia* visiones de lapsu Adami. IV. 15. *not.* Scriptores de eadem. XVI. 30.
- Brounista.* De ortu hujus sectae. XVII. 13.
- Brunnemannus* Joh, bene meritis de

de emendatione juris ecclesiastici. I. 10. & *not.*

Barnetus Thomas. Hujus opinio de constitutione telluris ante diluvium. IV. 21.

Cainus. Historia de Caini fratricidio multis rabbinicis fabulis interpolata. IV. 17. an excommunicationis origo ab ejectione Caini repetenda. *ibid.* 17.

Cainite, primarum urbium conditores. IV. 18.

Calendarium. Scriptores de emendatione calendarii. XVI. 17.

Calvinus Iob. Reformationem promovet. XVI. 2.

Canones, Canones Apostolici sunt effecti, X. 21; qui demum sub finem seculi V. facti. XVIII. 39. canones idem sunt, quod leges. *ibid.* 27. & 28. quænam ratio & intentio fuerit canonum in prima ecclesia: *ibid.* 30. causæ collectionis canonum. XIX. 1. & 2. canones Niceni a Zosimo collecti. *ibid.* 7. quando & cur canones etiam circa processualia facta fuerint. *ib.* 25. 26. autoritas canonum conciliorum, quomodo coeperit. XXI. 2. vid. pl. *codex canonum.*

Canonici libri. Num consensum ecclesiæ requirant libri canonici. X. 27. *not.* a)

Canonistarum origo. XV. 16.

Canonicum Jus. Definitio hujus. XVIII. 29. modus litigandi in Jure canonico præscriptus non est perfectior, quam ille, qui descriptus in Jure civili. XIX. 27. institutiones Jur. canonici Lancelotti. XX. 26. 27. Antonii Cuchi. *ib.* 28. autoritas Jur. canon. in genere. XXI. 1. *seq.* in Germania sub regibus Merovingis. *ib.* 11. & sic porro per omnia secula. *ibid.* 16. *seq.* autoritas Jur. canon. major in Germania quam Juris civilis. *ib.* 41. *seq.* error communis de autoritate Jur. canon. in Germania. *ibid.* 43. autoritas Juris canonici intuitu Juris Patrii & morum Germaniæ. *ib.* 44. & intuitu Jur. civilis. *ibid.* 47. an post combustas decretales a Luthero autoritas Jur. canon. extincta fuerit. XXII. 1. autoritas Jur. canon. apud Protestantes post reformationem, imprimis intuitu Juris Romani. *ib.* 3. *seq.* an Principes Catholicæ teneantur Jus civile præferre Juri canonico. *ib.* 12. an Juri canonico derogatum per Constitutiones Imperii. XXII. 4. *seqq.* autoritas Jur. canon. apud Protestantes contra Libros symbolicos. *ibid.* 15. autoritas Jur. canon. in rebus contra rationem. *ibid.*

- XXII. 15. Jus canonicum est no-
xium reipublicæ, XXIII. 1. con-
tradictionibus & absurditatibus
Jus canonicum refertur. *ibid.*
1. Jus canonicum in Anglia pu-
blica lege aboletur. *ibid.* 1. Jus
canon. fons & origo hodierni
processus judicialis. *ibid.* 4. stu-
dium Juris canonici necessa-
rium. *ibid.* 5. & magis neces-
sarium, quam studium Juris ci-
vilis. *ibid.* 6. neglectus Juris canoni-
ci & fructus hujus neglectus. *ib.*
8. & 9. an Collegia Juridica pro-
pria auctoritate contra observa-
tiam Jur. canonici pronuciare
possint, allatis in hanc rem exem-
plis. *ibid.* 11. requisita Docto-
ris genuini Juris canonici. *ibid.*
14. methodus docendi Jus cano-
nicum. *ibid.* 15.
- Carmelita* Monachi jactant se imi-
tatores Eliæ. VII. 28.
- Carolus M.* Orthodoxia Caroli M.
XV. 7. & *ibid.* 9. eruditio &
religio quænam fuerit tempore
Caroli M. *ibid.* 9. Capitularia
Caroli M. XXI. 14. autoritas
Pontificum sub Carolo M. *ib.* 17.
- Carolus V.* Quænam intentio &
causa fuerit Caroli V. in publi-
candis constitutionibus crimina-
libus. XXII. 5. *seqq.*
- Cassiodori* historia tripartita multis
fabulis & miraculis referta III. 19.
- Caveus* Guil. judicium de ipsius hi-
storia literaria. III. 32. errores
Cavei ab Arnolde deteguntur.
ibid. 41. laudatur præfatio Ca-
vei antiquitatibus Apostolicis
præmissa. IV. 27. Vitæ Apосто-
lorum a Caveo editæ caute legen-
dæ. X. 2. *nos.*
- Centuriatores Magdeburgenses*, ju-
dicium de illis generale. III. 29.
eorum encomium & aduersarij.
ibid. 30.
- Ceremonia.* Cautela circa abolen-
das ceremonias superstitiosas.
XVII. 59. 60. 61.
- Chalcedonense* concilium. XIV. 16.
- Chami* peccatum. V. 5.
- Christus.* Fabulæ circa vitam Christi
refutantur. X. 10. 11. an Ti-
berius Christum in numerum
Deorum recipere voluerit. *ibid.*
12. epistola Christi ad Abgarum.
ibid. 13. Christus non egit no-
vum Legislatorem. XVIII. 16.
nec discipuli ejus. *ib.* 19. Chri-
sti formula precum. *ib.* 18. Chri-
stus omnes jam fidei articulos
tradidit. IX. 9.
- Christiani.* Magna persecutio Chri-
stianorum in seculo II. XI. 3.
- Christianismus.* De decrementis
Christianismi, singulis seculis au-
ctis. XII. 1. degeneratio Chri-
stianismi in seculo I. & II. XVIII,
22.

Chri-

Christianus I. Elector Saxoniz moritur. XVI. 18. *not.* comparatio ejusdem cum Anastasio Imp. Romano *ibid.*

Christiana religio sola emendatione doctrinæ moralis non absolvitur. IX. 7. nec in symbolo fidei speculative quærenda est. *ib.* 8. Christus tradidit omnes articulos fidei necessarios. *ibid.* 9. origo & progressus corruptæ religionis christianæ. *ibid.* 10. in quonam consistat hæc corruptio. *ib.* 12. hæc jam in tribus prioribus seculis ponenda. *ib.* 14. gradus hujus corruptionis memorantur. *ibid.* 17. 18. Loockii doctrina de summa, caractere & præmio religionis christianæ. *ib.* 6. *not.* Hobbesii sententia de uno articulo religionis Christianæ. IX. 7. *not.*

Chronica. An Esdra sit autor Chronicorum. VIII. 11.

Chronologia. Abusus studii Chronologici in historia ecclesiastica. III. 16.

Circa Bernh. Collectio Decretalium. XX. 15.

Classici autores, unde hoc nomen iis tributum. XX. 11.

Clemens Romanus. Fabulæ de Clemente Romano. X. 35. ejus epistolæ. *ibid.* alia scripta falso Clementi huic tributa. *ibid.* 36.

(Causæ, Eccles.)

Clemens Alexandrinus. De vita, scriptis, moribus, doctrina. navis Clementis Alexandrini. XI. 20. statuit duo principia coeterna. *ib.* 30. *not.*

Clementis V. collectio decretalium. XX. 21.

Clericus Jo. An ejus explicationes miraculorum Mosaicorum contortæ sint aut periculosæ. III. 13. *not.* b) laudatur commentarius Clerici in Pentateuchum. IV. 2. caute legendus Clericus intuitu doctrinæ de imagine Dei. *ibid.* 9. *not.* sententia ejus de auctore Pentateuchi. &c. VI. 20. *seqq.* ejus lis de natura inspirationis divinæ. *ibid.* 23. *not.* commendatur Clerici vita Cypriani. XII. 6. miserum ecclesiæ statum seculo IV. detexit. XIII. 4.

Clerus. Gradus de origine & progressu tyrannidis clericalis. IX. 28. *usque ad* 48. ecclesiam representativam sese jactat Clerus. IX. 33. abusus potestatis clericalis falso a Christo & Apostolis derivatur. X. 19. seculo III. Clerus nondum usus est peculiari vestitu. XII. 30. eminentia Cleri supra laicos character est papismi politice spectati. XVIII. 30.^o

Coccejani, nimis typice leges ceremoniales Mosaicæ interpretantur. VI. 8. *not.* b)

(c)

Cocus

Cocus, ejus censura commendatur XI num. 1.)

Codex Justiniani multis papizantibus doctrinis refertus est, XV. 2. & not. it. XXIII. 2.

Codex, canonum ecclesie universae. XIX. 3. optima ejus editio. *ibid.* 4. eur distus sit codex canonum ecclesie universae. *ibid.* 5. confirmatur a Justiniano. *ibid.* 6. usus hujus confirmationis. *ib.* 6. corrumpitur hic codex a Dionysio exiguo. *ibid.* 9. 10.

Codex, ecclesie orientalis. XIX. 17.

Coelestini Papae autoritas sub Henrico VI. XXI. 29.

Cœna sacra, Controversia Berengarii & Lanfranci de sacra cœna XV. 14. Origo multorum rituum in sacra cœna. XII. 3.

Colbergius Judicium de ipsius tr. Platonisch & Hermetisches Christenthum. IX. 19. not.

Colloquia dissentientium ratione religionis frustranea sunt. XVII. 50. not.

Concilium. Falsa comparatio concilii Hierosolymitani cum conciliis sequentibus. X. 23. it. XVIII. 34. 35. 36. & primo œcumenico, *ibid.* 37. concilia non sunt apta remedia convertendi errantes. XVII. 49. an Principes etiam protestantes subjeti sint decretis conciliorum,

XIII. 15. Gregorii Nazianzen? querela de conciliis etiam primis & œcumenicis. XVIII. 31. quid sit & quomodo intelligendum concilium œcumenicum. XIX. 5. not. c) testimonium Lutheri contra communem prædicationem conciliorum œcumenicorum. XVIII. 32. not. b) laudatur tractatus Lutheri de conciliis *ibid.*

Concubitus, soluti cum soluta, V. 16. an ante legem latam Patriarcharum licitus fuerit concubitus promiscuus cum innuptis. *ibid.* differentia inter scortationem & concubitum. *ib.* 17.

Confessio. Origo confessionis auricularis. XV. 18.

Conjugium. *vid.* Nuptiæ.

Connor. Judicium de ipsius tractatu: Evangelicum medici. VI. 3. not.

Constantinopolitanum concilium. XIII. 16. juste an vero injuste damnaverit Macedonium ejusque discipulos. *ib.* 17. 18. status Imperii Constantinopolitani seculo V. XIV. 4.

Constantinus M. miser ecclesie status sub Constantino M. XIII. 2. scriptores hanc in rem. *ib.* 4. fabulæ de Constantino M. *ibid.* 7. partialitas Patrum intuitu Constantini M. *ibid.* 8.

Con-

Conversatio, cum hominibus diversæ religionis multum conducit ad acquirendam notitiam historię ecclesiasticę. II. 15.

Conversio. Conversio regum ad christianismum. XIV. 3. *conf.* XV. 10.

Corvini Joh. Frid. misera refutatio Arnoldi. IX. 16.

Creatio. Historia creationis Moisaica admodum brevis est. IV. 1. commentarius Guttmani in creationem primi diei. *ibid.* 4. scopus Mos in scribenda historia creationis. *ibid.* 7. inutiles quæstiones, quæ circa creationem, & lapsum moveri solent. *ib.*

Cresconii collectio canonum. XIX. 15. 16.

Criminalia, judicia ob religionem patres non exercuerunt. V. 27. scopus Caroli V. in promulgandis constitutionibus criminalibus. XXII. 5.

Cruciata, quando & in quem finem inventæ fuerint. XV. 13.

Cruces, Cruces seculo II. templis nondum fuerunt impositæ. XI. II. *not.*

Crypto Calvinistæ. Scriptores de his. XVI. 18.

Cucbus Anton. Judicium de ipsius institutionibus Juris canonici. XX. 28.

Cunnigundis. Fabulæ de ipsius sanitate. XV. 11.

Cuperus, atheus magis astutus quam Spinosa. VII. 21. *not.*

Cyprianus. Commendatur Clerici vita Cypriani. XII. 6.

Cyrillus Alexandrinus. Judicium de eo. XIV. 14. quomodo in concilio Ephesino se gesserit. *ibid.* 15.

Cyrus. Cyrus Major Judæos ex captivitate Babylonica non dimisit. VIII. 4.

D*Dallaus*. Observatio ejus de inconstantia Patrum XIV. 19. commendatur scriptum Dallæi de confessione auriculari. XV. 18. *not.* a)

Damascenus Joh. Primus inter Græcos systematum theologico- rum autor XV. 6.

Danielis visio de quatuor Monarchiis. VIII. 7. conjunctio veræ pietatis & virtutum politicarum in Daniele. *ibid.* 8.

Davidis mores. VII. 12. cautelæ circa dijudicanda Davidis facta adhibendæ. *ibid.* 13. & *not.* temperamentum Davidis. *ib.* 10. *not.*

Decalogus, an omnium legum naturalium sit synopsis. VI. 17. quid circa numerum præceptorum decalogi notandum. *ibid.* 18.

Decretales epistolæ Isidori suppositæ sunt. XI. 1.

Decreta Episcoporum idem quod leges

leges civiles denotant. XVIII. 27. & 28. Dionysius exiguus primus decreta Pontificum collegit. XIX. 11. variaz decretalium collectiones. XX. 15. collectio decretalium Gregorii IX. *ib.* 16. prohibitio Gregorii IX. ut ne quis aliam, post suam, collectionem sine autoritate sedis Apostolicæ faceret. *ibid.* 16. sextus decretalium liber a Bonifacio VIII. publicatus. *ib.* 20. collectio Clementis V. *ib.* 21. cur postea deserint novæ collectiones. *ib.* 25. septimus decretalium liber. *ibid.* 32. autoritas decretalium epistolarum. XXI. 3.

Decretum a Gratiano scriptum. XX. 1. quid de autoritate hujus collectionis notandum, *ibid.* 2. *add.* 10. *seqq.* an autoritati decreti per publicationem decretalium detractum sit? *ib.* 17. 18. emendatio decreti Gratiani a Pio IV. tentata sed demum sub Gregorio XIII. perfecta. *ib.* 31.

Denunciatio, evangelica quando coeperit, XVIII. 18.

Deus. Libertas sentiendi Philosophorum Græcorum de natura Dei. XVIII. 8. justitia Dei non est metienda secundum leges justitiæ humanæ. *ib.* 13. erroneus conceptus de divinitate non est crimen. *ib.* 7. *seq.* quid

de natura inspirationis divinæ tenendum, VI. 23.

Deus dedit, collectio canonum. XIX. 29.

Diluvium. Variaz & dissentientes de diluvio explicationes. IV. 21. constitutio telluris ante diluvium, *ibid.*

Dionysius Areopagita. Fabulæ de Dionysio Areopagita & ejus libris, X. 37. fabula de adventu Dionysii in Galliam. *ibid.* 37. *not.* c)

Dionysius exiguus, coram universæ ecclesiæ corrumpit. XIX. 10. primus fuit decretalium collector. *ibid.* 11.

Divortium. Quatenus divortia apud Patriarchas recepta fuerint. V. 19.

Dodwelli sententia de origine hæresum. X. 39.

Dominium. Falsæ doctrinæ de origine dominii. IV. 10. *not.* de origine dominii post diluvium. V. 1. factum Achabi cum Nabotho non potest allegari contra doctrinam de dominio eminente. VII. 18.

de **Dominis** Marc. Anton. Aristocraticum ecclesiæ regimen esse adstruit. XVII. 7. multa ejus vitam spectantia. *ibid.* *not.* a) judicium de ipsius tract. de republ. eccles. XXI. 8. & *not.* a)

Do-

Donatus & Donatistæ ab Arnol'do defenduntur. XIII. 19.

Ecclesia. Ecclesiæ primævæ status non ad normam ecclesiæ hodiernæ examinandus. III. 6. Rabbiorum fabulæ intuitu ecclesiæ vet. Test. *ib.* 10. cultus simplex in primitiva ecclesia. *ib.* 9. status ecclesiæ in seculo primo. X. 43. in seculo secundo. XI. 41. miser ecclesiæ status in seculo quarto. XIII. 2. in seculo quinto. XIV. 4. ecclesiæ florentis genuinæ descriptio. XIII. 1. ecclesia non est infallibilis. XIX. 8. not. b)

Ecclesia Patres. Cautelæ circa Patres priorum quinque seculorum. III. 38. nimis addicti fuerunt Patres fabulis & allegoriis. XI. 13.

Ecclesiæ ministri. Paupertas ministrorum ecclesiæ. II. 4.

Ecclesiasticus ordo. Veneratio ordini ecclesiastico debita. X. 25. non detrahatur tamen quicquam venerationi ordini ecclesiastico debitæ, sed modeste ab eo dissentiamus. *ibid.* 26. 27.

Ecclesiastica libertas. Libertas ecclesiarum tot seculis defensa contra Papam parum prodest imperio. XXI. 6. cur? *ib.* 7. 8. obscuritas definitionis libertatis ecclesiæ. *ib.* 9. libertas ec-

clesiæ Gallicanæ major quam Germanicæ. *ib.* 10. libertas ecclesiæ Germanicæ per omnia secula. *ib.* 11. seq.

Ecclesiasticum regimen, in ecclesiis Patriarcharum non invenitur. V. 28. nec monarchicum nec aristocraticum esse debet. XXI. 7.

Ecclesiastica disciplina. Quænam fuerit disciplina ecclesiastica in seculo secundo. XI. 8. ejus abusus. *ibid.* 9. commendatio disciplinæ ecclesiasticæ rigidioris in seculo tertio cavenda. XII. 10.

Ecclesiastica historia. vide Historia.

Ecclesiastica excommunicatio. vide Excommunicatio.

Elias. Vita hujus Prophetæ. VII. 25. explicatio corvi. *ibid.* fabulæ Rabbiniæ de ejus reditu. *ib.* 26. Carmelitæ Monachi Eliæ imitatores se venditant. *ibid.* 28. epistola Eliæ ad Joramum. *ibid.* 29.

Ephefinum concilium. XIV. 15.

Episcopus. Scriptores de Episcopis & Presbyterianis in Anglia. XVI. 22. augmenta potestatis episcopalis in seculo tertio. XII. 7. in seculo quinto. XIV. 1. Episcopi se a potestate magistratus politici eximunt. XVIII. 24. qua ratione & quo modo hoc factum.

factum. XVIII. 25. *seq.* Episcopi in Germania pallium a Papa accipere tenentur. XXI. 12.

Erasti facta. XVII. 11. origo Erastianorum. *ibid.*

Eremita. Eremitæ seculi tertii. XII. 8. cautio vitæ Eremiticæ. *ibid.* 9. & *not.*

Esdra. Ejus libri Apocryphi. VIII. 9. an libri canonici V. T. sint collectanea Esdræ. *ibid.* 10. erronea Spinosa hac de re opinio. *ibid.* an Esdra unus idemque sit cum Malachia propheta. *ibid.* 11. an Masoræ autor fuerit. *ibid.* quibusnam literis conscripserit sacros libros. *ibid.* an autor fuerit Chronicorum seu Paralipomenon. *ibid.* reformator populi Israëlitici. *ib.* 12. *add.* 14. an autor synedrii magni. *ib.* 13.

Esseni. Historia hujus sectæ. VIII. 28.

Eva. Quanta eidem in statu integritatis eruditio tribuenda. IV. 14.

Evagrius. multas fabulas & falsa miracula immiscuit. III. 18.

Evangelia. Ab evangelis fictis & mendacibus cavendum. X. 6. narrantur hujus modi. *ibid.* *not.*

Eusebius multas fabulas & falsa miracula spatit. III. 18. plura ejus generis judicia de eo. XIII. 14.

Eutyches. Acta cum Eutyches. XIV. 18.

Excommunicatio. Origo excommunicationis non inde ab ejectione Caini derivanda. IV. 17. excommunicationis usus non fuit in ecclesia patriarchali. V. 29. an excommunicatio apud ethnicos recepta fuerit. XVIII. 11. excommunicationis apud Judæos ortus. *ib.* 15. Christus & Apostoli non approbarunt excommunicationem Judaicam. *ib.* 16. *not.* excommunicatio ineptum remedium querendi pacem in ecclesia. XVII. 47. juri Principum circa sacra maxime adversa. *ib.* *not.* an ab Apostolis originem trahat. X. 22. mala, quæ ex hac hypothæsi de excommunicatione in Henricum IV. redundarunt. XV. 12.

Exorcismus. Scriptores de exorcismo. XVI. 13.

Exorcista. An originem debeant institutioni Apostolorum. X. 15.

Extravagantes, unde ita dicuntur. XX. 22. extravagantes communes & Johannis. *ibid.* autoritas earundem. *ibid.* 23.

F*Elden* Alberti, controversia cum Kochio de dialogo Justinii Martyris. XI. 19. *not.* e)

Ferrandi Fulgentii, breviatio canonum. XIX. 14.

Flg-

- Flecherius.** Judicium de ejus vita Theodosii M. XIII. 10. not. c)
- Fletwods** Wilh. Untersuchung der Wunderwerke. VI. 3. not.
- Formula.** An pax ecclesie per fabricam novarum formularum quæri debeat. XVII. 46.
- Formula** concordie. Scriptores de formula concordie. XVI. 16.
- Fridericus I.** Litigia ejus cum Clero & Pontificibus circa electionem Episcoporum. XXI. 27. defendit contra Papam, imperium Romanum non esse beneficium Pontificis Romani. *ib.* 27. cetera ejusdem lites cum Pontificibus. *ibid.*
- Fridericus II.** Indulgentia ejus erga Pontificem Romanum. XXI. 30. 31. quæ parum ei profuit. *ibid.* 31. ceterum agnoscit differentiam inter sacerdotium & imperium. *ib.* 31. not.
- Fridericus III.** nimis connivet Papæ Romano. XXI. 40.
- G** **Allenfis** Jo. collectio decretalium. XX. 15.
- Gaulmynius** Gilbert. Liber ejus de vita Moïsis multis fabulis scattet. VI. 2.
- Gessellii** Timanni, historia ecclesiastica commendatur. III. 34. 35. 36. nævus ejusdem. *ib.* 37.
- Giges.** An gigantes ex congressu angelorum eum foeminis nati sint. IV. 20.
- Glossatorum** origo. XV. 16. autoritas. XX. 14.
- Gnostici.** Varie eruditorum sententia de Gnosticis. XI. 39. saniores de his ipsis conjecturæ. *ib.* 40.
- Gothofredi** Jac. eruditissimæ dissertationes ad Philostorgium III. 21. ejusdem cautela circa studium historię ecclesiasticę commendatur. *ib.* 23. in quonam aberraret. *ib.* 24.
- Gothana** historia ecclesiastica, quorum auspiciis adornata. III. 40. judicium de eadem. *ib.*
- Gratianus.** Multa ejus vitam concernentia. XX. 1. autor est concordantię discordantium canonum. *ib.* varia judicia hujus operis. *ib.* 2. seq. conf. Decretum.
- Gregorius** Nazianzenus, adulatur Constantino M. XIII. 8. plura judicia de eo. *ib.* 13. vera ejus definitio verę pietatis. XVII. 25. not.
- Gregorii** Presbyt. Polycarpus. XIX. 29.
- Gregorius** M. hypocrita. XV. 3. contendit cum Episcopo Constantinopolitano de primatu. XIX. 23.
- Gregorius** IX. sextam decretalium collectionem adornari jubet. XX.

- XX. 16. navi hujus collectionis, *ib.* 19.
- Grotius*, corruptionem religionis Christianæ delineat. IX. 11. *not.* b)
- Guttmanni* Aegyptii, commentarius ad primum cap. Geneseos. IV. 4. fata hujus libri. *ib.* *not.*
- H** *Adrianus*, an Christianus fuerit. XI. 4.
- Hereticus*. Definitio hæretici. X. 40. *not.* b) nulli hæretici in primo seculo per concilia damnati. *ib.* 41. sententia Dodwelli, hæreses demum sub Hadriano esse ortas. *ib.* 39. qua occasione hæreses in primo seculo ortæ. IX. 19. de hæreticis primi seculi multa fabulosa narrantur. X. 38. *add.* 42. quid circa hæreticos seculi secundi observandum. XI. 21. *seq.* introductio quarundam hæresium viventibus adhuc Apostolis. XVIII. 20. origo inquisitionis adversus hæreticos. XV. 18. quo modo Apostoli refutaverint hæreticos. XVIII. 21.
- Hammondus*. Erronea hujus sententia de Gnosticis refellitur. XI. 39.
- Hellenistica* secta. VIII. 28. *not.* a)
- Henricus* sanctus. Fabulæ de sanctitate hujus. XV. 11. promovet autoritatem Papæ. XXI. 20.
- Henricus II.* Rex Angliæ a Monachis fustigatur. XV. 15.
- Henricus IV.* Tyrannis Papalis sub Henrico IV. ad summum fastigium pervenit. XXI. 23.
- Henricus V.* Jus investituræ Papæ cedit. XXI. 24. jura Imperatoris ipsi relicta memorantur. *ib.*
- Henricus VI.* Contumelia, qua Papa eum affecit. XXI. 29.
- Henricus VII.* artibus Pontificis veneno enecatus. XXI. 35.
- Herma* Pastor. X. 34.
- Herodiana* secta. VIII. 28. *not.* a)
- Hierarchia*. Inventio hierarchiæ an Apostolis adscribenda. X. 15. nondum perfecta fuit hierarchia ecclesiastica seculo secundo. XI. 12.
- Hieronymus*, linguæ hebraicæ imperitus. IX. 26. *not.* judicium de ejus vita & scriptis. XIV. 7. fabulæ ab Hieronymo fictæ. *ib.* 8.
- Hieronymus* Savanarola sine causa condemnatus. XVI. 20.
- Hilarius*. Partialitas Hilarii intuitu Constantii. XIII. 8.
- Hildebrandus* (s. *Gregorius*) VII. Papa tyrannidem Papatem ad summum perduxit. XXI. 23. publicat suos dictatus. XIX. 24.
- Hilleliana* secta, inter Phariseos. VIII. 30.

Hie-

Hiobus Kortumii versio Hiobi commendatur. V. 31. quis fuerit Hiobus. *ib. not.* multa semina religionis patriarchalis inveniuntur in libro Hiobi. *ib. 31.*

Historia alter oculus sapientiz. I. 13. quotuplex historia. II. 1. *not.*

Historia ecclesiastica definitio duplex. II. 1. historia ecclesiastica necessaria studioso juris canonici. I. 13. 14. causæ neglectus studii historiz ecclesiasticæ. II. 3. *seq.* damna inde orta. *ib. 5.* usus historiz ecclesiasticæ intuitu peregrinationum. *ib. 13. 13. seq.* scopus studiosi Theologiz in historia ecclesiast. *ib. 9.* Studiosi juris. *ib. 10.* peregrinationes faciunt ad parandam notitiam historiz ecclesiasticæ. *ib. 15.* quomodo differat historia ecclesiastica ab historia naturali II. 1. *not.* civili. *ib. philosophica. ib. sacra. ib.* historia ecclesiastica non ex scriptis orthodoxorum solum addiscenda. III. 27. *seq.* cautelæ circa historiam ecclesiasticam intuitu scriptorum pressæ & dominantis ecclesiz. *ib. 54. seq.* abundantia scriptorum historiz ecclesiasticæ. III. 1. historia ecclesiastica veteris Testam. valde necessaria. *ibid. 4. conf. IX. 3.*

(Causæ Eccles.)

not. quomodo hæc paranda III. 5. cautelæ circa historiam ecclesiasticam Novi Testamenti. *ibid. 50.* historia ecclesiastica in Papatu valde corrupta. *ib. 2.* quod similiter factum per sectas orthodoxorum & Mysticorum. *ibid. 53.* emendatio studii historiz ecclesiasticæ a paucis tentata. *ibid. 3.* historia juris canonici studioso juris canonici valde necessaria. I. 13.

Hobbesius, unum tantummodo fidei christianæ articulum statuit. IX. 7. *not.* ejusdem adversarii ratione hujus sententiz. *ibid. legendus caute. ibid.*

Homo. Historia creationis hominis. IV. 9. homo conditus ad imaginem DEI. *ibid.* benedictio divina in creatione hominis prima in quoniam constiterit. *ibid. 10. & not.* Mosis historia de ortu humani generis. *ibid. 12.* variz eaque erroneæ opiniones circa originem generis humani. *ibid.* dissensus Doctorum circa statum integritatis & lapsus hominis. *ibid. 13.*

Homicidium. An in constitutione divina de prohibito usu sanguinis lex universalis de puniendo capitaliter homicida lateat. V. 4.

Hornii Georg. historia ecclesiastica commendatur. III. 39.

(d)

Hugo

Hugo Catalaunus, an autor sit Pa-
normiæ. XIX. 29.

Hussi Jo. innocentis condemnatio.
XVI. 20.

Hutterus Leonh. Judicium de ipsi-
us concordia concorde. III. 51.

Hypocrita principibus periculosi.
VIII. 29. *not.* a)

Jacobus. Erronea sententia de
benedictione Jacobi. V. 10.

Jacobus Apostolus. Fabulæ, quæ
de Jacobo majore Apostolo tra-
duntur. X. 14. fabulæ de morte
Jacobi fratris Domini. *ibid.*

Janseniste. Scriptores de Janseni-
stis. XVI. 25.

Idololatria an locus Genes. 4. v. 26.
de origine idololatriæ sit intel-
ligendus. IV. 19. de origine &
progressu idololatriæ post dilu-
vium. V. 7.

Jehu Regis Israël. facta an imi-
tanda sint. VII. 30. *not.*

Jejunium, quadragesimale an in
primo seculo ortum. XI. 1. &
not. i) varæ jejuniorum speci-
es seculo tertio ortæ. XII. 3.

Jephthas. An ex voto Jephthæ o-
bligatio votorum inter Christia-
nos prebari possit. VII. 4.

Jerobeami mores & temperamen-
tum. VII. 17. & *not.*

Jesuitæ. Scriptores de Jesuitis XVI.
15.

Ignatius. Acta fabulosa de marty-

rio Ignatii. XI. 1. & *ib.* 15. e-
pistolæ ejus non sunt genuinæ.
ibid.

Imaginum cultus. Lis & tumultus
Cleri seculo octavo de cultura
imaginum. XV. 6.

Imperium. Collisiones imperii &
sacerdotii, in republica Judæo-
rum. VII. 8. defectus genuinæ
historiæ controversiæ inter im-
perium & sacerdotium. XVII. 2.

Imperium Romanum non est con-
tinuatio quartæ monarchiæ. VIII.
7. licet Lutherani contrarium
crediderint hactenus. *ib. not.* a)

Incestus, an tempore Patriarcha-
rum impunis fuerit. V. 18.

Inquisitio, adversus hæreticos in
seculo decimo tertio oritur. XV.
18. origo processus inquisitorii.
ibid. 20.

Inspiratio. Natura inspirationis di-
vinæ. VI. 23.

Institutio divina an habeat vim le-
gis. V. 13. & *not.*

Integritatis status. Dissensus Do-
ctorum circa statum integri-
tatis. IV. 13. carentia pudoris in
statu integritatis. *ib.* 14. *not.*

Investitura Episcoporum Papæ ces-
sa. XXI. 24.

Johannes III. instituit confessionem
auricularem. XV. 18.

Johanna Papissa. Historia de Jo-
hanna Papissa. XV. 8.

Johan-

Johannes Evangelista. Variæ fabulæ de Johanne Evangelista, X. 5.

Johannes jejunator, magnus hypocrita, XV. 3.

Jojada, Athalium interficiens, VII. 30. *not.*

Josephus, in historia veteris Testamenti commendandus, III. 48. sed cum cautela, *ibid.* an jure taxaverit Josephum Rapinus, *ib.* 49.

Josephus, Mariæ maritus. Multæ fabulæ de hoc Josepho, X. 8.

Josua. Quid de juramento Josuæ Gibeonitis præstito tenendum, VII. 1. an exinde falsa Pontificiorum hypothesis de juramenti defendi possit. *ibid.*

Irenæus. Quid de vita & scriptis Irenæi notari mereatur, XI. 18. & X. 40. *not.* 2)

Isidori decretales epistolæ suppositivæ, XI. 1.

Isidori Mercatoris collectio canonum, XIX. 18. 19. falso hæ epistolæ Isidoro Hispalensi adscribuntur, *ibid.* 19.

Israëlitæ, quid de vestimentis Israëliitarum non detritis tenendum, VI. 4. *not.* *vid.* Moses. *is.* Rex.

Judæi. Cyrus minor demum liberavit Judæos, VIII. 4. maxima Judæorum erga Deum venera-

tio, XVIII. 7. & *not.* c) Judæorum doctrina moralis, *vid.* Philosophia moralis. Judæorum reges, an absolutam habuerint potestatem, *ibid.* 5. & *not.* corrupti mores populi judæici usque ad Christi adventum, IX. 5. *seq.* dissensiones Judæorum & Samaritarum, VIII. 27. triplex corruptio religionis judæicæ, IX. 5. *seq.* reges & sacerdotes in republ. judæica, XVIII. 5.

Julianus. Cautelæ circa vitam & historiam Juliani, XIII. 9. an Christianus fuerit, *ibid.* *not.* d)

Ivonis collectio canonum, XIX. 29.

Juramentum. Josuæ juramentum Gibeonitis præstitum, VII. 1. & *not.* ineptum remedium querendi pacem in ecclesia per juramenta religionis, XVII. 51. *conf.* P. I. p. 331. §. 20.

Jurisdictio. Patriarchæ criminalem jurisdictionem non exeruerunt, V. 27.

Jurisprudentia ecclesiasticæ definitio, I. 1. hujus homonymia, *ib.* 2. *seq.* tria præcognita jurisprudentiæ ecclesiasticæ, *ibid.* 14. 15. corruptio jurisprudentiæ ecclesiasticæ, *ibid.* 6. causæ neglectæ emendationis jurisprudentiæ eccles. tempore reformationis, *ib.* 7. *seq.* scriptores de jurisprudentia ecclesiastica, *ib.* 9. *seq.*

(d) 2

Jus

Jus circa sacra. Regale præcipuum. XVIII. 2.

Justellus Christoph. (*Justellus* Henricus) commendatur Justellorum Bibliotheca juris canonici. XIX. 31.

Justinianus. Character Justiniani Imp. XV. 2. Incrementa Papatu sub Imp. Justiniano, XIX. 8. Jus civile Justinianicum & Jus canonicum suis quodque laborat nævis. XXIII. 3.

Justinus Martyr. Acta fabulosa de martyrio Justini & sociorum. XI. 1. controversia Kochii cum Feldeno de dialogo Justini, *ibid.*, 19. not. e) notabilia de vita & scriptis Justini Martyris, *ibid.*, 19. vidit statuam Simoni Mago erectam. X. num. 56)

K **Oebius** Christ. Gottf. controversia Kochii cum Feldeno de dialogo Justini Martyris. XI. 19. not. e)

Kortumius. Commendatur Kortumii versio libri Hiobi. V. 31.

L **Abadius**. De scriptis & secta Labadii. XVII. 27.

Lactantius. Judicium de Lactantio. XIII. 12.

Lancelottus. Judicium de Lancelotto ejusque institutionibus juris canonici. XX. 26. autoritas harum institutionum, *ibid.*, 29. commentatores ad easdem. *ibid.*,

Lanfrancus. Controversia Lanfrancum inter & Berengarium de sacra coena. XV. 14.

Lapsus. Dissensus doctorum de lapsu primi hominis. IV. 13. sensus literalis historiz lapsus præferendus allegorico. *ibid.*, 15.

Lauretana virgo. X. 8.

Lazarus. De fabuloso adventu Lazari in Galliam. X. 37. not. c)

Legio fulminatrix christiana, fabulosis nugis nititur. XI. 5.

Levirationis, jus ante Mosaicam legem jam in usu fuit. V. 22.

Lex. Quid de divisione legis Mosaicæ in moralem, ceremonialem & forenses statuendum. VI. 7. vid. pl. Moses. finis & scopus legum ceremonialium, *ibid.*, 8. an ab Ægyptiis derivandæ. *ib.* not. a)

Liberi. Nuptiæ liberorum sine consensu parentum contractæ non sunt nullæ. V. 21. de successione liberorum in bona parentum sub patriarchis. *ibid.*, 24.

Literæ. An a Mose literæ inventæ fuerint. VI. 22.

Loepckius. Sententiæ ejus de religionis christianæ summa, character & præmio. IX. 6. not.

Lothi uxor. Nova explicatio vander Hardt, de uxore Lothi. V. 9.

Lucas Evangelista. An medicus fuerit aut pictor. X. 4. an pinxit

xerit imaginem virginis Mariæ.
ib. not.

Ludovicus Pius, unde Pius audiatur.
XXI. 17.

Ludovicus Bavarus. Sub Lud. Bavarō potentia papalis decrevit.
XXI. 37.

Lutherus reformationem suscipit.
XVI. 2. comburit Jus canonicum. XXII. 1. an hoc ipso auctoritas Juris canonici extincta fuerit. *ibid.* commendatur tractatus Lutheri de conciliis. XVIII. 32. *not. b)* inanis controversia, an religio Lutherana consentiat cum orthodoxia Caroli M. XV. 7. & *ibid.* 9. scriptores de religione Lutherana. XVI. 13.

Maccabei. Libri Maccabæorum an fidem mereantur. VIII. 15.

Macedonius & Macedoniani, an juste condemnati fuerint. XII. 17.

Magi. Miracula magorum Pharaonis. VI. 3. *not.* qui fuerint hi magi. *ibid.*

Magus. *vid.* Simon.

Mahumedes. Origo Mahumedis & ejus acta religio. XV. 4.

Maimonides. Testimonium Maimonidis, DEum non posse melius concipi quam per rō ens existens. XVIII. 14. *not.*

Malactia, an sit unus idemque cum Esdra. VIII. 11.

Malebranchius, omnium optime describit Tertullianum & Montanistas. XI. 38. *not. b)*

Mammaæ. Fabula de Mammææ christianismo. XII. 2.

Manes. Fabulæ communes de vita & doctrina Manetis. XII. 14. fabulæ de Manichæorum persecutionibus. *ibid.* capitalis error Manetis de duobus principiis coæternis. *ibid.* 15. sententia Baihii Manichæos ex dictaminerecæ rationis refutari non posse. *ibid.* & *not. b)*

Manichæi. *vid.* Manes.

Mansvelt Regnerus, optime refutavit doctrinam Spinosæ de prophetiis. VII. 21.

Marca Petrus, judicium de ejus concordia. XXI. 8. & *not. b)*

Maria. Fabulæ multæ de Maria. X. 8. controversia de virginitate Mariæ in partu & post partum. *ibid.* 9. an Lucas pinxerit imaginem virginis Mariæ. *ibid.* 4. *not.*

Maria Magdalena. Fabula de adventu Mariæ Magdalene in Galliam. X. 37. *not. c)*

Martini Bracarenfis collectio canonum. XIX. 14.

Martini IV. Papa odium erga Germanos. XXI. 35.

(d) 3

Mary

Martyr. Cavendum a martyrologiis. X. 30.
Masora. An Masorae autor fuerit Esdra. VIII. 11.
Mastrichte Gerhardus, commendatur ipsius historia Juris canonici. XVIII. 1.
Matthaeus Evangelista, an ethnicus fuerit. X. 3.
Matthaei Petri, septimus decretalium liber. XXI. 32.
Matrimonium. vid. Nuptiae.
Maximilla. Falsum est, Maximillam laqueo sibi gulam fregisse. XI. 35. & not. e)
Mayeri Joh. Frid. Scriptum: *Uns terricht für reisende Luthyaner.* II. 18. not. a. judicium de hoc scripto. *ibid.*
Melanchron. Ejus consilium adversus Anabaptistas an salubre? XVII 57. not.
Melchisedecus. Dissensiones variae de persona Melchisedeci. V. 8.
Metempsychosis Pharisaeica inventum est Pythagorae. IX. 18.
Miraculum. Miracula, quorum extra scripturam sacram fit mentio, effecta sunt. III. 12. cautela circa miracula in scriptura. III. 13. miracula non frustra fiunt, *ibid.* 14. miracula Mosaica & magorum Pharaonis. VI. 3. non repugnat naturae, DEum miracula edere posse. *ibid.* not. in-

teritus Corae, Dothan & Abiram verum est miraculum. *ibid.* 4. not.
Molinai Ludov. libri cur rarissimi sint. XVII. 13.
Monachus. Incrementa monachatus seculo septimo. XV. 5. vitae monasticae pericula. XIV. 5.
Monarchia. Visio Danielis de quatuor monarchiis universalibus. VIII. 7.
Montanus, an laqueo se suffocaverit. XI. 35.
Montanista. Non credenda omnia, quae de Montanistis vulgo narrantur. XI. 34. & 35. Malebranchius omnium optime mores Montanistarum delineavit. *ib.* 38. not b)
Moscovita, vid. Russi.
Moses. Historiam creationis paucis verbis descripsit. IV. 1. non eadem tradidit de creatione cum gentilibus. *ibid.* 8. diligenter meditanda structura reipubl. Mosaicae. III. 5. fabulae de vita Mosi. VI. 2. & not. a) & b) miracula Mosi & magorum Pharaonis. *ibid.* 3. genuina interpretatio scripturae de miraculis Mosi. *ibid.* 4. duplex lex a Mose data. *ibid.* 5. cautela circa divisionem legis Mosaicae in praecpta affirmantia & negantia. *ibid.* 6. cavendum a divisione legis

legis Mosaicæ in morales, ceremoniales & forenses leges. VI.

7. in Pentateucho non apparet methodus aliqua didactica. *ibid.*

9. præstantia legum Mosaicarum & reipublicæ Mosaicæ. *ib.*

10. septem classes legum Mosaicarum. *ibid.* 12. cavendum a

Spinosa, leges Mosaicas adultèriis rationibus imprudentiæ accusante. *ibid.* 14. sapientia Mo-

saicarum legum ostensa ex comparatione cum aliis omnibus. *ibid.* 15. antiquitas legum Mo-

saicarum. *ibid.* 19. Spinosa sententia, Mosem non esse au-

torem Pentateuchi, refutatur. *ib.*

20. an Mosès ex peculiari revelatione divina scripserit. *ibid.*

21. an literæ a Mose fuerint inventæ. *ibid.* 22. an & quatenus

Reges Judæorum legibus Mosaicis subjecti fuerint. XVIII. 5.

not. synedrium an a Mose institutum. *ibid.*

Mundus. An Mosès eadem cum gentilibus de creatione mundi docuerit, IV. 8. error geographicus de tribus mundi parti-

bus. V. 33.

Mystica interpretatio. Ab interpretationibus mysticis sacrae scripturæ intuitu historiae ecclesiasticæ maxime cavendum.

III. 43. cautela circa interpre-

tationem mysticam textus sacri. *ibid.* 45.

Mystici. Secta mysticorum post mortem Apostolorum jam invaluit. III. 51. *seq.* nævi hujus sectæ. *ibid.* 52. *seq.* prima collisio mysticorum & orthodoxorum, XI. 37. sectæ inter ipsos Pseudomysticos. XVI. 31.

Nebucadnezar nullus alius est quam Xerxes Perfarum. VIII.

4. non mutatus fuit in bovem. *ibid.* 6. aliæ opiniones de ejus mutatione. *ibid.* *not.* explicatio visionis Nebucadnezaris. *ib.* 7.

Nehemia reformatio reipublicæ Judaicæ. VIII. 12.

Nestorius. Processus parum laudabilis adversus Nestorium. XIV. 18.

Nicenum concilium. Partialitas scriptorum concilii Niceni. XIII. 15. differentia inter hoc primum concilium universale & concilium Hierosolymitanum. *ibid.*

Nicephorus Calistus, multas fabulas & falsa miracula immiscet. III. 20. Plagiarius est Philostorgii. *ibid.* 21.

Nimrodus primus post diluvium monarcha. V. 26.

Noachus, Fabulæ de septem præceptis Noachidarum. V. 2. origines gentium hodiernarum & liberis

- liberis Noachi, V. 31. an ebrietas ejus fuerit sine peccato, V. 5. num. 5)
- Noëtiani.** Hæreses Noëtianorum. XII. 13.
- Nomocanon** Johannis Antiocheni, magnæ fuit autoritatis, XIX. 14.
- Nomocanon** Photii, *ibid.* 20.
- Novatiani.** Cautelæ circa Novatianorum historiam & doctrinam. XII. 12.
- Nuptia,** liberorum sine consensu parentum contractæ non sunt nullæ dicendæ. V. 21. cur Patriarchæ nuptias non contraxerint cum infidelibus, *ib.* 20. an nuptiæ cum dissentientibus in religione christiana prohibita, eo quod Israëlita cum gentibus ethnicis nuptias ineuntes graviter a Deo puniebantur? VII. 3. erronea Rabbinorum opinio de præcepto conjugio. IV. 10. *not.* Pontificiorum in hanc opinionem condescendentium doctrina vitanda, *ibid.* 23. conjugium Patriarcharum. V. 13.
- O**ccidentale imperium. Status imperii occidentalis seculo septimo. XV. 4.
- Oecolampadius** reformationem promovet. XVI. 2.
- Oecumenica concilia,** variae hujus vocis significationes. XIX. 5. *not.* c) *pl. vid. voc. concilium.*
- Oraculum.** An oracula siluerint post nativitatem Christi. X. 11. omnia oracula fuere fraudes & technæ sacerdotum, *ibid.* *not.*
- Oriente imperium.** Status imperii orientalis seculo septimo. XV. 4.
- Origenes.** Fabulæ & mendaciæ de Origine. XII. 4. nimium ejus allegorizandi studium *ibid.* 5.
- Orthodoxi,** nullam merentur præsumptionem veritatis, III. 25. scriptores orthodoxi non soli in historia ecclesiastica legendi, *ibid.* 27. origo sectæ orthodoxorum jam post mortem Apostolorum. *ib.* 15. error orthodoxorum. *ib.* prima orthodoxorum & mysticorum collisio. XI. 37.
- Ostiones** Impm. nimium autoritati papali velificati sunt, XXI. 20.
- P**an. Fabula de morte magni Panis. X. 11.
- Papa.** Autoritas Papæ per singula secula ostenditur, XXI. 16. *seq.* an Papæ sit potestas excommunicandi Reges. *ibid.* 18. Imperatores Germanici jure eligendi Papam gavisi sunt olim. *ib.* 19. Papa electionem Imperatoris sibi arrogat. *ibid.* autoritas papalis sub Ludovico Bavaro decrevit. *ibid.* 37. an origo papatus politici demum in seculo sexto quaerenda. IX. 13. *seq.* jam in seculis tribus prioribus autoritas papalis

papalis prorupit. IX. 14. multorum arcanorum Papatus inventio Apostolis falso adscripta. X. 15. tyrannidis papalis summum fastigium. XVI. 1. ejus concussio per primos reformatores seculo decimo sexto. *ib.* 2. in quonam essentialis character papismi politici consistat. XVIII. 30. incrementa papatus sub Imperatore Justiniano. XIX. 8. gradus, quibus autoritas Pontificis singulis seculis crevit. *ib.* 22. summum fastigium tyrannidis Papalis sub Henrico IV. XXI. 23.

Papias. Varia de eo judicia. XI. 17. fabulæ de vita & morte ejusdem. *ibid.*

Papiensis Bern. collectio canonum. XIX. 29.

Parckerus. Particularia de variis editionibus ipsius tentaminum de Deo. XVIII. 9. *not.*

Pascha. An Principes Protestantium pollint celebrare Paschatos festum die 14. Martii? XIII. 15. *not.* d)

Patres ecclesia. *vid.* ecclesiæ Patres.

Patriarcha. Ecclesiæ patriarchalis status. IV. 25. status æconomicus, politicus & ecclesiasticus Patriarcharum postdiluvianorum. V. 12. *seq.* an adulteria tempore Patriarcharum prohibita fuerint. V. 14. an polygamia & concubitus cum soluta in usu
(Cantel. Eccles.)

fuerint apud Patriarchas. *ib.* 15. & 16. an Patriarchæ reges & Principes fuerint. V. 26. an criminalia exercuerint. *ib.* 27. an regimen ecclesiasticum habuerint. *ibid.* 28. an systemata theologica. *ib.* de religione & theologia Patriarcharum. *ibid.* 30.

Paulus. Fabulæ de Paulo Apostolo. X. 14.

Paulus Samosatenus. Notabilia de Paulo Samosateno. XII. 13.

Pelagius. Technæ politicæ adversus Pelagium. XIV. 17.

Peregrinatio. Usus peregrinationum in historia ecclesiastica. II. 15. imo absque jactis fundamentis & principiis historiæ ecclesiasticæ peregrinationes non instituendæ. *ibid.* 17.

Petrus. Fabulæ de Petro Apostolo. X. 14.

Peyrerius. falsa ejus doctrina de Præadamitis. IV. 12.

Pharisæi. Duæ Pharisæorum sectæ, Hilleliana & Schammæana. VIII. 30. doctrina Pharisæorum de metempsychosi non omnino repugnat doctrinæ de resurrectione. *ib.* 28. *not.* c)

Philippus. Fabulæ de Philippi Imperatoris christianismo. XII. 2.

Philo. ejus libri commendantur. VI. 1. *num.* 1)

Philosophi. cur sacerdotibus eth-
(c) ni

- nicis exosi fuerunt? VIII, 23. & ab aliis atheismi accusati, *ibid.*, 24. Philosophorum gentilium navi, *ibid.*, 25.
- Philosophia moralis.** Christiana religio non absolvitur emendata doctrina morali, IX, 7.
- Philostorgius,** fuit Arrianus, III, 21. iudicium de ipsius historia ecclesiastica, *ibid.*, 22.
- Photii** Nomocanon, XIX, 20.
- Pietas,** non est conjuncta semper cum eruditione aut infallibilitate, X, 28. conjuncta tamen hæc esse possunt, XV, 9. character vera pietatis, XVII, 25. legibus poenitentibus pietas non stabilitur, sed doctrina & exemplis, *ib.* 37.
- Pilatus.** Acta Pilati sunt supposititia, X, 12.
- du Pin.** Historia ecclesiastica Ludovici Eliæ du Pin condemnata Parisiis, III, 31. iudicium de eadem, *ibid.*
- Pipinus,** maximam Papæ Romano conciliat auctoritatem, XXI, 16.
- Plato,** studio allegoriarum ductus, VI, not. b) an hæretici errores suos ex ipso hauserint, X, num. 55)
- Platonica Philosophia,** in christianismum introducta, XI, 4.
- Platonisme dévoile.** Iudicium de hoc libro, IX, 23, not.
- Pœnitentia.** De variis gradibus & ritibus poenitentia, XII, 3.
- Polycarpus.** Fabulæ de martyrio Polycarpi, XI, 1. & 16.
- Polygamia,** apud Patriarchas impunitis, V, 15.
- Pontifex.** vide Papa.
- Pontificii,** aberrant a fundamentis veræ philosophiæ, II, 19, not. b) & 20, not. non sunt tolerandi, XVII, 56, not. a)
- Præadamita.** Somnium Pexetii de Præadamitis, IV, 12. scriptores de præadamitis, XVI, 28.
- Presbyteriani.** Scriptores de studiis Presbyterianorum & Episcopaliū in Anglia, XVI, 21.
- Primatus.** Contentio inter Episcopum Constantinopolitanum & Romanum de primatu, X, 23.
- Processus forensis juris.** civilis proferendus juris canonici processui, XXII, 17. an processus hollæm ex jure canonico addisci debeant, XXIII, 4.
- Propheta.** Auctoritas Prophetarum sub Regibus Judæorum, XI, 20. cavenda doctrina Spiritus de prophetis, *ib.* 21. & Richardi Lemonis, *ib.* 22. cautio circa verba librorum propheticoꝝ, *ib.* 23. & not. an a factis prophetis ad nostrorum ecclesiæ ministrorum facta liceat concludere, *ibid.*, 24.
- Prudentius.** Iudicium de vita Prudentii a Clerico scripta, XIII, 11.
- Pufendorffius.** De emendatione juris

jurisprudentiæ ecclesiasticæ bene-
meritus. I. 10. & XVII. 14. cur a
protestantibus non refutatus fu-
erit. XVII. 15. defectus ipsius scri-
ptorum ad jnrisprudentiam ec-
clesiasticam pertinentium. *ib.* 16.

Pythagoras, autor est metempsy-
choses, quam Pharisei statue-
bant. IX. 18.

Q*Vakeri* exofi ideo, quod doctri-
nam, de moribus receptis
tollant, II. 19. *not.* b) conveniunt
in eo cum Socinianis, quod
etiam ethnici honeste viventes
sint salvati, *ibidem*. Scripto-
res de Quakerismo. XVI. 23.
quare quidam illius doctrinam a
Barclaiio propositam perlegere
non audeant, *ib. num.* 12) illo-
rum error, primarius in quonam
consistat. *ibid.*

Quietismus. Scriptores de Quie-
tismo. XVI. 26.

R*ango* Conr. Tiburt. Judicium
de ipsius prudentia circa er-
rores & hæreses ecclesiastico-
politica, XVII. 40. *not.*

Rapinus. Examinatur censura Ra-
pini de Josepho. III. 49.

Raymundi de penna forti collectio
decretalium. XX. 16.

Reformati. Reformatorum numera-
tio præceptam decalogi con-
venit antiquitatibus judaicis. VI.
18. origo religionis Reformato-

rum. XVI. 3. scriptores dereligio-
ne reformata. *ibid.* 14.

Regius status, introducitur in rem-
publicam judaicam, VII. 6.

Rehabeami vita & mores. VII. 16.
temperamentum. *ibid. not.*

Religio. Scopus religionis christia-
næ. IX. 4. & 6. triplex corruptio
religionis judaicæ. *ib.* 5. conce-
ptus religionis christianæ per so-
lam emendatam doctrinam mo-
ralem non absolvitur. *ib.* 7. an
religio christiana ante nativita-
tem Christi & jam in ecclesia pa-
triarchali fuerit, III. 6. *not.* a) vi-
olenta propagatio aut suppressio
religionis repugnat sacre scri-
pturæ. II. 7. *not.* b) *not.* XVII.
43. *not.* abjiciendum præjudici-
um pro religione in qua educati
sumus, III. 7. & *not.* b) religio-
nes hodie in Europa durantes,
XVI. 3. religiones illæ ad duas
classes relatæ, *ibid.* 7.

Respublica. De rebus publicis apud
Sethitas. IV. 24. monstrum est
in republica duas summas sibi
concipere potestates, XVIII. 2.
Esdrae & Nehemæ reformatio
reip. judaicæ exemplar reforman-
dæ reipublicæ corruptæ, VIII. 12.

Revelatio. Christiana religio supra-
naturali etiam revelatione niti-
tur. IX. 7.

- Revocatio**, non extorquenda metu. XVII. 48.
- Rav.** Libri Regum arcanorum politicorum & rationis status tam genuinæ quam Machiavellisticæ thesaurus practicus. VII. 9. facta & exempla regum Israël & Juda non faciunt regulam, *ib.* 30. Jus Regum Israël aggratiandi homicidas. *ib.* 13. *not.*
- Richerius.** Judicium de ipsius historia conciliorum. XIII. 15. *not.* d)
- Rusfi.** Cur Rusfi aut Moscovitæ Græcæ non Romanæ religioni addicti. XV. 10.
- Sabbatum.** Sanctificatio sabbathi an jam sub Patriarchis fuerit. V. 29. an præceptum de sanctificatione sabbathi sit præceptum aliquod universale. IV. 11.
- Sabellianorum** hæresis. XII. 13.
- Sacerdos.** Independens sacerdotum potestas apud antiquos Germanos. XVIII. 4. *not.* b) munus sacerdotum apud omnes gentes. *ibid.* 7. *not.* a)
- Sacerdotium** Differentia inter sacerdotium & imperium. XXI. 31. *not.* collisiones imperii & sacerdotii in republica judaica. VII. 8. controversia inter regnum & sacerdotium examinatur. XVII. 2.
- Sacrificium.** An doctrina de sacrificiis ad præceptum de colendo sabbatho sit applicanda. VI. 17. *not.*
- Sadducei.** Secta Sadducæorum. VIII. 28. an atheis accenseri debeant. *ibid.* 28. *not.* c)
- Saga.** Origo processus inquisitorii contra sagas. XVI. 20.
- Sagittarius.** Judicium de ejus introductione ad historiam ecclesiasticam. III. 32.
- Salomon.** Vita Salomonis. VII. 14. encomium scriptorum ipsius. *ib.* 15. temperamentum Salomonis. *ibid.* 10. *not.*
- Samaritæ.** Odium, quod Judæis cum Samaritanis intercessit. VIII. 27. de doctrina Samaritanorum parum constat. *ibid.*
- Samosatenianorum** hæresis. XII. 13.
- Samuel.** Israëlitis jus regum prædicat. VII. 6. libri Samuelis ratione status genuinæ & Machiavellistica referti sunt. *ib.* 9. & *not.* de apparitione Samuelis. *ib.* 11.
- Sanguis.** De prohibito esu sanguinis & suffocati apud Judæos. V. 4. an in hac constitutione divina de prohibito esu sanguinis lex universalis de puniendo capitaliter homicida lateat. *ibid.* 4.
- Saul.** Vita Saulis. VII. 10. *not.* & temperamentum. *ibid.*
- Schammzani.** Pharisæorum secta. VIII. 30.
- Schilterus Joh.** Judicium de Schilteri tractatu de libertate ecclesiarum Germaniæ. XXI. 8.

Scha-

Schola. De scholis antediluvianis.

IV. 26.

Scholastica Philosophia, origo hujus.

XV. 16.

Sebookius, cogitavit de emendatione Jurisprudentiæ ecclesiasticæ.

I. 10. *not.* plus ingenio & lectione valet quam judicio. *ibid.*

Schuppius. Judicium de ejus *Neugenten Spiegel*. VII. 9. *not.*

Scortatio. Significatio scortationis hodiernæ differt a significatio-
ne scortationis antiqua. V. 17.

Scribere. An scripturæ usus fuerit ante Mosen. VI. 22.

Scriptura sacra. vide Biblia.

Seckenäorffius. Hujus auspiciis historia ecclesiastica Gothana adornata. III. 40.

Scriptores de universis religionum sectis. XVI. 11.

Semecca Johannes, defendit libertatem Cleri in Germania. XXI. 34.

Serpens. Fabulæ Rabbinicæ de serpente tentatore. IV. 16.

Servitius. Origo servitutis an post diluvium ponenda. V. 25.

Sethita, an habuerint republicas. IV. 24.

Severus. An autor historiæ Severus accensendus sit atheis. VI. 4. *not.*

Sibyllini libri, Christianis adversus ethnicos conficti. X. 7.

Simon Richardus. Judicium de ipsius historia critica V. & N. Testamenti. III. 11. erronea ipsius sententia de Prophetis. VII. 22.

Simon Magus, primus fuit, qui doctrinam de Christo mystice & allegorice interpretatus est. IX. 25. *not.* multæ fabulæ de Simone. X. 42. etsi baptizatus fuerit, tamen Christum mox abnegavit. *ib.* 40. *not.* a) vocatur pater hæreticorum, sive primus hæreticus, a quo? *ib.* num. 55) statua ipsi erecta visa a quo? *ib.* num. 56)

Simson. Historia de eo. VII. 5.

Slüterus Severin. Walt. de ipsius Propyæo ecclesiasticæ. III. 32.

Sociniani. Error Socinianorum de infantili ignorantia Protoplatonorum. IV. 14. *not.* lumen rationis nimis extollunt II. 19. *not.* b) nimium adscribunt viribus liberi arbitrii. *ibid.* 20. *not.* Sociniani in errore de salute gentilium cum Quakeris conveniunt. *ibid.* 19. *not.* b) an doceant, christianam religionem esse tantum emendatam doctrinam moralem. IX. 7. *not.* scriptores de Socinianis. XVI. 20.

Socrates. Historia ecclesiasticæ Socratis multis scatet fabulis. III. 18.

(6) 3

Socras

- Socrates**, Græcus Philosophus, atheismi accusatur, VIII. 24. & *not.* & propterea violenta morte interemptus fuit. XVIII. 9.
- Sodoma**. De excidio Sodomæ, V. 9.
- Sodomiticum crimen**, sive bestialitas quomodo punita fuerit tempore Patriarcharum, V. 18.
- Sozomenus**, multas fabulas & falsa miracula immiscuit. III. 18.
- Spanheimius** Frid. Commendatur ipsius historia ecclesiastica. III. 39. & historia imaginum restituta. XV. 6. *not.*a)
- Spencerus**. Judicium de ipsius tractatu de legibus Hebræorum ritualibus. VI. 8. *not.* a)
- Spinosa**, speciosus quidem, at falsis rationibus arguit leges Moisaicas imprudentiz. VI. 14. Mosen non fuisse autorem Pentateuchi existimat. *ibid.* 20. cavendum a doctrina Spinosæ de Prophetis. VII. 21. falso Esdræ esse autorem unicum librorum canonicorum idem autumat. VIII. 10. scriptores de Spinosa & Spinosismo. XVI. 29.
- Spiritus**. Quæstio de spiritu aquis innatante. IV. 5.
- Status integritatis**. vide Integritatis status.
- Status**. De statu œconomico, politico & ecclesiastico ante diluivium. IV. 22. post diluivium, V. 12.
- Stephanus**. Fabula de sepultura Stephani, X. 14.
- Strykii** sententia de autoritate juris civilis præ canonico jure fuisse refutatur, XXII. 3. & *ibid.* 10. 19.
- Studia**. Delectatio nimia in studiis elegantioribus sed parum solidis periculosa, XV. 9. sicut & neglectus nimius rudiorum humaniorum, *ibid.*
- Superstitiosus**. Cur plures sint superstiosi quam *ibid.* II. 4. *not.* b)
- Symbolum Apostolicum**. vide Apostoli.
- Symphorosa**. Fabula de martyrio Symphorosæ, XI. 1.
- Syncretista**. Scriptores de Syncretistis. XVI. 24.
- Synedrium**. An Reges Judæorum in synedrio accusari potuerint. XVIII. 5. *not.* variz sententiz de origine synedrii, *ibid.*
- Synodus**. De synodis supposititiis seculi secundi, XI. 1. & *not.* h) synodi sunt ineptum medium convertendi errantes, XVII. 49.
- Tancredus**. Collectio decretalium Tancredi. XX. 15.

Tem-

Templarii.
rum exc
Templum.
struction
Tertullianus
de bapt
cur Te
consecrat
sto ecc
ibid. 38
vita &
neant
Thaddæus
Theocrati
in re
ductu
19.
Theodor
falsa
18.
Theodo
quo
rit a
Theolog
exc
tes,
ad f
mu
con
dur
an
The r
2
31

Templarii. De injusta Templariorum excisione. XV. 19.

Templum. De ortu & progressu destructionis templorum. XII. 3.

Tertullianus. Opinio Tertulliani de baptismo infantum. XI. 7. cur Tertullianus hæreticis accenseatur, cum tamen pro sancto ecclesie patre habitus sit. *ibid.* 38. optime a Malebranchio vita & mores Tertulliani delineantur. *ibid.* 38. *not.* b)

Thaddæus. De ablegatione ejus. X. 13.

Theocratia. Alteratio Theocratiz in republica Judaica per introductum regnum. VII. 7. & *ibid.* 19.

Theodoretus, multas fabulas & falsa miracula immiscet. III. 18.

Theodosius, Imperator utrum & quo jure excommunicatus fuerit ab Ambrosio. XIII. 10.

Theologia. Cur non tam ingenia excitata inter divites & potentes, quam pauperes & stupidi ad studium theologicum animam applicent. II. 4. *not.* a) controversiæ theologicæ deciduntur ex corpore juris Justinianei & canonici. XX. 7.

The rights of the Christian Church &c. Judicium de hoc libro. XVII. 13, 14.

Thomasii Christ. Scripta de jure Principis circa sacra. XVII. 17. & 18. *seq.*

Tiberius, an CHRISTUM in numerum Deorum referri voluerit. X. 12.

Tolerantia errantium. XVII. 54. cautela circa tolerandos errantes. *ibid.* 55. *seq.*

Trajanus. Fabula de Trajani anima ab orco per preces Gregorii M. liberata. XI. 2.

Tribonianus. Comparatio instituta inter Tribonianum & Raymondum de penna forti. XX. 19.

Valentinianum concilium. Scriptores de hoc concilio. XVII. 22.

Tyrannus. An ex facto Jojadæ potestas sacerdotibus competens deponendi aut interficiendi tyrannos defendi possit. VII. 30. *not.*

Valentiniani, præcipui hæreticorum seculi secundi. XI. 26. de Æonibus Valentinianorum. IX. 19. *not.* doctrinæ Valentinianorum. XI. 27. defensio Valentinianorum. *ibid.* 28. *sq.* præcipuus Valentinianorum error. *ib.* 30. & *not.*

Vergilii, hæretificatio ob assertos antipodes. XV. 6.

Virtus

Virtus, non legibus poenalibus extorquetur, sed exeatatur exemplis. XVII. 37.

Votum. Regulariter vota christianorum pro temerariis habenda. VII. 4. ab obligatione votorum legis Mosaicae ad licentiam votorum inter christianos non valet conclusio. *ibid.* mira Judaeorum de votis disciplina. *ibid.* not. b)

Urbs. Cainitae primi urbium & civitatum conditores. IV. 18.

Usura. An in materia de usuris jus canonicum valeat, XXII. 17.

Vyttenbogardus, de emendatione jurisprudentiae ecclesiasticae optime meritis. I. 10. not. a)

Uzia. De lepra Uzia. VII. 30. nos.

W *Enceslaus*, injuste calumniae oneratus a Clero. XV. 19.

X *Erxes*, an idem sit cum Nabucadnezare. VIII. 4.

Z *legleri* sententia de extincta autoritate Juris canonici refellitur. XXII. 2.

Zonora Joh. commentarius in Photium. XIX. 30.

Zosimus, autor collectionis canonum Nicenorum. XIX. 7.

Zwinglius, unusex reformatoribus primis. XVI. 2.





